166

[illegible]

Cat. 19

lxv c De scurrilitate ⁊ de hiis q de hoies co. ⁊c | operari | ris m | ex |.
lxvi c De indiscreta taciturnitate | ⁊ q semper tacere vitiosum est | taciturnitas
lxvii c De remediis contra peccatum lingue | ex |
lxviii c De silencio claustralium | ex infra   Allectum

quare vitanda s[un]t p[e]cc[at]a — q[uia] valde { diabolo placent . a. / deo displicent . b. / homini nocent . c. }

Notabilia p[e]cc[at]i gule

p[e]cc[at]um aufert ho[mini] o[mn]ia b[on]a & infert o[mn]ia mala . d. . aufert bona o[mn]ia.

q[uod] vita viciosor[um] sit aspera & molesta & i[n] p[re]senti . e. .

q[uod] viciu[m] i[n]naturale est . f.

q[uod] v[ir]t[us] naturalis est . g.

de vicio gule . Dece[n]s est q[uod] faciu[n]t ad detestacio[n]e[m] hui[us] vicii . h.

de vicio nat[ur]e . it[em] de vicio i[n]iurie p[ri]m[orum] . i.

Septe[m] s[un]t c[on]iunctio[n]es dei q[ue] ex h[oc] vicio seque[n]t[ur] . k.

q[uod] noc[et] p[e]cc[at]um gule . l.

mala q[ue] p[er]ueniu[n]t [spiritui] ex vicio gule . m.

mala q[ue] corpori eueniu[n]t ex vicio gule . n.

De p[ro]uiditate hui[us] p[e]cc[at]i . o.

De castrimargia & comessac[i]o[n]e & ebrietate . p.

cur c[ontra] viciu[m] ebrietatis . it[em] quib[us] . q.

p[rim]o debi[l]i homo q[ue]re delicta & q[ua] delicta . r.

q[uod] ebrietas aufert memoria[m] & i[n]tell[ectum] . s.

de iiii. p[ro]prietatib[us] vicii gule . t.

de remediis c[ontra] viciu[m] gule . v.

Hbe callide ruta. absinthiu͂ hed'a t'restris. urtica.
camomilla. oxillisot. saluia. feniclꝫ.

peccatum luxurie — Sex inveniuntur que peccatum luxurie scilicet luxuriosis [illegible] . a.
penitentia · fetor · feditas · infamia ·

·Luxuria·

q quod infamia sit in peccato isto . b.
q quod peccatum luxurie inquinat valde fetet | demonibus placet | deo contumeliosum | proximo iniuriosum | subiecto suo nocivum | et sibi ipsi . c.
q octo contumelie sunt quas facit peccatum luxurie deo . d.
q quod peccatum luxurie aufert mentem suam | Et valde nocivum est subiecto . e.
q quod potens sit hoc vicium ad capiendum homines . f.
q quod tenax sit hoc peccatum . g.
q quod luxuria in multitudine magna potest homines Et inter [illegible] . h.
de speciebus luxurie — q luxuria dividitur in luxuriam cordis et corporis . i. k. · Species luxurie
q quod luxuria post dividitur in quinque species scilicet fornicatio stuprum adulterium
de fornicatione — incestus · peccatum contra naturam · Et ista patent sub ista litera . k. continetur
q de fornicatione que fit cum meretricibus · cum viduis · cum concubina · Et
q est species luxurie que raptus dicitur . l.
q de luxuria in clericis et religiosis personis · Et cetera · sunt que aggravant peccatum ipsorum . m.
q Contra peccatum carnis in religiosis personis . n.
q de peccato carnis in sanctimonialibus . o.

Tercia pars in tractatu de luxuria

.a. Quatuor sunt que prestant occasionem peccato luxurie · scilicet · ocium · [illegible] cibi et potus · Exornatio vestium vel aliarum personarum · et primum [illegible] mulierum · colloquium · auditus mulierum · [illegible] epilogorum et tactus.
.b. q de ocio — Ocium.
.c. q de peccato vestium quod est in ornatu [illegible]
.d. q quod ex multis datur occasio luxurie
.e. q quod aspectus mulierum sit vitandus cum [illegible]
.f. q Ex parte oculorum sunt septem rationes — ·Oculi·
.g. q de colloquio mulierum
.h. q de auditu cantuum et epilogorum et [illegible] mulierum

·r· q. de tactu mulierum ubi periculum.
·s· q. de ter remediis contra luxuriam. ubi exempla
·t· q. quod pugnandum sit contra luxuriam
·v· q. de choreis. et contra huiusmodi. ubi exempla multa — Choree.
·x· q. de ornatu mulierum. et visione earum — Ornatus mulierum.
·y· q. de choreis ducendis. — Choree.
·z· q. quod ducentes choreas faciunt contra penitenciam. — Christus.
·q· q. quod peccatum peccato multiplicatur
·r· q. quod facere non sit choreas ducere. et de consideracione humane nature [illegible]
·s· q. de remediis contra peccatum luxurie.

Capitula partis i tractatu de luxuria

a q. quod simplex fornicacio sit prohibita. probatur viii modis — Fornicatio
b q. quod qui deus simplicem fornicationem prohibuerit factum est ostendit
c q. quod deus prohibendo simplicem fornicacionem egit misericorditer cum genere humano
d q. contra impotenciam continendi. quam multi allegant [illegible]
e q. de potencia hominis allegata in peccatis [illegible]
f q. quod sine dei auxilio nichil possumus — auxilium dei.

Hunc librum emit [illegible] Anno · 1291 · 5.

~~[illegible]~~ Cong. [illegible] summa continens tractatum de vitiis, et aliud de virtutibus

Dicturi de singulis uiciis cum oportunitas se offert. Incipiunt tractatus de septem viciis

Incipiendum a uicio gule. et quia loco se offert. et propter hoc quod dicit glo. super Math. iiij.

In pugna christi primus contra gulam agitur. quia nisi ipsa prius refrenetur frustra contra alia uicia laboratur.

et alia glo. dicit ibi. quia diabolus uictus de gula non temptat de libidine. Ante omnia tamen

ostendenda doctrinam uiciorum putilem esse. per hoc quod uicia summo studio et summa diligencia

sunt uitanda. Uitari autem non possunt nisi cognoscantur. Triplici autem racione potest ostendi

uicia summa diligencia esse uitanda. scilicet quia demonibus ualde placent. deo summe displicent.

hominibus uero summe nocent. Quod ualde uicia placeant demonibus, ostenditur ex assiduitate

temptandi. Unde gregorius dicit. assidua temptatione diabolus temptat ut saltem tedio uin

cat. Temptacio uero diaboli ad hoc est immediate ut in malum culpe hominem impellat. Unde

gregorius. De illo mechanicus se fecisse estimat. cum animas non sauciat. Quod autem deo summe odiatur

peccatum ostenditur triplici racione.

Primo ex hoc quod illud. quod maxime uidetur odire scilicet diabolum non odit nisi racione

peccati. et eum amaret nisi peccatum esset tamquam creaturam suam. Unde Sap. xi. Thechi

odisti eorum que fecisti quod intelligendum est. nisi propter peccatum et uinctum quod ipse non fecit. Unde

cum illud propter quod aliud est tale sit magis tale constat uicium esse magis exosum deo quam diabolus.

Secundo potest idem ostendi. per hoc quod deus non habet ita bonum amicum in celo. nec in terra quem

non haberet odio ad mortem. si inueniret peccatum mortale in eo. Unde licet petrus ardenter

amaret christum. quam ceteri apostoli. tamen eum dampnasset, si decessisset in peccato trine negationis.

Hoc ostendet deus quantum odiat peccatum quando filios suos quos tantum diligit. quod pro illis mori

uoluit in ignem inextinguibilem proiciet. quia inueniet in eis peccatum mortale.

Tercio potest idem ostendi. per hoc quod deus uoluit filium suum crucifigi. ut cum eo peccatum

crucifigeretur. Unde Aug. Deus pater dicit de filio suo. Ysa. liij. propter scelus populi mei.

Aug. super illud. ij. ad Colo. ubi loquitur de cyrographo. Cum innocens occiditur

peccatum crucifigitur. Siquis diceret se tamen odire aliquem cum uellet eum cum proprio filio gladio

uno transuerberasse. uel cum propria matre satis uidetur quod haberet eum odio sic christus odiuit

peccatum. Uoluit enim uno gladio illud secum transuerberari animam quoque matris sue uoluit

cum peccato eodem gladio transuerberari. Unde Luc. ij. Dicit Symeon ad beatam uirginem

et tuam ipsius animam pertransibit gladius. pertransibit inquam per compassionem. Quod autem

peccatum summe noceat homini potest ostendi multis racionibus.

Primo per hoc quod nichil potest homini nocere nisi per peccatum. Unde solum caueat sibi homo

ab hoste isto. et non sunt timendi alij hostes. non diabolus non homo malus. non in

firmitas. non mors. non alia aduersitas potest nocere ei si a peccato caueat sibi. Ad hoc pertinet

Quare uitanda sunt peccata. Quia ualde

Diabolo placent

Deo displicent

Hominibus nocent

h testimonia scripture que sequuntur. Nulla nocebit adversitas si nulla dominetur iniquitas. Et illud ec
viij. Qui custodit mandatum non experietur quicquam mali. Nichil ergo erit ei malum vel nocivum. te
ysa. iij. Dicite iusto quia bene et c. et ad Ro. ¶ Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum
ad plus non potest nocere dyabolus vel persecutor iusto nisi quia fabricabit ei coronam eternam.
B. Iocundum dei iudicium quod ille superbus malleator nesciens coronas eis fabricat preciosas
omnes inpugnando et omnibus succumbendo. et david. Super dorsum meum fabricaverunt peccatores. fabrica
verunt inquam coronam preciosam. ¶ Secundo potest ostendi quantum noceat homini peccatum per hoc quod nichil
est homini salubre quod peccatum non reddat ei nocivum ipsam vitam convertit peccatum homini in mortem
et ipsam salutem in dampnationem sicut patet in sacramento altaris. quia qui in
digne accipit iudicium sibi manducat et bibit. id est dampnationem. Agnum autem illum qui
non solum est benignus et mansuetus. sed ipsa benignitas et mansuetudo nobis quasi furibundum
reddit. David. Domine ne in furore tuo arguas me. Furor videbitur quod filios tuos in ignem proi
ciunt inde extrahat eos. ¶ Tercio potest ostendi quantum noceat peccatum quod nobiliori parti hominis no
cet id est anime. Unde Eccli. xxi. Dentes illius dentes leonis interficientes animas hominum. Non solum anime
nocet immo et corpori. Unde sequitur. Quasi rumphea bis acuta. omnis iniquitas bis acuta dicitur
quia interficit et animam et corpus. Sequitur. et plage illius non est sanitas. Intellige post vi
tam istam in quo ostenditur quod non parum noceat peccatum tam corpori quam anime. ¶ Ad ultimum
peccatum omnia bona aufert homini. et fere omnia mala infert. quod peccatum iii bona aufert

Primo aufert deum. ij. regnum eternum. iij. fruitionem ecclesie. Unde eccli. Que communica
tio hominis sancti ad canem. iiij. bona eccle. David. particeps ego sum omnium timencium te. v. Bona spiritualia. Ambro.
Qui caritatem non habet omnia bona amittit que habet. ¶ vj. aufert homini se ipsum. et hoc du
obus modis. ¶ Primo. quia in servitutem dyaboli tradit. Secundo. quia melius esset ei quod non natus fuisset homo
si sic perseveraverit. Unde cum ante peccatum quid preciosum esset. per peccatum transit ad statum in quo magis
eligendum esset esse quam non esse. Fere et omnia mala infert peccatum. sicut manifestum erit cum de
singulis peccatis agetur. sed ad presens sufficiat ostendere. quod vita viciorum est culpa et molestia
et in presenti. ostenderemus autem hoc triplex. ¶ Primo per iusticiam dei que non sinit deordina
tionem peccati vel culpe esse in homine absque decore iusticie sicut dicit Aug. Unde idem Aug. Ius
sisti domine et verum est ut sua pena sit inordinatus animus. multe molestie sequuntur
odium vel iram vel unum de aliis viciis. Unde propheta. Scito et vide quia malum et amarum est
te dereliquisse dominum deum tuum. ad minus sequitur hec pena ex peccato. scilicet remorsus
consciencie. ¶ Secundo ostendi potest idem per hoc quod opus maius est in extremis sicut ex pe
rimentis est in mediate. Fatigatio non immediate delectatur. ut in extremis idem contristatur.
Unde David. Iusticie domini recte letificantes corda. ¶ Tercio ostenditur idem per hoc quod vicium innaturale est
Et virtus secundum naturam. Unde B. Nullum vicium naturale est. Omnis enim virtus homini naturalis est

Peccatum aufert homini omnia bona. et infert omnia mala. Aufert
Deum.
Regnum eternum.
Fruitionem ecclesie.
Bona ecclesie
Bona spiritualia.
Interimit se ipsum dupliciter.
[illegible]

Deinde subiungit. unde qui natē uel est ouenit in aiam. qia nō ueni tu labore. ꝫ ueni in locū tuū. et sidet sedes et bn̄ cū ea natā queni. Vicia ḡ inciorꝫ aspa ē. Vita ḡ iunctū suauis est sicut dic Jerō. Jn suauē et aspam fecit nob uiam iunctū longa ↄsuetudo peccandi. et hr̄ simile in luīe sol qꝫ ē delectabile oclis. vn̄ eccᵉ. xi. Dulce lum̄ et delectabile oclis uide solem. ↄtristat tū lux sol oclos tenebrosis assuetos. Pccm̄ ḡ demonib nolde placet. dō displicet. et hoi sūme nocet. sic ostensū est. et abhominabile ē reddit hoiem. et dō et angelis. et hoib;. vn̄ dd. Corrupti sūt et ab. f. s. iniq. Sūma ḡ diligencia uitandū est. si uniūsi demones et mali hoies et bestie. et oms alie creature q̄ hoi pct̄ nocē essent ↄggate ex una parte. mag tiniend eēt unū pccm̄ mortale qm̄ oīa illa. Ad hoc ū qꝫ debeam̄ ita fugē pccm̄ ptinet qꝫ legit. Ecc. xxi. Qi a facie colubri fu. pccm̄. et ills seq̄. Cū hoib; pacem hē. cū uiciis bellū. Et itm̄. Vicia sū m̄ et tūc ordie pseq̄nda

Hoc ordie dicem̄ de uicio gule. ¶ Sunt. q̄r modū et ordiem nō hn̄t

primo de hiis que faciūt ad detestacōnē hui uicij.

¶ Scdo. de spēb;. ¶ Tcio. de satellitib; quibus utit ē uiciū istud. ¶ Qrto. de remediis ↄ hoc uiciū. Decem aūt sūt q̄ faciunt ad detest. huius uicij.

Primū est hoc qd natā dissuadet nob illud. vn̄ legit. in scia natali qd uit alia aīalia magnorꝫ corpm nulli dedit natā tam paruū os. scdm corpis quātitatē sic hoi. qꝫ sn̄ dubio fcm̄ est ad ↄmdacōnem tempancie. et detestacōnem gulositatis. Scdm est hoc qd uiciū istud ē regimes demonū. vn̄ gḡ. Cū mundus spc ex. ab hoie am. p lo. ari. que. re. et nō inuen. Loca arida sūt hoies tempate uiuentes. in quib; dia nō inueniē requiem. vn̄ legio demonū dixit dn̄o ut legit in gḡ. Si eicis nos hinc mitte nos in gregem porcorꝫ. qꝫ dō pmisit eis. postq̄ .n. aliqs porcus est uicio gule subditꝰ. demonū habitacl̄m est. vn̄ dicit glo. q̄ aliqs more porci uiuit. dia in eo pāte nō accipit. ¶ Tciū est multiplex iniuria proximi q̄ sequit de uicio isto ponem̄ ad pre sens. pma est ↄximi corruptō. vn̄ in ps. Sepulcrū pa. est gut. eorꝫ. ad litam hō q̄ se inebriaūt uespe os fetidū hr̄ sequenti mane ad modū sepulcri. Sꝫ ad corruptōnem mali exempli possum̄ hec referre. Malo .n. exemplo corrūpūt gulosi ↄximos suos ad qd ptinet qꝫ legit ad Ro. xiiij. Si pp cibū tuū ↄtristat frat tu. iam nō scdm caritatē ambulas. Noli cibo tuo illū perdē p quo xp̄c mortuꝰ ē. Jn epla iude. ij. De gulosis dicit Hij sūt in epulis suis macule ↄuiuantes. nō solū sunt maclati. imo sūt macle alios maclantes suo exemplo ¶ Scda iniuria est qꝫ unꝰ gulos expendit in pisscib; unde decem paupes satis haberēt de pane in quo frēs suos porcione eorꝫ defraudat. oms fideles frēs sūt. vn̄ B. Noli putare ↄcessū qd impendis ↄximo. ueliis nolis debitor es ¶ Tercia iniuria. ē cū uicia et ubera que ebrij et uarijs repleti fercul̄s solent infecte mēnis suis.

Tumultuosa .i. res est ebrietas ut legitur prov. xx. ¶ Quarto facit ad detestationem huius vicii mul-
tiplex contumelia dei que sequitur ex vicio isto. Septem autem contumelias dei que sequuntur ex hoc
Prima est quia vicium istud vilissimam ¶ vicio ponemus. Septem sunt dei contumelie q[ue]
creaturam dedicat ad presens ventrem .s. iuxta illud apostoli ad phil. iii. inde sequuntur.
Quorum deus venter est. ut dicit aug. Hoc ab homine colitur quod pre ceteris diligitur. Ydolatria ista
in hoc detior est ydolatria paganorum. quia illi auro et argento et marmoreis lapidibus hono-
res divinos impendere solent. sed gulosus ventrem pro deo honorat. quod est contra naturam. In hoc videtur
hoc vicium detestabilius esse omnibus aliis viciis ¶ Secunda contumelia est. quia de templo dei .s. coquinam
facit. unde ii ad cor. vi. Vos estis templum dei vivi. et cetera. De hoc templo facit coquinam
qui adeo se replet cibis et potibus. quod ignis caloris naturalis illud non sufficiat decoquere. sed tamquam
ex lignis viridibus vel humidis fumum producit. qui hominem pigrum et sompnolentum red-
¶ Tercia contumelia est quia animam que ymago est trinitatis multum deturpat obscur-
eam. unde in hominibus qui laborant vicio isto impletur illud verbum prophete. Denigrata est su-
eorum super carbones. unde Iero. Crapula a deo obruit intelligenciam ut commessatio et ebri-
tas ¶ Quarta est quod hoc vicium multum elongat a deo ad quem pertinet quod dicitur in ps. Ap-
chamo et fre. et cetera. Non approximantes ad deum sunt homines cibo et potu se replentes.
quibus deus optat magis et magis maxillas constringi .i. parcius victualia dari. ut ve-
saltem cogantur approximare. sicut accipiter famelicus ad dominum ¶ Quinta est quia vici-
a dei oblivionem inducit. unde in osee. Saturati sunt et elevaverunt cor suum et obl-
iti sunt mei. ¶ Sexta est quia deum blasphemat. unde super illud .i. ad cor. x. Sive man-
ducatis sive bibatis. omnia ad gloriam dei facite. Dicit aug. Cum homo quis manducat et bibit ad
refectionem corporis sumit sustentationem que membrorum gratias agens ei qui mor-
tali tribuit ista supplementorum solacia. cibus tuus et potus tuus laudant deum. Sed
valde absurdum est nimia saturitate velle honorare ventrem quem scimus deo placare
per ieiunium. Quidam tamen dixit ventrem receptaculum aborum omnes hominum labores. et momen-
tanea gule blandimenta stercoris fine condempnat .i. una fusse laborat. Cum vero mo-
nitate debitum in moderatione edacitatis excedas. et violencia te ingurgites quantumlibet
dei laudes lingua tua resonet vita blasphemat. sicut formositas operis artificem laudat
sic ei formositas eum quodammodo blasphemat. ¶ Septima est quod hoc vicium contemp-
tum et quicquid deus habet. Unde esau qui tenet figuram gulosorum dicitur. gen. xxv. Quid mihi
proderunt primogenita. et pauci intempositis subdit. et abiit parvipendens quod primogenita
vendidisset. De gulosis verum est illud quod pro nichilo habuerunt terram desiderabilem. Et illud trenorum
dederunt preciosa queque pro cibo ad refocillandam animam. ¶ Quinto facit ad detestationem huius vicii
sed quia vicium istud inquinat membrum illud. in quo magis indecens est immundicia quam in

alio membro. in ore nimis tollerabil' est inmundicia quam in alio membro duplici ratione
.p'. propter nobilitatem membri. Secundo: quia p' ceteris membris deputatum est diuino seruicio.
Sextum est quod prima prohibicio quam deus dedit fuit data contra uicium istud. vnde Gen. ij. De omni
ligno pa. co. de lig. aut' sci. bo. et ma. ne co. Septimum est hoc quod uicium istud la
queus est in uia. per quam necesse est nos ire. et ideo magis timendum est nobis. vnde dia
bolus hoc uicio hominem temptauit cum esset in paradiso et in statu innocencie. Isto enim uicio primo
aggressus est temptator filium dei. vnde Gregorius loquens de illo uerbo de necessitatibus meis eripe
me. dicit necessitates corporales que hoc habent periculosum quia in eis sepe minime dinoscitur quid
circa eas uicio uel utilitatis studio agatur hat necessitates. Post carpit euadere sciunt pli
nimi uoluptatum culpas ex actione necessitatis erumpere. vnde Aug. Sumenda sunt alimen
ta tanquam medicamenta. Sed dum ad quietem satietatis ab indigencie transitur. In ipso transitu
laqueus concupiscencie insidiatur. Frequenter enim de hoc fit quod adiungit se periculosa iocunditas
et plerumque preuertit ut ei causa fiat. quod causa salutis fieri debuit. et gaudet infelix anima in
obtentu salutis obumbrat negocium uoluptatis. Octauum est hoc quod tociens exprimitur
in euangelio. Ibi erit fletus et stri. den. et dicit glo. quod de edacitate gaudi fuit. et Luc. xvi.
contra lazarum ut infra. contra. di. l. in q. et c. Nono facit ad detestacionem huius uicii multiplex
malum proueniens ex hoc uicio. et primo eminenter mala que in sacra scriptura reperiuntur
euenisse occasione gule. Secundo uero mala que cotidie proueniunt huius in gradibus
Primo dum perstreperit nobis quod uicium .... est uicium istud.
gule in inicio uite eius occasio nobis fuit omnium malorum. Secundo legitur Gen. ix. quod noe qui perfectus
erat in generationibus suis uicio isto deuictus fuit. bibens enim uinum inebriatus est et nudatus
in tabernaculo. Tercio legitur xix. Gen. quod loth quem sodoma non uicit uinum uicerit.
vnde inebriatus duplicem incestum commisit. Quarto legitur xxi. Gen. quod
esau uicio isto dignitatem primogeniture amisit. Quinto xl. Gen. quod pharao fecit grande con
uiuium magistrum pistorum suspendit uicio et gule populus israel iram dei meruit. vnde in
ps. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum et c. et ij. Reg. xiii. Absalon fecit grande conuiuium
et interfecit fratrem suum amon cum temulentus esset uino. et De oloferne legitur. Judith xii. 2 xiii.
quod bibit nimis uinum nimis quantum una die nunquam biberat in uita sua. et interfectus est
a iudith. Legitur in principio iob. quod filii iob bibentes uinum in domo fratris sui primogeniti
sui oppressi sunt. et dicit Gregorius. In maiorem fratris conuiuio filios iob sathan obruit. Quid
illi ueutri uacabant? q. d. non. Sed, cum inter conuiuia interdum bona intencio uiui teneri
minus prouidetur. et In euangelio legitur quod herodes conuiuium faciens iohannem baptistam occidit.
Mala uero que proueniunt ex isto uicio cotidie illis qui habent hoc uicium multa sunt.
et primo enumeremus mala que eueniunt corpori uero que primum est grauamen corporis. vnde

Gulositas — Vilissimam creaturam deficere.
— De templo spiritus sancti coquinam facit.
— Animam caritate triumphantis deturpat.
— Spiritum elongat a deo.
— Deum blasphemat.
— Deum contempnit.

dns. Attendite ne grauentur corda uestra crapula et ebrietate. Crapula est cruda epula. quando
tantum de cibo assumitur. quod calor naturalis non sufficit ad eius decoctionem. a de autem generatur sp
nimietate cibi et potus. ut sit quasi sepultus. Unde in osee. ix. memphis sepeliet eos.
memphis interpretatur ex ore. nimietas cibi et potus ex ore. quia uicio decoctionem huius homines sepe
liuntur. Basilius. Quanto corpus impletur tanto anima minoratur. Unde Ieronimus. Qui luxuriatur uiuens mo
rtuus est. et qui inebriatur mortuus est et sepultus. Ieronimus. uile sepulcrum est ebrietas. se
pultura quasi quedam submissio spiritualis est. in aqua enim aliquis sepeliri est submergi. ¶ Secundum
malum est leuitas. Unde Gregorius in omelia de diuite epulone. prima in male conuiuan
tibus famulatur culpa leuitatis. post leuitatem ludi et leuitas sequitur. ¶ Tercium est
lasciuia. Unde xxxii. exo. Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. ¶ Quartum malum
est luxuria. Unde Iere. v. Saturaui eos et mechati sunt. ad eph. v. Nolite inebriari
uino in quo est luxuria. xx. prouerbiorum. Luxuriosa res est uinum. Ieronimus ad eustochium. Virgo christi ui
num fugiat ut uenenum. Idem quicquid seminarium est uoluptatis uenenum puta. Ie
ronimus. quamdiu eua in paradiso abstinuit uirgo fuit. quam cito preceptum abstinencie uiolauit
corruptione suscepit. Idem ad furiam uirginem. O filia si apostolus castigauit corpus suum et in
seruitutem redegit. ne cum aliis predicasset reprobus efficeretur. quomodo tu iuuencula adhuc
feruore iuuentutis posita dapibus et uino plena de castitate eris secura. Ipsa enim duan
tur que ueniunt ex uicio gule. Unde Ieronimus. Delicie et epularum uarietas anime fomenta sunt.
Item tolle epulas et libidinis luxuriam. nemo querit diuicias quarum usus inutilis
uel superfluus sit. ¶ Sequitur ex hoc uicio libere iniuria. Unde Amos. vi. Bibentes uinum
in phialis et optimo unguento delibuti nichil compaciebantur super contricionem ioseph.
Ad idem facit quod legitur in Luc. xvi. de diuite epulone qui lazaro compassus non est. Et
inualidus homo gule uicio subiectus. nulli alii uicio resistere potest. Unde Galienus. Ebriosus ser
est omnium peccatorum. nullum peccatum potest uincere qui captus est. ex quo enim quod est quasi potatus
uicium gule quod est de familia diaboli dicitur. totam familiam diaboli s. uniuersitatem uiciorum
prouenit inuitare. Vicium gule reddit hominem stultum. immo insanum. et ad ultimum
reddit eum quasi porcum. ¶ Ad primum facit hec testimonia scripture. xx. prou. ... loquitur
de ebrietate. Quicumque hiis delectatur non erit sapiens. Et in Iob. xxviii. Sapientia non in
uenitur in terra suauiter uiuencium. Seneca. copia ciborum subtilitatem impedit. Ieronimus. Venter
pinguis non gignit tenuem sensum. Seneca. Nichil aliud est ebrietas quam uoluntaria
insania. Tullius. mentem rectam non possunt nimio cibo et potu repleti. ¶ Ad secundum
pertinet quod legitur osee. iiii. Vinum et ebrietas aufert cor id est mentem. Et vii c. e
Ceperunt principes furere a uino. Seneca. Nichil aliud ebrietas quam uoluntaria insania. Ad tercium
quod dicit Seneca. Quidam uentri obedientes loco animalium numerandi non hominum. Ieronimus. Q

¶ Mala que prouenunt de uicio gule sunt.

Lasciuia et grauamen corporis.
Loquacitas et Luxuria.
Inimicicia et fames.
Fatuitas et ledicio.
Vigilia et paupertas.

carne ambulant in ventrem et libidinem, qui quasi irrationabilia iumenta reputantur. et ii Pe.
ii dicitur. de talibus hii velud irrationabilia pecora naturaliter in captionem et perniciem. et in illa ma-
ris turpe tendunt. In hoc tamen deteriores sunt irrationabilibus animalibus. quia illa non incidunt in
laqueos quos vident. et in laqueos etiam in quos alia vidit cecidisse quod isti faciunt. Unde Ieronimus
bruta animalia et vage aves in easdem pedicas recidere non incidunt. Preter ista mala que
spiritualia videntur esse. incurrunt multa mala ex vicio gule. Primo fames. Unde de gulosis
dicitur. Famem patientur. Osee. iiii. Comederunt et non saturabuntur. Ieronimus. Voluptas habita famem
non saturitatem parit. et Luc. xv. Dicit filius prodigus qui tenet figuram gulosorum. Ego autem
hic fame pereo. Ad litteram est hoc verum de illo qui inebriat se vespere quod sitit in sequenti mane.
Unde Prov. xxiii. Dicit salomon in persona talis. Quando evigilabo et rursus vina reperiam. Deinde
sitit usque ad prandium nisi prius biberit. Idem accidit de esurie in prandio non cessabit esuries
quia vel non habet ea que vellet vel quantum vellet. vel preparata ut vellet. Sicut enim dicit Augustinus
ubicumque querit caro refectionem invenit defectionem. Si autem accidit quod habeat que
et qualia et quantum vult non habet tantum ventrem quantum vellet habere. deest ei annona aut
saccus. non potest esse absque fame cum ex defectu famis fames nascatur. tunc oportet ire eum spa-
ciari ut sic esuriat et sic famem venetur. Leditur et natura. Unde Job. xx. Cum satiatus
fuerit artabitur. et estuabit et omnis dolor irruet super eum. Hoc satiatus artabitur id est artius
sibi videbitur sicut angusta videntur alicui horrea sua pre multitudine frumenti.
dolor et irruit super eum non gloriatur in voluptate quam quesivit. Unde Tullius. En vides istos
epulones velud optimos boves stertere et sudare. intelligens eos qui maxime
sequuntur voluptates minime consequi. Qui vicio gule laborat patitur pro delectatione
unius hore molestiam diei unius vel mensis. quia in acutam vel in aliam infirmitatem
incidit. Seneca. Ebrietas unius hore hilarem insaniam longi temporis tedio pensat.
Eccl. xxxi. Amaritudo anime vinum multum potatum. Ex vicio etiam gule sequitur vigilia.
Unde Eccl. v. Dulcis est somnus operanti sive parum sive multum comedat. Saturitas autem
divitis non sinit eum dormire. Sequitur inde paupertas. Unde Eccl. xix. Operarius ebriosus
non locupletabitur. et xxi. Prov. Qui diligit epulas in egestate erit. Qui amat vinum
et pinguia non ditabitur. Causa autem quare talis non ditatur. tangitur in Aggeo. i. ubi sic legitur
Qui congregavit mercedes misit eas in saccum pertusum. quia ebriosus per totam septimanam
laborans. in die dominica totum ponit in saccum pertusum. id est in ventrem. Sequitur etiam
ex vicio gule corporis infirmitas. non una tantum sed plures. et quandoque mors. Ad primum perti-
net quod legitur Eccl. xxxvii. In multis escis non deerit infirmitas. Ad secundum pertinet
quod dicit Seneca. Quis movit hostis in quantum continuos. sunt enim quosdam
voluptates tue sunt. Sufficit alicui ad hostem suum exercent. sed voluptates non

solum extenuant voluptuosos. sed et impotentes reddunt et contractos et leprosos. et diuersis aliis
infirmitatibus affligunt. ¶ Ad tercium pertinet quod dicitur eccli. xxxvij. propter crapulam multi obierunt
et Seneca. Potentiam prudencia huic corpusculo longiorem prorogare moram. si uoluptates quibus
maior pars perit potuimus regere et cohercere. Ad quartum pertinet quod legitur eccl. vij. Inueni
mulierem morte amariorem. Hec mulier est uoluptas carnis que morte est ama
rior. quia non una sola morte inficiat. sed triplici. morte temporali. morte culpe. morte dampnationis
eterne. Ad idem pertinet quod legitur prouerbiorum xxiij. Qui vacantes potibus et dantes symbola et co
mmunicant. et post in eodem. Ingreditur blande. sed in nouissimo mordebit ut coluber. et
sicut regulus uenena diffundit. Nahum i. Sicut spine se inuicem complectuntur. sic con
uiuium eorum pariter potancium consumetur. quasi stipula ariditate plena. Hoc uicium seruum
nostrum natalem dominari facit nobis. prouerbiorum xij. Bullat ... et ne dederis impio ...
potum. prohibe panes illi dare ne umquam potencior te sit. et prouerbiorum xxix. Qui delicate a puero
nutrit seruum suum postea senciet eum contumacem. ¶ Decimum faciens ad detestationem huius uicij est
hoc quod uicium istud est unum de grauioribus infirmitatibus spiritualibus. perpenditur autem grauitas
infirmitatis. ex hoc quod cito inficiat uel suffocat. dure affligat. uix curatur. multas
expensas requirit. que tamen pocius nocent quam prosunt. Omnia autem genera infirmitatum et spiritua
lium et corporalium inducit hec infirmitas. propter primum assimilatur hec infirmitas inguinarie
que infirmitas gule cito suffocat hominem. propter secundum assimulatur hec infirmitas cuidam
infirmitati que dicitur appetitus caninus uel bolismus. affligit enim hec infirmitas hominem tam
insaciabili sicut ostensum est prouerbiorum. xxx. Quod prouerbiorum xiij. Iustus comedit et replet animam suam.
venter autem impiorum insaciabilis. prouerbiorum xxx. curatur uicium istud. quia uicium hec ob hunc
auctoritate sicut ostensum est prius. non sentitur uidetur deficere sicut ... Immo etiam
medicamentum enim uertitur in nocumentum. unde gregorius in moralibus. Quociens solacia ad uitam
usum querimus. quasi tot inie egritudinis medicamentis obuiamus. quia hoc ipsum medicamentum
in uicium uertitur. quia ex salutifero remedio paulo diucius inherentes. ex eo quod nos deficiunt
quod inde ad refectionem paramus. Senes enim magis amant bonum uinum. expensas etiam
requirit hec infirmitas. ut multi hoc uicio depauperentur. et tempus diuicius se habent. Quomodo
ex hac infirmitate cetere introducantur satis manifestum est ex predictis ¶ Vndecimum
faciens ad detestationem huius uicij. est quod ille qui hoc uicio patitur a diabolo ualde premitur. unde
diabolus querit eum mortificare secundum illud considerat peccator iustum et querit mortificare eum. Iam
conuertit intencionem suam cum ad gulam manum ei tenet. ad hoc potest referri illud ubi.
voluptates inter res uilissimas precipue extirpanda que more latronum in hoc nos am
plectuntur ut strangulent. ¶ Duodecimum faciens ad detestationem huius uicij. est hoc
ille qui hoc uicio a diabolo tenetur. ualde firme tenetur. hoc uicium enim quasi quedam ...

or ip̄i potuit· ut possit eū circūducē ad uoluptate tuā. Iuxᵗ illud Ia· iii· Frena in equoꝝ ora
ponim̄ ad consenciendū nob· ⁊ om̄e corpꝰ eoꝝ circūferim̄. Est ⁊ uiciū istud ut deformi
tates sp̄uales q̄ latitudo oris nō talem qualem h̄nt ora caniū qui dicunt̄ leporarii uel ue
natici· ꝫ talem qualem h̄t os inferni. Insaturabilis· n· est· nō sufficit ei q̄ ꝗ gignit t̄ra
ū ⁊ aquatilia ⁊ uolatilia h̄eat· Vn̄ Ierō· Tauri paucoꝝ iugerū pascuis alunt̄. Vnica sil
ua pluribꝫ elephantibꝫ sufficit· homo uix terra ⁊ mari pascitur. ¶ Penultimū facit ad
detest· hui⁹ uicii est q̄ ille qui laborat hoc uicio in seruitute ualde g̃ui ⁊ ualde ignomi
niosa. Sex sūt in quibus attendit̄ g̃uitas hui⁹ seruitutis.

Primū est hoc qd ipse est seruus ei qui naturalit̄ debet seruire. s. corpus suū. ad hoc per
tinet qd legitur in P̄u· xx· Non decet seruū dn̄ari p̄ncipibꝫ. ⁊ alibi xx· P̄u· P̄ tria
mouetur t̄ra· ⁊ q̄rtū sustinē nō p̄· p̄ seruum cū regnare cepit· Seruus iste corpꝰ est· hic
cū dn̄atōne t̄ra mouetur· q̄ hō uel eccā turbatur. ¶ Scdm est qd talis oīm illoꝝ seru⁹
est quibꝫ indiget corpꝰ. Vn̄ Sen̄· Multis seruiet qui corpi seruit. ¶ Terciū est qd talē
opꝫ seruire cuidam dn̄e· s· gule cui nullus p̄ seruire ad suā uoluntatē que uult
singlis diebꝫ ut bis tibi parant̄ uaria fercula· de quibꝫ nich remanet· ꝫ p̄g̃m conuert̄
tur· ꝑhiat ⁊ in locū turpitudinis· ⁊ q̄i ꝑdicionis transmittit. Ad hoc ꝑtinet q̄ legit̄ Iohel·
i· ululate q̄ bibitis uinū ī dulcedīe· periit· n· ab ore uro· ⁊ illud ubū B̄. Voluptas
gutturis que tanti hodie estimat̄· uix duoꝝ latitudinem h̄t digitoꝝ· nō diuīt delec
tatō ū q̄ntū durat transitus ille p̄ gulam· ⁊ p̄ illo transitu uult dn̄a gula tot ⁊ tanta
sibi parari. ¶ Q̄rtū est q̄ ip̄e uili labori intendit· q̄ impletione loci mundi· s· uentris.
ꝗ ratōne curiositatē locoꝝ immūdoꝝ est uilē opꝰ eadem ⁊ implecio· Intendit· n· sacci uini
refectōi· ⁊ sacci immūdicia pleni cū intendit refectōni corpis. Corpꝰ· n· sacc⁹ est· Vn̄ in
Ps̄· Concidisti sac· me· ⁊ glosa ip̄a· ⁊ ba ūgō caro xp̄i sacc⁹ uocatur· Quid aut̄ est h̄
intende refectōi uni sacci· xl· annis quē ad ultimū scio putrefiendū. ¶ Q̄ntū est h̄
q̄ uan⁹ ⁊ q̄i inutilis est labor ei⁹. satis uan⁹ uidetur labor quo quis laborat ut delicatē
pascat latronē· Vn̄ morti dampnatū· Latro iste morti dampnand⁹ est corpꝰ nr̄m· Vnde
Sen̄· Om̄s capitali supplicio condempnati sum⁹. Satis ⁊ uidet̄ uan⁹ labor quo homo
laborat ut u̇mes splendide pascat. Non est curandū qualem inueniant carnē u̇mes
uel pinguem uel macilentam· carnem impugnare est escā u̇mibꝫ ꝑparare. ¶ Sextū ē
hoc q̄ dn̄a gula totū laborē hoīs rep̄it· Vnde ¶ Vltimū faciens ad detest· hui⁹ uicii est
commendatō sui ꝯrii· s· commendatio temperancie· uel ieiunii· Sꝫ de hoc alibi· dr̄. De castrima-

Sequitur de sp̄ebꝫ hui⁹ uicii que sūt castrimargia. rgia ⁊ comessatōne ⁊ ebrietate.
sūt comessatō ⁊ ebrietas uel mergens castitatē· Dr̄ castrimargia eo q̄ in castīs uenit
omnia ingurgit̄· ad cui⁹ detest· sufficiant ea que ad detest· gulositatis dc̄a sūt· Sꝫ ad detest·

Vn̄ ēēt vi. [illegible] omis labor hoīs ⁊ ore⁹

ebrietatis quo semper periculosior est aliquid addamus. De ebrietate ii ponit V quod inicium ebrie

Primum est hoc quod ebrietas proditorie agit. Recedit enim illi pacifice recipitur et post tamen
procedit. Unde Proverbiorum xxiii. Ne intuearis vinum quando flavescit cum splenduerit color eius in vi
tro. ingreditur blande. ecce pacificus ingressus. sed in fine mordebit ut coluber. Ecce no
mentum. Secundo facit ad detestationem huius vicii multiplex maledictio quam deus ebriis facit. Unde Ysa. v.
Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. et ad potandum usque ad vesperas. et post eodem
c. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum. et dicit hoc contra aliquos qui gloriantur de hoc quod possint
vinum multum sustinere. et xxviii. Ysa. Ve corone superbie ebriis effraym. et xxiii. Proverbiorum. Cui
cui patri. ve cui rixe. ve cui fovee. cui sine causa vulnera. cui suffossio oculorum. Nonne hiis qui
morantur in vino et student calicibus epotandis. et dicit glosa. super illud cui suffossio ocu
lorum immoderatus haustus vini exterius et interius vires ingit cecitatem. Tertio facit ad detestationem
huius vicii hoc quod omnia bona dissipat usque ad fundamentum eorum. i. usque ad fidem. Unde Proverbiorum
xxiii. Dicit ebriosus. verberaverunt me et non dolui. vulneraverunt me et non sensi. Unde Augustinus. Ebrie
tas aufert memoriam. dissipat sensum. confundit intellectum. concitat libidinem. Involvit
linguam. corrumpit sanguinem. omnia membra debilitat. et omnem salutem exterminat. Quarto
facit ad detestationem huius vicii quod dicit Augustinus super illud Genesis xliii. Biberunt et inebriati sunt
cum illo verbo inebriandi. aut Augustinus pro saturitate ponitur. et postea subiungit inebriari non
ut inebriantur ebriosi. non ipsi terre utile est. quoniam maiore humore quam sufficit corrumpitur.
ut ita ebriosi qui non sacietate se replet. sed mergitur diluvio. Quinto facit ad detestationem huius
vicii quod dicit Gregorius de illo. Ebrietas inquit est blandus demon. dulce venenum. suave
Aliter distinguuntur v species huius vicii. a Gregorio super illud. xxiv. Genesis. ubi dixit esau
iacob. Da mihi de coctione hac rufa. Distinguuntur hic v species ebrietatis

Prima est cum quis horam comedendi prevenit ut legitur de ionatha. i. Regum xiiii.
Tales timere possunt maledictionem illam que habetur Ecclesiastes x. Ve tibi terra cuius rex puer est
et cuius principes mane comedunt. Terra intelligitur hic homo. terra enim est et in terram ibit. Re
gem liberum arbitrium quod animam habet regere. principes intelliguntur quinque sensus. sicut illi qui ven
trum colunt ab honore et obsequio divino diem inchoare nolunt sicut illi quorum deus
venter est. quod postquam comederunt regnum dei sibi. regnum dei eorum est esca et potus. Secunda species est quando qui
minus delicata vult habere. ut legitur Numeri xi de filiis israel qui in heremo carnes de
siderabant. et In Luc. xvi. legitur de divite epulone. qui epulabatur cotidie splendide. et
dicit Seneca. palatum tuum famem excitet non sapores. Triplici ratione non debet homo que

Primo propter naturam vasis cui cibos quos sumimus infundimus. delicata
corrumpunt quecumque infunditur. Siquis haberet aliquod vas quod corrumperet vinum quod esset
suum. ipse non infunderet ibi de meliori quod haberet. Ad hoc pertinet quod legitur. Johel. i. Ulula

Gulosus habet circa se contrarios motus. Unde
Ante comedere.
Nimis sepe.
Nimia quantitate
Nimis delicata.
Nimio apparatu.
Nimia aviditate.

Ebrietas est
Blandus demon.
Dulce venenum.
Suave peccatum.

Vide Ecclesiasticum. xix. Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes. bona et nature exterminat usque ad insensibilitatem.

Sed totum est peccatum. quando quis habet unde se bene sumat quando facit. non facit peccatum. sed tamen sumens est peccatum.

q̄ bibias uinū in dulcedine · perit enim ab ore tuo · ¶ Sed⁹ est hoc q̄ cū delectabilia tibi
dant̄ in adiutoriū carnis adiūgis ipsam ꝯcupiscencia. sunt duo s̄ uinū · et unctio. ipso unde
h̄ de condimentis sufficiat ut comestibilia fiant nō ꝯcupiscibilia · Sufficit .n. ꝯcupisc̄e
malicia sua que cū uix adiu ullo in p̄senti possit ad finē ꝯplendū necessitatis n̄ p̄ ma
gnitudinē aliquā delectationis · si cepit h̄re irritamenta sunt duo s̄ uinū · et pictatim ꝯficia. sine
abstinencia. ¶ Tercio qr̄ cū carnis debēre dant̄ uult eas p̄ ex ꝯsuetudine h̄re · vnde prou.
xxij · est adolescens iuxta uiam suā · et cū senuerit nō recedet ab ea · cū homines tamen timeant
malam ꝯsuetudinem · qp̄ et a dilectissimis nō sustineant eam sup̄ te adinuenit · mirū
est quoniam seruo nec ipsi corpi hoc tollerare uoluit · ¶ Tercia species est · cū quis nimis
sumit ut legit̄ de sodomitis Eze. xvi. Jero. pluuia optima que sensim descendit · subita
et nimia et preceps imber arua subruit · Similiter nimius cibus nocet · ¶ Quarta species est
studiositas que p̄tinet ad sollicitudinem et curiositatē laute p̄parandi · ut legit̄ de filiis
hely · i · Re · ij · De studioso dicit ysidorus · Tota die epulas ruminat q̄ ad ꝯplendā gulam
uel ꝯe delicias p̄parat · Talis est · q̄ al̄ ruminans · et in hoc differt a ruminantibus ani-
malibus q̄ bruta aīalia ruminancia ruminant p̄ susceptionē cibi · s; talis ruminat ante ·
¶ Quinta species est · cū quis nimis auide uel ardent̄ sumit cibū ut legit̄ de esau ·
Gen · xxv · vnde ecc · xxxij · Noli ee auid⁹ in omni epulatione nec te effundas sup̄ oēm
escam · et Aug⁹. melius est uesci piscibus more dnī q̄ lenticula more mitoris. Signū
uero auiditatis est in sumendo cibū tremor manuū · ciphū uel bolū tenencium · effusio ·
mult⁹ ꝯtionis sup̄ cibaria ad tenuis oculis quā ꝯ comitat̄ effusio mult⁹ micionis super
escam · quez quā sic anim⁹ ad cibū ardore sitiat ut aliqd cogitat nō sinat̄ · Signū
et huius auiditatis est inordinata sumendi panem masticandi cibū et sumendi · Ber.
ad sanitatē corpis ꝯtinto cibus honesti⁹ et ordinaci⁹ ingerit̄ · tanto facili⁹ et salubrius
digerit̄ · Cont̄ auiditatem istam consiliū est interponē psalmū · uel orationē · h̄ species
ꝯtinent̄ in h̄ uersu · prepropere · laute · nimis · ardent̄ · studiose · Possunt et addi his
quinque speciebus iiij alie species · ¶ Prima est cū quis frequent̄ sumit cibū · sufficit hoī
sano sumere bis ad plus in die cibū · Frequens aūt sumptio cibi multū nociua est cor
p̄ aūt artem medicinalē que dicit omnibus est cibū adde sup̄ cibū indecoctū · ¶
Alia species est cū quis uariis fercul(is) uult uti · de q̄ uarietate dicit Sen. Fastidien
tis stomachi est multa degustare · que et uaria sunt et diuersa inq̄nant nō alunt
sicut aliq̄ sunt que diuisa placent ꝯiuncta u° nob̄ abhoīabilia sunt · sic commixtio
tot diu͛sor ferclor in stomacho in ·dū est abhoīabilis nature · ¶ Tercia species est cū
aliq̄s noua req̄rit et inquieta · ¶ Quarta cum preciosa uel sumptuosa nō h̄ns et
respectū ad hoc q̄ sit magis saporosa · De iiij sarcellarib; uiciis gule

· Aug⁹. de ebrietate · Ebrietas — Aufert memoriam et dissipat sensum,
Confundit intellectum · et Concitat libidinem,
Inuoluit linguam · et Corrumpit sanguinem ·
Omnia membra debilitat · et uitam satis exterminat

Dicto de speciebus huius vicii consequenter dicendum est de quibusdam que sunt facultatibus quibus nutritur vicium istud que iiii sunt precipue. ¶ Primum est ambitio de quo dicit sapiens. Ecclesiastico magno constat nobis fames. Sed ambicio maiorem partem eorum que expenduntur turpibus expenduntur ad pascendum os hominum. Sed si nullus hoc debet scire ipsi quam non expendent decimam partem eorum que expendunt. ¶ Alia tria sunt ciborum delectabilitas sive ex generibus ciborum sive ex modo preparandi. et ciborum varietas et quantitas. ¶ Sequitur de remedijs contra vicium istud que viii. sunt. ¶ Primum est sermo divinus. Hoc remedium docet nos deus. Mathei iiii. ubi dicit diabolo temptanti ipsum de vicio gule. Non in solo pane vivit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Frequens susceptio cibi spiritualis inducit et contemptum et oblivionem cibi corporalis. ¶ Secundum remedium est moderata occupacio. hoc remedium intimat nobis Salomon in proverbiis xxi. Desidia occidunt pigrum. noluerunt enim quicquam operari manus eius tota die concupiscit et desiderat. homo ociosus patitur famem universalem. aures enim eius esuriunt rumores. oculi vanitates. gula cibos. Sed occupatio in magna parte sedat famem istam. Valent autem specialiter hec duo remedia ad hoc ne homo horam preveniat. vel ne nimiam sollicitudinem de cibo sibi preparando habeat. ¶ Tercium remedium est elongatio ab hiis que dant occasionem excedendi in cibo vel potu. sicut est delectabilitas. vel varietas. vel nimietas ciborum. hoc enim. illud quod legitur ecclesiastici xxi. quasi a facie colubri fuge peccatum. et si accesseris ad ea suscipient te. Videatur generaliter dictum de omni peccato. specialiter autem hoc referri potest ad illa circa in quibus temptat suavitas. vel voluptas. In illis enim in quibus adversitas temptatur. melius potest expectari conflictus unde non est securum accedere ad mensam ubi nimia vel varia. vel delicata apposita sunt homini qui vult cavere ab hoc vicio. hoc insinuatur genesis iii. Ubi sic legitur. Vidit mulier lignum quod bonum esset ad vescendum. et pulchrum oculis aspectuque delectabile. et tulit de fructu illius et comedit. ubi dicit glossa. Non licet intueri quod non licet concupisci. et proverbiorum xxiii. Loquens de flore gratie excultationis est. quod cum aspexerit videns statim ut manu tenuerit devorabit illud. Non est securum intueri vel videre delectabilia. ¶ Quartum remedium est frequens consideratio qualis post mortem caro sit futura. hoc remedium docet nos Gregorius dicens. Nichil avalet ad domanda carnis desideria sicut cogitare qualis futura sit mortua. ¶ Quintum remedium est meditatio eterne cene ad quam invitati sumus. hoc remedium docuit nos deus. ubi nos ad cenam illam invitatos esse docuit. Aliter comedit ad cenam delicatam invitatus. aliter non invitatus. Qui enim invitatus est parum comedit in prandio ne cenam amittat. Sed sunt quidam qui a deo similes sunt filio minori qui de siliquis porcorum sic impleri desiderant. et de illa delicata cena et eterna non

cum sola esuries hominem beatum reddit. beati qui esuriunt et siciunt iusticiam. et cetera. Quam faciet ipsa
refectio. cum ipsa esuries hominem beatum reddit. ¶ Sextum remedium est consideracio malorum que ex ex-
cessu cibi et potus sequuntur. Sequitur enim inde triplex mors. scilicet mors culpe et mors corporis in presen-
ti. et in futuro eterna mors anime et corporis. Ad hoc pertinet quod legitur Job. vi. Aut gustare quis potest
quod gustatum affert mortem. Cum magna mensura sumuntur medicamenta. sic et alimen-
tum debent secundum augustinum. ¶ Septimum remedium est consideratio penurie christi et in se et in
membris suis. Ad primum monemur Tren. iii. Recordare paupertatis mee et transgressionis.
et absinthii. et fellis. Paupertas quam ipse est in membris suis. multum deberet homines retrahere
a superfluitate quam faciunt in conviviis suis. cum cogitant quantam paupertatem sustinet christus in
pauperibus et in infirmis ad mortem. qui vix possunt panem integrum habere. Mirum est quomodo
sepe non remordet consciencia divites huius seculi. cum cogitant. quod ipsi subtrahunt cibum in
pauperibus quod ponunt in ore diaboli vel malorum. et dei filios fame perire permittunt. ¶ Ultimum
remedium est et summum dei gratia. Unde qui laborat hoc vicio conf... ...um insistere.
et dei graciam postulare que ... ardorem huius vicii sedat. ...hoc tangitur ... Unde Jo.
iiii. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non siciet in eternum. Tercio ... Et ad hebr. xiii. Opti-
mum gratia stabilire cor. non escis que non profuerunt ambulantibus in eis. Ad idem facit illud verbum
Senece. Sicut inquit in perpetua voluntate esse. non voluptatibus adiciendum est. sed cupidi-
tatibus subtrahendum. cupiditatibus non detrahitur. nisi cum res gule infundimus. Explicit de vi-

Herodes autem tetrarcha. et cetera. Expeditum est de peccato cio gule. Incipit de luxuria.

Herodes autem tetrarcha et cetera. Ex peccato luxurie occasio fuit incarceracionis et decollacionis iohannis. et cetera. Ideo hic dicemus de peccato isto
et satis congruo ordine post vicium gule. quia illud nascitur ex illo. Dicemus autem de ipso hoc ordine.
Primo dicemus de hiis que faciunt ad detestacionem huius. ¶ Secundo de speciebus illius. ¶ Tercio de
hiis que prestant occasionem huic peccato. ¶ Quarto de remediis contra peccatum istud. ¶ Quinto dice-
mus quare deus prohibuit simplicem fornicationem. cum enim videtur vel dicitur concubitus cum genere huma-
no in hac prohibicione cum per hanc prohibicionem fere totus mundus peccat. Sexto tangemus
aliquid de impotencia continendi. quam multi allegant. De vii miseriis que sunt annexe

Primo autem faciunt ad detestacionem huius vicii. ista vii. que circa hoc peccatum peccato luxurie
inveniuntur. scilicet anxietas. erubescencia. pena. fetor. feditas. infamia. ¶ De anxie-
tate et pena dicit Jeronimus. appetitus fornicationis anxietas est saciatas pena. Hec sola pre-
cedit peccatum istud anxietas appetitus. Immo et alie multe molestie quas dominus spinas vocat
per osee dicens. Sepiam vias tuas spinis. Spine iste sunt vigilie. timores. expense. et
sollicitudines hoc peccatum precedentes. O quante precedunt vigilie quam modicum festum sequitur
in toto. extendunt vigilie per annum. et sequitur momentanee delectacionis festum. Tantaque
insania luxuriosorum. ut per spinas currunt ad mortem eternam. et expensis suis parant sibi mar-

¶ Ad luxuriam pertinent ista.
- Prodigalitas. et impudicicia.
- Lascivia. et petulancia.
- Titillacio. et blandicie.
- Delicie. et voluptas.
- Dissolucio. et imbecillitas.
- Sterilitas. et Cetera.

[margin: no]

[margin: luxuria]

[margin: De anxietate.]

in infernū. ¶ Ad p̄mam p̄tinet q̄d legit̄ ꝓu. v. De muliere fallaci. p̄ q̄ voluptas illi
higit. et novissima aūt illi amara q̄si absinciū. et quidam q̄ sibi abscidit linguā ut p̄ vehemen
ciam doloris temperaret vehemenciam temptacionis. Dixit abbas ut tanti emā unde pe
team. Incipiens mercator est q̄ forum facit unū cert̄ est q̄d penitebit. Exemplū. Quedā
virgo estimans q̄d delectacō hui' p̄cī eēt q̄ddā magnū. desidio illi' virginitatē sibi aufer
p̄misit. Deinde videns p̄cīm vile tā thesaurū amisisse, a deo penituit q̄d voluit se
interficere. ¶ Erubescencia u° que est in p̄cō isto ostendit absconsio. Vn̄ Job. xxiiij.
Oculus adulteri observat caliginē. Erubescencia u° ostendit indecenciā hui' p̄cī. Eru
bescencia u° p̄cī figura est rei indecentis. Magna g° erubescencia que est in p̄cō
ostendit magnā indecenciā eius. ¶ Fetor eciā est hinc p̄cō qui a viris sp̄ualib; interdū
sentit̄. Vn̄ q̄dam scolaris p̄senciam p̄senciā scorti in domo sua fetore cognoscebat
et q̄dam archidiaconꝰ senciebat q̄d serviens eius fornicatꝰ fuerat. ¶ De feditate dicit
Sen. In leui · voluptate nich est magnificū. nich q̄d naturam dō p̄ximam
deceat. · parte membrorum vilium et turpium ministerio veniens
fedat. ista fidelitas · inquinatō corporis. Vn̄ sup illud i. cor. vi. Omne p̄cīm
cūq; fecit hō ext̄ cor est. q̄ aūt for. in cor. s. p̄cat. Dicit glo. Cetera p̄cā tm̄ animā
maculant ¶ fornicatō u° nō tm̄ animā s; cor contaminat. Ibi .n. nō solū est immundicia
sp̄ualis s; et corp̄alis. ¶ Infamia eciā est in p̄cō isto. Vn̄ macula gule vocat̄. Eccl. xlvij.
Inclinasti femora tua in mulieribus. et p̄ maculam dedisti in glā tua. Jero. eciā dicit h
polluī que in hōie honesta sūt. palma inquit maior est honesta polluere. tūc de
mecia bn̄ triumphaverūt. cū p̄ p̄cīm luxurie honesta in eo polluerūt. ¶ Ad idem p̄tinet
q̄d legitur ꝓu. vi. de adulterio. Turpitudinem et ignominiam congregat sibi et
obp̄briū eius nō delebit̄. Eccl̄o .n. habebit obp̄briū totū in p̄senti. immo et in futō. Vn̄ p̄
Eccl. de ipso. In plateis civitatis vindicabit̄. q̄si pullus equi fugabitur. et u° nō sperauit
app̄hendetur. et erit dedecꝰ omnib;. q̄ nō intellexit timorē dn̄i. Luxuriosꝰ iam hic q̄
dam iehennā tuam. habet .n. ad mod iehēne fetorē et ūmē ignem concupiscencie. Vn̄ ose.
vij. Omnes adulterantes q̄si clibanꝰ succensꝰ a coquente. et fetorē de q° iam dictum. et
fetore infamie. et vermē remordentis conscīe. ¶ Ad detestacō hui' viciȷ faciunt v.
q̄d viciū istud angelis valde fetet vel displicet. Demonib; valde placet. deo eciā contra
riosū. p̄ximo valde iniuriosū. subiecto suo valde nocivū.

Primū p̄ ostendi tripliciter. p° p̄ hoc q̄d in vitis p̄rm legit̄ de quodā angelo q̄ obtu
ravit nares ad aspectū cuiusdam luxuriosi. ¶ Secundo p̄ hoc q̄d sc̄ptū est angelis man. de te
ut custo. et c. Si filia regis tradita eēt alicui ut custodiret eam nō parū displiceret
ei si in eius custodia fornicaretur. q̄ntū angelis g° displicet p̄ sū filie regis celestis q̄

ipsi ad custodiam deputati sunt fornicantur. Ideo dicit B. In quovis diversorio, in quovis angulo reverenciam habe angelo tuo ut audeas illo presente quod me vidente non auderes. Et ad idem potest referri quod dicit apostolus i cor. xi. quod mulier debet habere caput velatum propter angelos. Potest ostendi per hoc quod in isto peccato quedam contumelia fit spirituali nature cum anima magis eligit iumentine nature nature assimilari quam et spiritualitatem se servare. et carnem sibi assimilare a brutali delectatione eam cohibendo. hoc autem non fit absque contumelia angelice nature que est spiritualis natura ut anima. sicut non fit absque dedecore aliorum clericorum quando aliquis clericus apostatat et fit laicus. malens similis esse rusticis quam clericis. ¶ Ad istam tertiam rationem pertinet quod dicit glossa. super ad cor. vi. Omne peccatum [illud] Qui fornicatur in corpus suum peccat. In hoc peccato est anima sub corpore. Item dicit glossa. In fornicationis opere sic totus homo absorbetur a carne ut iam dici non possit ipse animus suus non esse. sed simul totus homo dici possit caro. ¶ Quod autem hoc multum placeat demonibus potest ostendi. Primo per hoc quod xl. Job. legitur. Vehemoth in locis humentibus dormire. Loci humentes sunt luxuriosi. ¶ Secundo ex hoc quod dicit glossa super Levi. quod cum demones omni peccato gaudeant de fornicatione et ydolatria. ibi tangitur causa quare de fornicatione ita gaudeant. quia ibi corpus et anima maculantur. ¶ Tercio quod dicitur potest se iustificare operatione fornicatorum coram deo cum in eo non invenietur peccatum quod ipsi habebunt. ¶ Quarto per hoc quod dicitur comparat ut in dormiente habet homo delectationem huius peccati. ¶ Quinto per hoc quod illis qui non habent materiam perficiendi hoc peccatum. ipse quasi ministrat materiam ut patet in demonibus incubis. ¶ Sexto per hoc quod in peccato binos et binos lucratur diabolus homines et uno ictu et sic illos ad perditionem illud quod legitur prov. vi. Precium scorti vix unius panis. Mulier autem preciosam viri animam capit. Precium scorti dicitur vix unius panis quia unius panis dulcedine sedato ardore appetitus quasi delectatio illius panis. Fatua mulier illo precio dat animam suam diabolo. et corpus lecatori quod non daret alicui scolares

Est et istud peccatum valde contumeliosum deo. quod primo potest ostendi. per quod honorabiles persone huius seculi tantum dedecus reputant si cum filie eorum fornicantur. Quantam igitur contumeliam faciunt filie regis celestis patri suo cum fornicantur. ¶ Secundo per hoc quod tantum dedecus est sponsis nobilibus cum sponse eorum adulterantur. Ad hoc pertinet quod legitur prov. vi. Zelus viri non parcet in die vindicte. nec acquiescet cuiusquam precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Et exponit hoc glossa de celesti sponso. ¶ Tercio per hoc quod vilissima pars quasi in ipso fornicatore est imperet ei id quod deus prohibet ipse potius ipsi vili parti quasi deo obediat potius eligens eandem sibi dominari quam deum. ¶ Quarto per hoc quod templum dei violat et polluit. Ad quod pertinet quod legitur i. ad cor. iii. Nescitis quia templum dei estis vos et spiritus dei habitat in vobis. Siquis autem violaverit templum dei disperdet illum deus. et post. templum dei sanctum est quod estis vos. et post. vi. Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est quem habetis a deo et non estis vestri. et sequitur. Empti enim estis precio magno. et cetera. Glorificandus est deus in corpore

¶ suos De vij contumeliis quas facit hoc peccatum deo.

tamquam in templo quod luxuriosus per dici potest illud: Deus uenerunt gentes et cetera. Super illud portate
in corpore uestro dicit glosa: Si non paret ut propter te uel per te tantum propter deum qui tibi fecit te. Quarto
ostendi quod contumeliosum sit peccatum istud deo ex hoc quod luxuriosus illud dulcius reputat quod
est contumeliosum. magis enim amat coniugatam turpem quam solutam pulcram. Unde non uidetur
querere in peccato suo uoluptatem suam sed dei contumeliam. Unde Jeronimus: Luxuriosa mens in honore
ardencius persequitur et quod non licet dulcius suspicatur. Sexto per hoc peccatum contumelia dei
publicam negociacionem facit et quod peius est peccatum publicum omnium quod spirituale est huic
et peccato uiuere. et ideo ecclesia persequitur ista peccata pre ceteris. Septimo per hoc quod istud uicium
preponit delectacioni uilium et turpium membrorum delicias que in deo sunt que contumelia
de magna est. Hoc et peccatum iniuriosum est proximo quod multiplicatur sic ostendi. Ut maritus
Primo quod aufert ei non sua sed se ipsum. Unde prouerbiorum vi. facit hoc peccatum deo multiplicatur
Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit. furatur enim ut esurientem impleat
animam. Deprehensus quoque reddet septuplum. et omnem substantiam domus sue tradet et liberabit se. Qui
adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam. Unde mulier fatua non aufert tantum
sed et se ipsam. Nota per hoc quod aliquis adulter est accidit propter cordis inopiam. indignaretur
si haberet cor uilissime parti sue se subici. et pro tam uili lenocinio se dari. Unde ecclesiastes x.
multa sapientia multa est indignacio. uel propter cordis inopiam id est propter sapiencie defectum. Secundo
ostendi per hoc quod ille qui hoc uicio laborat nulli fidem seruat. Unde ii. Regum xi. de fidelissimo
milite fecit occidi per uxore eius. Ad idem pertinet quod legitur ii Regum xiii. de Amon qui sororem
Thamar corrupit. Tercio potest idem ostendi per hoc quod uicium istud multis aufert hereditatem
suam. Unde legitur ecclesiastici xxiii. mulier omnis relinquens uirum suum peccabit statuens sibi heredem
de alieno matrimonio. et Luce xv. de filio prodigo qui dissipauit substantiam
uiuendo luxuriose. Est et hoc peccatum ualde nociuum subiecto suo. aufert enim ei primo
sua. aufert et bona temporalia et spiritualia. et etiam se ipsum. Ad primum pertinet quod legitur
xxix. prouerbiorum. Qui nutrit scortum perdit substantiam. et Luce xv. de filio prodigo qui dissipauit substantiam
in luxuria. propter bona uero omnia que destruunt operatur igni. Unde Job xxxi. Ignis est
ad consummacionem deuorans. et omnia eradicans genimina. Jeronimus: Flammigero igne
tenet femina conscienciam. Ad hoc quod ipsum hominem aufert sic pertinet quod legitur Osee iiii.
fornicatio uinum et ebrietas aufert cor. amans amore fatuo non habet cor suum. Sic
enim corpus eius amittit. Unde ii Regum xiii. Interfectus est Amon qui corrupit Thamar. Jeronimus:
cottidie sanguis mechorum funditur adulteria dampnantur. Honorem et aufert hoc
uicium et incrementum bonorum. Unde Genesis penultimo: Ruben primogenitus meus. et subiungit
Fuisti prior in donis maior imperio. supple debueras esse. Et sequitur. Quoniam ascendisti
cubile patris tui et cetera. pre ceteris iure primogeniture debebatur ei honor et duplex

I

in postoribus quod ambulat. et cubile prius maculavit. Quod ad detestabilitatem huius peccati faciunt alia iiii. scilicet. hoc quod vicium istud multum efficax est ad hominem capiendum. et vilcum potens ad detinendum. et hominem ponit in magna vilitate. et in miseria servitute. Quam potens sit vicium hoc. Ad primum pertinet quod dicit Augustinus. Efficacissimum glutinum ad capiendas animas. ad capiendum hominem. mulier. et In proverbiis vii. De muliere mala. et multos vulneratos deiecit fortissimi quoque interfecti sunt ab ea. Ad idem facit quod legitur numeri. xxiiii. quod hoc peccatum pre ceteris elegit balaam quod deciperet filios israel. et faceret eos peccare. hoc vicium capit nobiles et ignobiles. unde Jeronimus. In serico et in pannis eadem libido dominatur. non regum purpuras. non mendicancium caloie spernit. hoc vicium sapientes et insipientes vincit. unde Jeronimus. Quid salomone sapiencius. et tamen infatuatus est amore mulierum. Ecclesiastici. xix. Vinum et mulieres apostatare faciunt et sapientes breviter illud peccatum fere totum mundum ad infernum trahit. unde abacuc. i. Totum in hamo suo sublevavit. totum traxit in sagena sua. et congregavit in rethe suo. Hamus et sagena et rethe dici. sunt mulieres que totum in perdicionem trahunt. Quam tenax sit hoc peccatum Potens et est hoc peccatum ad retinendum. unde xxii. proverbiis. Fovea profunda os aliene cui iratus est dominus incidet in eam. Qui in profundam foveam cadit non exit ex facili. Sic nec de facili evadit de manibus diaboli qui capitur pulcritudine alicuius mulieris. Salomon dicit de ore mulieris quod sit profunda fovea plusquam de alio membro. et pulcritudo huius membri multos capit. Qui hoc vicio laborat. vix potest cogitare de hiis que pertinent ad salutem suam. deum non cognoscat ad celum oculos suos non levat. adeo brutalis factus est. Verba correctionis vel admonitionis tue non potest audire. Quod ad tercium pertinet quod legitur osee. v. Non dabunt cogitaciones suas ut revertantur ad dominum. quia spiritus fornicacionis in medio eorum. et non cognoverunt dominum. Quod ad tercium facit quod legitur danielis. xiii. de senibus qui arserunt in susannam. declinaverunt oculos suos. ne viderent celum. nec recordarentur iudiciorum iustorum. Quod ad quartum pertinet quod legitur. Ecclesiastici. xxi. Verbum sapiens quecumque audierit laudabit intelligens. et adiciet. Audivit luxuriosus et displicuit sibi. et proiciet post tergum suum. Vix enim emundat aliquis de peccato isto. nec ea fugiat que possunt esse occasio liberacionis tue. Ponit et hoc vicium hominem in magna vilitate ad quartum. Quod luxuria in vilitate magna Vilitatem et turpitudinem ex parte mendam quam turpiter loquitur scriptura. ponit hominem de vicio isto. unde Joel i. Computruerunt iumenta in stercore suo. Glosa. Iumenta in stercore suo computrescere est homines in fetore luxurie vitam finire. unde in psalmo. Disperierunt in endor facti sunt ut stercus terre. Endor interpretatur fons generacionis. unde endor pars est illa que operi carnali deservit. propter hanc vilitatem comparatur sui. xi. proverbiis. Circulus aureus in naribus suis mulier pulcra et fatua. Sus si ex una parte videt lutum volutabrum. et ex alia parte videt lectum aureum roseum. prius curreret ad volutabrum. Sunt tales immundiciam luxurie deliciis paradisi preponunt. licet dici posset intelligi sus ista et mulier. et ipse circulus quem dicit mulier

in lutū omīs inmūdicie. ad eandem uilitatē ptinet q̄ legit̄ eccl. ix. Omīs mulier que
est fornicaria q̄si stercꝰ in uia ab omībꝫ ptereuntibꝫ conculcabit̄. ¶ In miseria ēt seru
tute ponit uiciū illud nō solū q̄ facit sp̄m seruū ei. q̄ s̄ natural̄r debet seruire .s. corp
tui. sꝫ ēt uilissime parti illiꝰ. et ēt pp̄ seruitutem mulierꝫ que est ualde misera. Vnde
Tulliꝰ. Illū nō liberū dicam cui mulier imperat. leges imponit. uocat ueniendū ē
eicit abiciendū est. poscit dandū est. minat̄ extimescendū est. Huic q̄ tantū in t
nū. sꝫ nequissimū seruū ego iudico. Jerō. ꝯfich uile ē q̄ a carne uinci. inde glosū q̄
carnem uincere. Preterea luxuria uidet̄ eē de numero pctōꝝ illoꝝ de quibꝫ erubescūt demo
nes. Vnde glo. sup illud ezech. xvi. Dabo te in animas odientiū te filiaꝝ palestinaꝝ que
erubescunt sup uia tua scelerata. Dicit glo. loquens de spūali ierl̄m. tanta miseri
ierl̄m erat corruptio. ut erubescant ēt demones inmūdoꝝ magnitudinem pctōꝝ. cum
p̄ eē pctm̄ diaboli est supbia. Hominū s̄ luxuria. et alia pctā carnalia. Luxuria ū uidet̄ eē
prior. Et. supbia q̄ minꝰ turpis credit̄ minꝰ uitat̄. Luxuriam eo magis erubescant
hoīes. q̄ oēs turpem nouerūt. Preterea sunt aliqui demones ut dicūt magistri q̄ mem
res sue antique nobilitatis nō dignant̄ de luxuria temptare. Signū ad hoc est q̄ lux
temptauit dnm̄ in deserto. nō temptauit eū de luxuria. De speciebus Luxurie

Sequit̄ de specibꝫ luxurie que diuiditur in luxuria cordis. Diuidit̄ aūt luxuria
primo in in duas spēs. s. in luxuriam cordis. et luxuriam corporis. ad has duas spēs pti
q̄ dr̄ in ps. Vre renes meos et cor meū. ¶ Contra spēm primam est neccāria ut ad mamil
zona aurea sunt pcincti scdm q̄ uidit Johs. apoc. i. ¶ Contra scdm oportet nos pcinc
eē ad renes scdm uisionem ezech. ix. et Dan. x. Leuaui oclos meos et uidi. et ecce u
unꝰ uestitꝰ et renes eiꝰ erant accincti auro obrizo. In continencia ū cordis ualde p
ta est pp̄ hoc q̄ ille q̄ laborat hac spē incontinencie pccat mortalit̄ tociens quociens u
det pulcram mulierem. Ideo dr̄. Sagena cor mulieris fatue. eccl. vii. Inueni amar
morte amariorem que laqueꝰ uenatoꝝ. et sagena cor eiꝰ. Sagena totam aquam occup
sic corde fornicatur cū omībꝫ fatua mulier. ¶ Alio mō diuidit̄ Luxuria. in v. spēs.
tandū est q̄ hoc nomē luxuria quandoqꝫ sumit̄ largius quandoqꝫ minꝰ large.

Primo mō est luxuria inordinat̄ amor delectationis scdm gustū. et cupi
ditas inordinatꝰ amor pecunie. et scdm hoc p̄ diuidi luxuria in v. spēs.
quaꝝ prima ptinet ad suauitatem uestiū et lectoꝝ. ¶ Secunda ad suauitatē unctionum
quā antiqui utebant̄. ¶ Tercia ad suauitatem balneoꝝ. ¶ Quarta ad tactꝰ mund
illoꝝ membroꝝ que gnōni seruiunt. ¶ Quinta ptinet ad membra gnōni deputata.
ista spēs uocat̄ luxuria. scdm hoc ergo nomē luxuria sumit̄ stricte. et diuiditur in v. sp
¶ Prima est simplex fornicatio. Secunda stuprū q̄ est illata defloratio uirginū. ¶

Tercia est adulterium quod est ad alterius thorum accessio. Quarta incestus que est consanguineorum uel
affinium abusus sub qua specie comprehendi possunt peccata sanctimonialium et etiam religiosorum. Quintum 3
peccatum contra naturam quod fit duobus modis. Quia uel est contra naturam quo ad modum ut cum mulier
supergreditur. uel cum fit bestialiter in opere illud. quia in uase debito. quia uel est contra naturam quantum
ad substantiam. cum quis procurat uel consentit ut semen alibi quam in loco ad hoc a natura
deputato effundatur. De quo uicio cum magna cautela loquendum est in predicando et in
interrogationes in confessionibus faciendo. ut inde hominibus reueletur quod eis prestet occasionem
peccandi. Et notandum quod diabolus dicitur habere duas manus quibus suffocat homines. capiti s. gulam
et luxuriam. de quibus exponitur in psalmo. Considerat peccatorem iustum. s. diabolus. et querit mortificare
eum. deus autem non derelinquet eum in manibus eius. Quinque digiti sunt quinque species gule que notantur in hoc
uersu. Prepropere. laute. nimis. ardenter. studiose. Quinque. digiti in secunda manu sunt quinque species dicte
inter quas primo prosequemur de uicio contra naturam. De peccato contra naturam cuius magnitudo. viii.

Magnitudo huius uicii potest ostendi octo modis. Primo illis modis probatur.
Testimoniis scripture. que hoc uicium asserit maximum. uel nimium quale est illud
quod legitur. Gen. xiii. Homines autem sodomite erant pessimi. et peccatores coram domino nimis. et
xviii. dicit dominus. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. et peccatum eorum aggra-
uatum est nimis. Descendam et uidebo. et cetera. Enormitas tante et inaudite turpitudinis
quasi admirationem et dubitationem parit in audientem. Unde deus quasi admirans et du-
bitans super tanto scelere introducitur loquens. Descendam et uidebo. Incredibile
enim uidetur homines tantum flagicium perpetrasse. et notandum quod de duobus peccatis. s. de homi-
cidio. et de uicio contra naturam legitur. clamor ascendisse ad dominum. quod laborantes hiis duobus
specialiter hostes dei sunt. et generis humani. sicut enim et sicut uerbo dicitur deus masculum et fe-
minam creasti ut multiplicentur. nos operam dabimus ut minuantur. Unde quasi parificatur
homicidio uicium istud. Ad istum et primum modum pertinet quod legitur de ioseph. xxxvii. Gen.
accusauitque fratres s. apud patrem crimine pessimo .i. de uicio contra naturam secundum unam
expositionem. ad eundem modum pertinet illud uerbum aug. Adulterium malum fornicationem
uincit. uincitur ab incestu. peius enim est cum matre quam cum aliena uxore dormire. sed omnium
istorum pessimum est quod contra naturam fit. ut si uir membro mulieris ad hoc quod non concesso
utatur. hoc execrabilius fit in meretrice. sed execrabilius in uxore. Et clemens papa. Gra-
uissime peccatum peccant adulteri. i. ualde grauius fornicarii. cum cunctis hiis grauius incestu-
osi quos omnes transcendunt secundum naturam delinquentes. Secundo potest ostendi magnitu-
do huius peccati per uindictam iam sumptam a domino de peccato isto. Prima autem uindicta fuit
huius peccati diluuium. Huius causas enim diluuii ponit hoc methodius. quod mulieres inuere-
cunda uerse supergredi uiris abutebantur. et quod exercebant in alterutrum homines coeuntes.

¶ Secunda fuit submersio v. civitatum in qua vindicta attendendum est quod deus solum punire
centes voluit sed et innocentes parvulos et uno die. In hoc consultum est prius ne diucius vi-
ventes sequerentur exempla parentum et sic ipsi dampnarentur. et et circumiacentes regiones
non solum homines immo et animalia et terra nascentia ipsam quoque terram destruxit eam convertendo in
mare mortuum in quo nec vivit nec avis nec piscis. et candela viva superaddita extinguitur
gitur quasi igne infernali. Supra est illa vindicta non potuit sustare ignis ille donec terra penitus
puniretur. Unde Gregorius. Jehennalis flamma moram non sustinens sodomorum prevenit col-
nationem. et ipsam terram tante confusionis gloria consumpsit ignis sulphureus et spe com-
ingitur. et in lacum horribilem solum esse redactum habitatores urbium est. et Gen. xix. Pluit dominus
super sodomam et gomorram ignem et sulphur de celo. et subvertit civitates has. et omnem circa regionem univer-
sos habitatores urbium et cuncta terre virentia respiciensque retro uxor loth post se versa est in
statuam salis ad ostendendum quantum displiceat deo memoria huius peccati. Tercia vindicta fuit
de onam de quo legitur xxxviii. Gen. Quia onam semen fundebat in terram et idcirco per-
cussit eum deus eo quod rem detestabilem faceret. ¶ Tercio potest ostendi magnitudo huius peccati per pe-
nam huic peccato taxatam. Unde xx. Levit. Qui dormierit cum masculo feminio coitu operati
sunt morte moriantur ambo. sanguis eorum sit super eos. ¶ Quarto per comminationem quam fa-
cit deus peccato huic. Johel iii. Congregabo omnes gentes et deducam eas in valle iosaphat et
disceptabo ibi cum eis. et subiungitur et unam disceptationis posuerunt in prostibulo. ¶ Quinto
potest ostendi per hoc quod scriptura ita detestabiliter loquitur de peccato isto. Unde ad Ro. i. masculi in
masculos turpitudinem operantes. non dicit aliquid turpe sed ipsam turpitudinem nomi-
natim illud. et ibidem ut contumeliis afficiant corpora sua propter ea tradidit illos in passiones
ignominie. et Levit. xviii. Cum masculo non commiscearis coitu femineo quia abhominatio est.
et Simachus dicit quod ineffabile est. et non debet homo loqui de peccato isto. ¶ Sexto per hoc
quod multi antiqui qui inveniuntur non reputasse adulterium vel stuprum respectu huius peccati. Gen.
xix. Dicit loth sodomitis. Nolite queso fratres mei nolite hoc malum facere. Habeo
duas filias que nondum virum cognoverunt educam eas vobis et abutimini. et Jud. xix.
filiam virginem. et hic homo habet concubinam educam eas ad vos ut humilietis eas et vestram li-
bidinem impleatis. tantum hoc obsecro ut hoc scelus non operemini in virum. ¶ Septimo potest osten-
di magnitudo huius vicii per hoc quod illud est adinvencio. Deus enim multum odit adinven-
tiones in peccatis. Unde super illud Ysa. Visitabo super fructum adinventionum vestrarum. Dicit Glossa
plus punit studia peccatorum quam peccata. et In Ps. Ibunt in adinventionibus suis. Item cor-
rupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis. ¶ Octavo potest ostendi magnitudo huius peccati per
quod multiplicem effectum ipsius. hoc vicium fedus inter nos et deum rumpit. genus humanum quan-
tum in se est destruit. hominem iumento inferiorem reddit. ¶ Ad primum pertinet

dr aug' hoc mag ingr uiolatur societas que nobis cum deo esse debet. cum natura cuius ipse auctor est puersitate libidinis polluitur. sicut aliquis cum alius deterioraverit rem suam dicat uita sic. non eam sic feci. Sic deus illum quem fecit ipse hominem masculum. cum videt quod ipse se fecerit feminam non reputat creaturam suam. ¶ Secundum non planum est. ¶ Tertium similiter potest ostendi ex hoc quod ille qui peccat peccato isto non observat legem quam etiam bruta observant. Alie species luxurie iumentis assimulant hominem. sed hec inferiorem reddit. unde sodomia bene iuuenta inrepretatur. quia hoc peccatum reddet homines mutos in die iudicii. non poterunt enim excusare se pro ignorantia. cum ipsa natura legem docuerit. Ipsa bruta animalia quam isti transgrediuntur.

Sequitur de incestu huius peccati. magnitudo potest ostendi. De incestu cuius magnitudo iiij. modis probatur.

¶ Primo. per penam statutam huic peccato in lege. Legimus enim deo prohibuit incestum et peccatum contra naturam. xviij. Levit. Subiungitur. Omnis anima que fecit de abhominacionibus hiis quippiam peribit de medio populi sui. et xx. eidem statuitur eadem pena huic peccato. ¶ Secundo potest ostendi per hoc quod apostolus tradidit sathane cruciandum illum fornicatorem qui cum noverca sua peccavit secundum hoc quod legitur. i. ad cor. v. ¶ Tercio potest ostendi per mala que ex hoc peccato sequuntur. unde legitur. ij. Reg. xiij. Quod amon qui sororem suam corrupit interfectus est a fratre suo absalon. et homines ab hoc peccato sibi caveant. sequerentur inde non solum odia et homicidia sed etiam fratricida. ¶ Quarto potest ostendi per hoc quod peccatum istud hominem quasi canem reddit. Canis enim in opere suo non observat consanguinitatem. De adulterio et speciebus eius.

Sequitur de adulterio quod dividitur in duas species. scilicet in simplex adulterium. quod est cum uxoratus peccat cum soluta. et econverso et in adulterium duplex quod est cum uxoratus peccat cum uxore alterius.

Septem sunt autem per que potest ostendi magnitudo huius peccati. ¶ Primo per hoc quod contrarium est sacramento matrimonii quod ipse deus instituit. et in paradiso. et in statu innocencie. unde non fit iniuria tanto sacramento absque magna contumelia dei. ¶ Secundo per hoc quod est contrarium a deo iuri naturali. unde enim ex precepto iuris naturalis est hoc quod tibi non vis alii ne fe non feceris. hoc non nullo modo vellet sibi fieri ut aliquis cum uxore sua peccaret. multi sunt qui pocius permitterent se interfici vel exheredari quam sustinerent. Ius quoque naturale docet hominem quod non hoc modo debeant facere homines alii quod a deo odit fieri. ¶ Tercio potest ostendi per hoc quod prohibitio adulterii in decalogo immediate ponitur post prohibitionem homicidii et ante prohibitionem furti. unde clemens papa. Quid in omnibus peccatis adulterio gravius. secundum enim in penis tenet locum. i. in prohibitionibus homicidio quodammodo assimulatur adulterium. Quoniam enim vir et mulier sunt una caro. qui aufert uxorem suam alicui. idem est ac si ipsam ei auferret. Corrumpat autem illud peccatum omne beneficium de luxuria. quod qui aufert eum sic creatura naturalis melius est quam quicquam terrena tuba. ¶ Quarto potest idem ostendi per legem que habetur Levit. xx. ubi sic dicitur. Si mechatus quis fuerit cum uxore alterius. et adulterium perpetraverit cum uxore proximi

sui morte moriatur. et mechus et adultera. eadem pena puniuntur hoc peccatum secundum leges iudeorum
non recipit alia redemptio. ¶ Quinto ostenditur idem secundum quod legitur de dauid. quod cum adul
terasset. ii. Re. xii. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. eo quod despexeris
uxorem urie ethei. ¶ Sexto potest ostendi per mala que inde sequuntur. Sequitur autem ex hoc
peccato exheredatio filiorum. Eccli. xxiii. Mulier relinquens uirum suum peccabit statuens he
reditatem ex alieno matrimonio. Sequitur et inde homicidia. unde dauid cum in adulterium ce
cidisset fecit interfici fidelem militem suum. Consequitur et multociens inde incestus. ut si quis
cognoscat filiam patris sui. uel eius uxorem ignorans cuius sit pater eius. ¶ Septimo potest osten
di magnitudo huius peccati per iudicium zelotipie. De quo Numeri. v. Si declinasti a uiro tuo atque
polluta es. et concubuisti cum uiro altero. hiis maledictionibus subiacebis. det te dominus in maledictionem
exemplumque cunctorum in populo putrescere faciat femur tuum. et tumens uterus tuus disrumpatur
et c. et He. Quicumque uxorem proximi sui polluit et hereditatem eternam possidebit. A
Sequitur de strupro quod est illicita defloratio uirginum **strupro quod est illicita defloratio**
cuius peccati magnitudo ostendi potest. ¶ Primo ex hoc quod sichem **uirginum**
filius emor qui dynam filiam iacob deflorauit. interfectus est hac de causa cum patre suo et toto
populo urbis sue. ut legitur Gen. xxxiiii. ¶ Secundo potest idem ostendi per hoc quod peccatum hoc au
fert uirginitatem cui debetur fructus centesimus cum coniugatis solum debeatur tricesimus. et iugalis
in induis. Satis deteriorat terram qui facit ut non possit reddere nisi. lx. fructum. cum prius redde
uille centesimum. qui illicite deflorat aliquam. aliquando est occasio mille fornicationum quas ipsa facit
postea sicut ille qui primo rupit clausuram alicuius uinee. occasio est illius dampni faciunt qui postea ueniunt
qui aliter non intrassent. et aufert ei quandoque quod numquam de cetero maritum habebit. Ad detestationem et huius pec
facit hoc quod bonum quod ipse aufert. scilicet uirginitatis bonum. est irrecuperabile notum uirginitatis non
recipit dispensationem quod non recompensationem.
¶ Ad detestationem sufficere possunt que dicta sunt. de luxuria generaliter. addere tamen hoc possumus quod hoc pe
est detestabilius homicidio. uel rapina. In hoc quod illa non sunt talia in se mala. potest enim aliquis
uelle occidere aliquos ~~—~~ meritorie sicut iudex amore iusticie. et aliquis potest alienum
capere ~~tenent~~ in summa necessitate. Sed nullus potest fornicari tenentur quin mortaliter peccet. Ponamus quod
aliquis nullum malum cogitauerit. non dixerit. non fecerit. et omnia egerit bona que excogitari possunt
et semel tantum fornicetur. et sic decedat absque penitentia ex necessitate dampnabitur. si omnes misse
usque ad finem mundi celebrabuntur ab ecclesia pro eo celebrarentur non liberarent eum a morte eterna
¶ Ad detestationem. huius peccati facit quod legitur. Num. xxv. Quod cum fornicatus esset israel cum filiabus moab
ab iussit dominus cunctos principes populi suspendi in patibulis contra solem. et occisi sunt de populo. xx
iiii. hominum. et phinees qui interfecit zambri coeuntem cum madianite sacerdocium temp
num meruit et iram dei a populo auertit. Licet fornicatio sit genus omnis illicita coitus q

fit extra uxorem tamen specialiter intelligitur in usu uiduarum uel meretricum uel concubinarum.

Ad detestacionem huius fornicationis que fit cum meretricibus facit hoc quod quandoque credit se aliquis peccare cum talibus simplici fornicatione. ipse quandoque committit adulterium uel incestum. Sepe enim tales mulieres coniugate sunt. forsitan a consanguineis eius qui peccat cum eis cognite. Unde committit se qui cum talibus peccat magno discrimine et licet non sint coniugate uel affines eius eque peccat ac si forent. ex quo est equalis contemptus.

Ad detestacionem uero illius fornicationis que fit cum uiduis facit hoc quod peccans cum talibus aufert ei honorem.

Ad detestacionem uero eius que fit cum concubina facit hoc quod talis fornicatio fit cum scandalo proximi. ¶ Est alia species luxurie preter predictas que raptus dicitur. est autem raptus cum puella a domo patris uiolenter educitur. ut corrupta in uxorem habeatur. siue puelle. siue parentibus uis illata extiterit hoc peccatum tantum est quod morte punitur. Tercio uero potest diuidi peccatum luxurie secundum diuersitatem subiectorum in quibus. ut diuidatur in luxuriam laicorum et religiosarum personarum. ¶ De luxuria laicorum nichil · De luxuria laicorum · aliud est dicendum quam de luxuria in genere dictum sit. Set de aliis speciebus dicendum quod ualde grauius est peccatum illud in clericis uel in religiosis personis. et aliter ponderandum in eis quam in laicis. Unde pondus sanctuarii maius erat ceteris ponderibus mercatorum ponderibus scilicet ad designandum quod aliter ponderanda essent peccata laicorum et peccata eorum qui sancti deberent esse. quibus dicitur in ysaia. Mundamini qui fertis uasa domini. vii. sunt que aggrauant peccatum omnis clerici in sacris ordinibus constituti.

Primum est uoti infractio. et est ista circumstancia ualde aggrauans peccatum quod sicut apparebit si quis attendat quam preciosum sit. quod talis aufert deo. et quod res sacra sit. Hee due circumstancie aggrauare solent peccatum rapine. preciositas rei que rapitur. quia magis dampnificatur proximus et sanctitas ipsius. quia tunc non est solum furtum. immo est sacrilegium. castitas quam ipse promisit deo cum sacros ordines suscepit quam deo aufert cum fornicatur res inconparabilis est. unde ecclesiastici xxvi. Omnis ponderatio non est digna anime continentis. Res etiam sacra est cum sit deo oblata. Unde contrectatio eius est inuito domino sacrilegium est. ¶ Secundum est scandalum et derisio populi. Unde Jeronimus. Clericus autem honestior est. ceteris autem aliis est fabula. ¶ Tercium est sciencia. Unde ib. ubi maius est donum sciencie transgressor maiori subiacet culpe. ¶ Quartum est hoc quod seruicium dei altissimi sunt. sicut enim quando fornicantur in ecclesia dei sit seruicio deputata. quam in laicis. ¶ Quintum est quod ipsi sunt de familia dei. et eius expensis uiuunt et uestiuntur. proditores enim sunt qui ei repugnant de cuius bonis uiuunt. et dei contumelias et maior est quam a suis contempnuntur. Unde in psalmo. Si inimicus meus maledixisset michi sustinuissem etc. ¶ Sextum est quod ipsi decipiunt populum qui dat elemosinas. ut ipsi peccata deleant orando. et graciam impetrent sancte uite. quod ipsi non faciunt secundum Gregorium. Cum indignus ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. Bernardus. Ve qui ambulantes in carne deo placere non possunt et placere uelle presumunt. ¶ Septimum est dignitas

officii ad quod ordinati sunt quod specialiter pertinet ad sacerdotes. Sicut enim grauiter peccaret
qui calicem benedictum in lutum proiceret uel aliter macularet eo quod ad continendum diuinum san
guinem deputatum sit, sic sacerdos ualde peccat grauiter qui ad suscipiendum diuinum corpus
et sanguinem ordinatus est, quando peccato carnis se maculat. Et sicut ille grauiter peccaret qui
calice inquinato manente inmundicia in eo sanguinem domini poneret, sic ualde grauiter peccat
ille qui in fetore luxurie inquinatus antequam ab inmundicia se abluerit corpus et sanguinem domini
mere presumit. De quo Ambrosius. Qui indigne sumit Christum idem est ac si interficiat. Et
Augustinus super illud ad Hebreos x. Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione
duobus uel tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium
conculcauerit. Conculcat Christum qui libere peccat et absque timore. Et qui eo indigne participat. De peccato

Nota quod peccatum luxurie ualde indecens est in sacerdote carnis in uiris religiosis
et hoc quinque de causis. Et quia homo. Et quia dei minister. Et quia angelus. personis.
Et pluribus angelis in aliquo. Et quia ut deus. Incarnationem dei tenet. ¶ Ad primum facit illud Se

uoluptas habet nichil magnificum nichil quod naturam proximam deo deceat ministerio membrorum
uilium ac turpium. Veniens appetitus fornicationis et brutalis concupiscentia brutorum uisio de
lectabili tam cito ascenditur et non habet in potestate sua ut eam temperet uel extinguat. For
nicator uult appetitum suum impleri quantumcumque malum sibi accidere debeat. ¶ Ad secundum
quod si diuites huius seculi tantum amant mundiciam in eis qui sibi seruiunt cibum preparando, quanto
de quo legitur in canticis. Qui pascitur inter lilia puritate delectatur. Augustinus. Melius est species
penitus dimitti quam impure tractari uel tangi. In ecclesiasticis officiis deus non frequenciam
ministrorum sed deuotionem animorum probat. ¶ Ad tercium pertinet quod legitur in Malachia ii. Labia sacer
dotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Plus quam
quam angelus quantum ad dignitatem sacerdotalem quando non credimus esse angelis concessam eam
[…] si proferret angelus uerba illa hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus fieret
quia non habet ordinem qui ad hoc exigitur. Non angelis legimus deum quorum remiseritis peccata
sa sunt ut legitur discipulis dicit Jo. penultimo. Hoc tamen uerbum sane intelligendum est. Est et
Ieronimus super illud xvi capitulo. Vos autem quem me esse dicitis. Dicit in te legi. Vos ab aliis discreti
homines sed dii. Et in lege diis non detrahes. Et principi populi tui non maledices. Et quale est
quod ille amat ut porcus qui est ut deus. De peccato carnis in religiosis personis

Consequenter ostendendum est quomodo aggrauetur peccatum carnis in uiris
religiosis uel personis. ¶ Et primo ostendemus hoc generaliter in quibuslibet personis religiosis
specialiter in sanctimonialibus. Et nota quod vii circumstancie aggrauantes peccatum clericorum qui sunt
sacris ordinibus constituti possunt similiter ad peccata personarum religiosarum referri sed
breuitatis de hoc ad presens dimittimus. ¶ Sex autem sunt per que ostendi potest quantum agg

hoc peccatum in religiosis. ¶ Primum est hoc quod Moyses narrat vi. Genesis tangens causam diluvii.
Cum cepissent inquit homines multiplicari super terram et filias procreassent, videntes filii dei fi-
lias hominum quod essent pulchre acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerant. Si displicuit tantum deo quod filii
dei filias hominum in uxores, quantum credendum est displicere deo cum filii dei cum filiabus hominum fornica-
ntur. ¶ Secundum est hoc quod cetus religiosorum est nobilior pars in sponsa Christi, scilicet ecclesia. Unde per
faciem intelligitur. Et ideo sponso esse maxime displicet macula in eis. Unde ipse dicit Canticorum ii. Sponsa
ostende michi faciem tuam. Qui magnam alicui contumeliam vult facere maculat ei faciem. Unde
iudei in faciem Christi conspuerunt ut contumelia maior esset. Sic Christo contumeliam magnam
facit qui faciem sponse sue quam ad abluendam faciem propriam sputis iudeorum exposuit maculant
vel in se vel in aliis. ¶ Tertium est hoc peccatum carnis in religiosis apostasia iudicatur. Si-
cut enim qui habitum religionis deserit apostata iudicatur, cum castitas magis substantialis sit religioni
quam habitus, qui castitatem deserit apostata est. Unde de tali verum est quod legitur vi. Proverbiorum. Homo apostata
vir inutilis. Non quantum ad deum utilis est. Quicquid enim facit in claustro non valet ei ad meritum vite
eterne. Et quo ad homines inutilis est cum eis sit scandalo et derisioni. ¶ Quartum est hoc quod dya-
bolus studet et laborat ut religiosos faciat cadere et precipue in peccatum carnis. Unde in Ecclesiastico xiii.
Venatio leonis onager in heremo. Leo est dyabolus cuius est venatio monachus in heremo claustri.
Dyabolus quasi leccator est cibos exquisitos querens. Unde Abacuc i. Incrassata est pars eius et cibus eius
electus. Quantum placeat dyabolo peccatum carnis in religiosis potest ostendi ex hoc quod legitur in dialogo Gregorii
quod Andreas Fundane civitatis episcopus cum vitam virtutibus plenam duceret et commanentem quandam
monialem quam secum prius habuerat noluit ab episcopii sui cura repellere, certus de se et eius continen-
tia, hostis eius speciem cepit oculis eius imprimere aditum temptationis exquirens. Quadam vero die
iudeus de campania Romam tendens cum iam esset nox nesciens quo declinaret iuxta Apolli-
nis templum se contulit. Nocte vero media dum pre timore vigilaret, vidit malignorum spirituum
turbam in ecclesiam advenire. Quorum princeps discutere cepit quid egissent. Et post multum
unus exsiluit qui in Andree animum per speciem sanctimonialem quantam temptationem carnis commovisset
aperuit. Cum vero malignus spiritus qui preerat inhianter audiret adiunxit quod ad hoc pervenit
temptatio ut in die preterita in terga eidem sanctimonialis femine alapam daret. Tunc
blande exhortatus est eum ut perficeret quod ceperat ut singularem palmam teneret. Tunc iudeus
accedens ad episcopum diligenter ab eo licet hoc vellet celare exquisivit. Quem episcopus ad fidem mo-
nuit et baptizavit. ¶ Ad idem facit quod legitur in vitas patrum quod dicebat quidam
thebeus senex quod filius fuisset sacerdotis ydolorum. Et quadam die cum videret patrem suum
in templo sacrificantem ydolis vidit sathanam cum milicia eius astantem. Quem cum singuli
demones adorassent retulerunt facta negocia sua. Unde ait: per xxx dies homines commovi, inimicos
plurimos occidi. Alius dixit: per xx dies plurimos submersi in mari. Alius: per x dies se inter-

Nota

fuisse nupcias et sponsum et sponsam occidisse. et multam sanguinis effusionem incitasse. hoc audiens
tachan omnes flagellari iussit. Tandem unus ait. per xl annos incitasse quendam monachum in here-
mo ad peccandum. et vix illa nocte compuli eum fornicari. Tunc surgens et osculans eum imposuit
coronam quam habebat in capite suo dicens. et quid maximum fecisse. ¶ Quintum est hoc quod dominus
legitur ita grauiter percusse peccata illa que in claustris sunt commissa. ¶ Primum claustrum fuit mundus
in quo ipse deus abbas fuit. in quo quidam conspirationem fecerunt. et absque spe venie et bone
consolationis dampnati sunt in inferno ¶ Secundum claustrum fuit in terrestri paradiso. in quo quia inobe-
dientes fuerunt de paradiso expulsi et morti cum tota successione sua dampnati sunt ¶ Ter-
cium claustrum fuit in primo statu ecclesie. in quo petrus fuit abbas. In quo quia proprietarii esse voluerunt morte
tamen perierunt. ¶ Causa autem quare peccata in claustro commissum adeo deo displiceat. potest esse duplex.
Vna tangitur. xxxii ysaia. ubi sic dicitur. In terra sanctorum iniqua gessit et non videbit gloriam dei. Multum dis-
plicet deo quod dyabolus filius locum occupet in quo deberet esse sanctus. ¶ Secunda causa est. quia claustrales debent
esse servi domini proprie sui. Vnde valde magnam contumeliam reputat hoc sibi deus cum a talibus se con-
temni videt. ¶ Tercia est hoc quod vita claustralis est vita angelica. Imitari enim debet vitam angelicam
in puritate per castitatem. In carne enim preter carnem uiuere. non humane nature est. sed utrumque angelice
et in feruore caritatis usque ad omnium communionem et impletionem obediencie ut sicut in celo
et in terra voluntas dei perfecte fiat. Claustralis quasi angelus est. quasi vel bonus vel malus. Si malus est
dyabolus vel demon. nichil enim est aliud malus angelus quam dyabolus. et sic claustrales luxuriosi sunt demonum
membra. Jeronimus. professis sancte religionis miliciam nichil est medium inter angelos et demones.
aut enim angelis erunt equales aut demonibus non impares. In claustralibus videtur hoc peccatum
maximum esse. et indecens. quia spiritualissimi debent. et hoc peccatum pre ceteris eos carnales red-
dit. Efficitur enim in hoc peccato homo totus caro mancipata est intollerabilis. in oculo que parum gra-
uet in aliis membris usque contemplatiui sunt in oculo. De peccato carnis in sanctimonialibus

Sequitur de peccato carnis in sanctimonialibus quod adeo est graue. quod non sola fornicatio im-
mo adulterium ibi. et incestus et stuprum. et contra naturam peccatum. Adulterium est ibi cum sit ab-
lata ad sponsam Christi. et est valde graue genus adulterii. si attendatur cui desponsata est. Quanto
nobilior est cui desponsata est tanto maior est contumelia ipsi cui est desponsata cum ad-
ulterium committitur. attende quomodo debet quod eam sollicitatur quod sponsa est domini sui. Vnde cum peccato adulterii
erit crimen proditionis. hoc attendebat ioseph qui domine sue dicenti sibi dormi mecum dixit.
xxxix. Gen. Quomodo non possum facere hoc malum et peccare in dominum meum. attende quomodo delicta
sponsa ista in claustro adeo dilecta domino suo quod inclusit eam et oblita est populum suum
et domum patris sui. Vnde concupiuit rex decorem eius iuxta librum psalmiste. Ad hoc adulterium
spirituale potest referri quod legitur prima ad corinthios v. Auditur inter vos fornicatio et talis fornicatio
qualis nec inter gentes. ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Ad idem potest referri quod legitur Gen.

Ruben effusus est sicut aqua non crescas quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius.
Et est quidam ibi iuxta natam. cum fornicatur aliquis cum mortua. et iam sudario involuta
religiose que post ordinem suum servant continue sudarium suum ferunt. quod in situ suo sepeliuntur.
Dicto de hiis que faciunt ad detestationem luxurie et de speciebus eius. Tertia pars in tractatu de
dicendum est de hiis que prestant occasionem huic peccato que sunt .viij. c. Luxuria.
ocium indiscreta sumptio cibi et potus. exhortatio vetularum vel aliarum personarum que sunt consili-
atrices turpitudinis. et primum exemplum aspectus mulierum. colloquium. auditus vel cantilenarum
amatoriarum vel instrumentorum musicorum. vel turpiloquiorum et tactus. De ocio

Quod ocium det occasionem huic peccato patet ex scripturis ethnicorum et etiam ex sacra scriptura.
Unde poeta. Queritur egistus quare sit factus adulter. in promptu causa est desidiosus erat. Ezechielis xvi.
Hec fuit iniquitas sodome sororis tue. superbia saturitas panis habundancia et ocium. De indis-
creta sumptione cibi et potus. quomodo sit cum luxurie causis dictum est ubi de vicio gule diximus. Dicit
etiam Ieronimus. Est difficile inter epulas servare pudiciciam. Et Bernardus. periclitatur in deliciis castitas. Item
Ieronimus. post membrorum ordinem ordo viciorum est. De peccato vetularum

Sequitur de peccato vetularum. Multa autem sunt per que potest ostendi magnitudo huius peccati.
Primum est hoc quod peccatum istud diabolicum est. opus enim diaboli est operam dare ut hominem deci-
piat in peccatum. Sic studium talium vetularum est ut mulieres inclinent ad peccatum. non habent de
peccato illo cibum nec sororem et potum immo vinum. Unde Iohel iij. Puellam vendiderunt pro vino ut bi-
berent. Secundum est hoc quod opus earum magis nocivum est quam opus diaboli. ubi enim non vadit diabolus aliquid
facere per se ibi facit vetula. Unde possunt recte dici diabolice. eo quod in peccato diabolo assimilantur. a peccato
enim sit diabolus quod sit diabolus quia a creacione est angelus. possunt recte dici sathan. quod interpretatur adulator.
Caveas enim adulatur talium quia monet ad malum sicut ipse diabolus. Tertium per quod ostendi potest mag-
nitudo huius mali est pena serpenti a domino inflicta. Serpens enim quem diabolus sibi elegit ut per eam
mulierem deciperet. eo quod mulieri assimularetur. Erectus enim erat tunc. et secundum bedam vultum
virgineum habens. Sic recte habent vetulas quas diabolus elegit ad alias mulieres decipiendas. eo quod sint
eis similes. Licet autem serpens tanquam creatura irrationalis non intelligeret quid faceret. tamen in iiij pu-
nitus est cum mulier in duobus punita sit. cum et vir tamen in uno. Vir in solo esu peccavit. in
labore querendi sibi edulium punitus est. Unde dictum est ei. Maledicta terra in opere tuo etc. Mulier
superbivit. et in fructu peccavit. Sed deus humiliavit eam dicens. Sub viri potestate eris. et in fructu
eius punivit eam dicens. In dolore paries etc. Serpens vero quia hominem deiecit prostratus est. cum prius
erectus incederet. Unde dictum est ei. Super pectus tuum gradieris. quod habuit in ore mendacium. Sed in
ore eius positum est venenum et in cibo positus est. Unde dictum est ei. terram comedes omnibus diebus
vite tue. quia mulierem decepit. ideo dictum est ei. Inimicicias ponam inter te et mulierem. et ipsa
conteret caput tuum. et est argumentum quod mulieres sancte multum debeant odio habere tales

vetulas non natam. sed vicinum earum. et non se corrigant procurant eo modo quo secundum diabolum potue-
runt ut a vicinia sua expellant eas. qualiter autem puniuntur vetule que intelligunt pec-
catum et taceant. sic serpens punitus est. qui non intellexit sicut serpens punitus est. sic puni-
entur et ipse. et quia vicinum quod peccato taceant bibunt fel draconum erit vinum earum. et vene-
num aspidum insanabile. ipsis etiam dicetur. non panem comedet sed carbones comedes omnibus
diebus vite tue. et qui se plancam vel pontem fecerunt diabolo ut per eam ad mulieres diabolus
intraret ipse prostrate conculcabuntur. et vadent super eas horribiles ut dicit Job xx. ¶
Quintum est quod legitur xxviii. ecc. de lingua tercia ut sic dicetur. Lingua tercia mulie-
res fortes eiecit. vel mulieres viriles secundum aliam litteram. vel etiam viratas. et quibus-
dam interpositis subiungitur. et utilior est potius infernus quam illa. Ignis infernalis non
comburit nisi illos qui sibi adducuntur. et qui hoc meruerunt. sed lingua tercia iniustissime
comburit igne peccati illos qui sibi nichil nocuerunt. ¶ Sextum est hoc quod vetula tal-
se habet sicut lingua in corpore diaboli que est congregatio malorum. ex quo satis potest ostendi. quod multa
malicia sit in his mulieribus. Si enim tanta est malicia in lingua unius hominis ut habetur a
Ja. iii. Quanta credenda est huius malicie lingua diaboli. De lingua hominis dicit Jacobus.
Lingua nostra ignis est universitas iniquitatis. et post que maculat totum corpus. et infla-
mat rotam nativitatis nostre inflammata a gehenna. Et idem lingua est in-
quietum malum plena veneno mortifero. que de lingua diaboli verissime possunt dici.
de vetula. preterea cum diabolus faber sit iuxta illud ysa. liiii. Ego creavi fabrum sufflan-
tem in igne prunas. et iuxta illud Job xli. Halitus eius prunas ardere facit. Vetule sunt si-
cut folles ipsius. Attestatur autem nigredo vetularum huic officio. Ipse etiam vetule sunt
quasi larve sub quibus diabolus latet. et in quibus operatur. Si enim se manifestaret in pro-
pria forma horrorem mulieribus incuteret. Ipse etiam vetule sunt proditores. apud dominam cum
cautela explorant et procurant ut diabolo tradantur. Vetule sunt sicut qui portant ignem
absconditum in domo vicini sui. ¶ Septimo est cum Christo in tempore passionis labo-
raret usque ad sudorem sanguinis. et tantum dolorem sustinuit quod non fuit dolor sicut
dolor eius. et tamen expendit. Ibi enim fractum est alabastrum et unguentum vite effusum in tan-
ta habundancia quod eam senserunt celum et terra et infernus. Unicam tamen animam de ani-
nimis est. scilicet latronis in actu lucratus est ibi ex quo satis patet quantum presentem hee ve-
tule. et si non auferrent nisi unam animam deo in tota vita sua. cum tale dampnum faciant ei
quale lucrum ipse fecit in cruce. Item si predicator unus non lucraretur in tota vita
nisi unam animam multum faceret. cum anima una plus valeat quam omnes divicie huius mun-
di. si aliqua vetula toto tempore vite sue nullum aliud malum nec corde nec ore nec ope-
re quam unam solam animam deo auferret nimis esset. ¶ Octavo si aliquis vendidisset

uinum de manibus comedendo et bibendo cum aliquibus qui eum corporaliter iugularent? malus ualde
iudicaretur. uel siquis ad tantam malitiam perueniret quod pro .xij. d. hominem unum corporaliter
interficeret. quam mala ergo iudicanda est que tot mulieres uendit ad interficiendum eas
spiritualiter comedendo et bibendo cum eis. et que non pro duodecim d. unam animam in mortem con
tenerit. ¶ Secundo incendiarii qui furtim domos et aceruos manipulorum incendunt. in
guerris peiores aliis reputantur. et maxime sunt excom. Vetule autem iste sunt incendiarie
luxurie. que ignis est usque ad consummationem totum deuorans. ut legitur in Iob. xxxi. In
cordibus hominum ponunt. non parcunt templis. que fideles sunt deo in baptismo dedicata. ¶ Tertio
consultum tale sacrificium est deo ut salus animarum. nullum tale sacrificium est diabolo ut perditio
animarum. et nichil sic deo displicet. Vetule tales ergo uidentur esse de familia diaboli. et sicut christus
uoluit ut super apostolos apparerent lingue ignee. ad ostendendum quod officium eorum erat uerbis
corda hominum igne celesti inflammare. sic diabolus tinellos officium istarum uetularum hominibus
ostende linguas igneas igne fetido inferni facit super eas apparere. De exemplo malo
Sequitur de malo exemplo quod frequenter dat occasionem dat occasionem luxurie.
Spatio luxurie. et licet malum exemplum uniuersaliter multum timendum sit precipue tamen ·ex· lux·
est huius peccati. quod in membris generationis deputatas maxime sentit concupiscentia. Unde non accideret
de facili quod aliquis uideret fornicari quin temptaretur. Unde In eccl. xix. Qui se iungit for
nicariis erit nequam. et apostolus i ad cor. v. Loquens de fornicatore corinthio nescitis
nescientes quod modicum fermentum totam massam corrumpit. Expurgate ergo uetus fermentum.
Et Sen. Unum exemplum auaritie uel luxurie multum mali fecit. ~~uouit~~ et cum eis qui sunt in matri
monio non est tutum habitare. uel qui uirginitatem uel castitatem uoluit seruare. De aspectu
Sequitur de aspectu mulierum qui ualde timendus est. ut patet mulierum sit multum timendus.
ostendi et auctoritatibus et rationibus. Unde super illud Gen. Vidit mulier et cetera. Dicit Gl.
Et non licet intueri quod non licet concupisci. Item Gl. pensandum est quantum uisum debemus restringere
qui mortaliter uiuimus. sermo ueneum per oculos ad mortem uenit. et eccl. ix. Virginem ne con
spicias ne forte scandalizeris in decore eius. et post auerte faciem tuam a muliere compta.
¶ Exemplis patet ostendi. Unde xxxiiij. Gen. Cum uidisset dinam sychem filius emor euei
princeps terre illius adamauit eam et rapuit. xxxix. Gen. Iniecit domina oculos suos in ioseph
et ait dormi mecum. et ij. Re. xi. Vidit dauid bersabee lauantem se ex aduerso super solarium
suum. erat autem mulier pulcra ualde. et subiungitur. misit itaque dauid nuncios tulit eam. et
De iudith legitur. xvi. Colligauit cincinnos suos mitra ad decipiendum eum. sandalia eius
rapuerunt oculos eius. pulcritudo eius captiuam fecit animam eius. cincinnos uocat capillos in
sene una congregatos. Hic ostenditur quibus modis ex parte mulierum ostenditur.
cendo sollicitudinem et occupationem et laborem in nutriendo. Voluit enim ante opus carnale obligari eos in iuvando eas cum prole et misericorditer egit frequenter. Non pateret quales si simplex fornicatio concessa esset ut prius ostendimus. Cum toto et genere humano deus in hoc misericorditer egit cum parti providit. consuluit et in hoc egit cum genere humano quod ab illa voluptate hominem cohibere in parte voluit. quia illis uti non valde raro absque peccato. Ad idem autem quod obicitur quod fere totus mundus perit propter prohibitionem illam dicendum est quod forte plures perirent si non esset prohibita fornicatio quam modo pereunt. vel quia perirent propter nimium amorem quem habent ad mulieres. Vehemens enim amator proprie uxoris secundum Ambrosium adulter est. Homines enim tunc nimis essent carnales quia quem non alliceret una. alliceret alia. Unde Deut. xvii. dicitur de rege. Non habebit uxores plurimas que alliciant animam eius. vel perirent propter rapacitatem. fornicarie enim mulieres depauperant homines et fures reddunt. vel propter odium. quia cum auferetur ab aliquo illa quam amaret. vel propter aliud peccatum quod fornicationem sequeretur. ¶ Ad idem autem quod obicitur quod hoc prohibitio est contra multitudinem humani generis. In parte patet solutio ex hoc quod dictum est prius. quod ille que omnibus exponuntur steriles efficiuntur. Preterea deus non facit magnam vim in paucitate. vel multitudine hominum. Unde Eccl. xv. Non concupiscit deus multitudinem filiorum infidelium et inutilium. Scit enim deus quod melius fuisset malis si in peccatis descendant quam nati non fuissent. et quod plus valet unus bonus quam mille mali. Unde Eccl. xvi. Ne iocunderis in filiis impiis si multiplicentur. et subiungitur. Melior est enim unus timens deum quam mille filii impii. et utile est mori sine filiis quam relinquere filios impios. Unde deus bene precepit et consuluit illud ex quo sequitur quod pauciores sunt homines quod valet ad hoc quod plures salventur. vel ad hoc quod meliores sint qui salvantur. Unde ipse consuluit virginitatem et castitatem et similia. Prohibitio vero fornicationis saltem ad hoc valet quod plures sunt qui salvantur. Nota perversitatem quorundam hominum quibus ibi displicet preceptum ubi deo placet in mulieribus. et ibi placet. et ubi deo displicet placet possessionibus.

De inpotencia continendi.

Ultimo in tractatu de luxuria dicendum est aliquid de inpotencia continendi quam multi allegant. ¶ Et primo ponemus diversa scripture testimonia quibus contra eos qui hoc dicunt possumus uti. ¶ Deinde ponemus rationes quibus contra tales utendum est. et inter testimonia. ¶ Primo occurrit illud Gen. iiii. quod dicit dominus ad Cain loquens de peccato. Sub te erit appetitus eius. et tu dominaberis illius. Unde quasi mendacium deo imponit qui dicit se non posse abstinere a peccato. ¶ Secundo occurrit illud Iob vi. Poterit aliquis gustare quod gustatum affert mortem. ex quo verbo videtur quod potius debet dicere homo non possum fornicari quam non possum continere. et in veritate qui haberet fidem perfectam quod delectatio fornicationis esset venenata sic faceret. Et sicut si alicui imponeretur cibus amarissimus vel venenatus. ipse statim diceret non possum

aliquo mō comede. Voluptas ū ꝓhibita uenenata est morte et amarior. Vn̄ ecc̄. vij. Inueni mulierem morte amariorem. qđ intelligitur de uoluptate que dr̄ morte amarior. q hic morte culpe mortificat. In futuro ū mortificet morte eterna tam corpus quam aīe. Ad h̄ adduci ꝑ legitur. Ecc̄. xv. Apposuit ē aquam et ignem ad qđ uolueris porrige manum et post. ante hoīem uita et mors. bonū et malū qđ placuerit dabitur illi. Ad idem fa illud apli .i. ad cor. x. Fidelis est deus q̄ nō permittet uos temptari sup̄ id ꝑ potestis et m̄. xi. Iugū meū suaue est et onus meū leue. Quō. n. leue. si est impossibile. illud .i. Jo. v. Hec est caritas dei ut mandata eius custodiamus. et mandata eius grauia nō sunt. Ad idem p̄ referri illud Iero. Maledictus qui dicit deum precepisse impossibile. Si uiolenciam facit deo qui petit ab eo ꝑ soluere nō p̄. Inuenies iusticie humane nō esse cū petere ab hoīe ꝑ soluere nō p̄. Et tinearū est multo forciꝰ nō erit licitū iusticie diuine petere hoc idem. O ꝓphana temeritas. o nefandorum insania dum scie dupli ignorancia condempnatis. s. ꝑ nesciat quid fecit. ꝑ nesciat q̄ iusserit. cū nō potu rit mandatū ꝑ impleri nō possit. Quam nephas imponitis iniquitatem iusto et crudelitatem pio. Deo si uos ꝑ suspicari sacrilegū est. ad tale nō faceret. s; ad penam. Iniq uid insinuat Jero. illos eē blasphemos qui dicūt se nō posse continere. Deo. n. imponūt ignoranciam et iniusticiam. et impietatem. Contra tales p̄ et adduci illud Aug. Nemo peccat in eo ꝑ uitare nō p̄. et illud peccatū adeo est uoluntarium. ꝑ si nō est uoluntariū nō est peccatū. et illud Senece. Dimitte excusaciones nemo peccat inuitus.

Consequenter ponende sunt raciones quibꝰ uti possimus facultas impotencia h contra eos qui dicūt se nō posse continere. ¶ Primo allegacium multiplex ob dicamus illud ꝑ ipsi faciunt uerecundias sibi ipsis. et confitentur suis obprobrium dicam magnū. Confitentur. n. uilissimam partem que meus dñari sibi. et adeo ꝓficit dñacione ꝑ oportet fieri ꝑ illa pars impaciens cū ingilus multis cum laboribus multis et expensis cū periculo aīe et et corpis quare, benedixit cor amisisse qui talem seruitutem tollerare uoluit eē tollerare seruitutem leprosi uiuꝰ quam istam. Vn̄ recte nominatur fornicatio cū hiis que auferunt cor. Osee. iiij. Fornicacio uinū et ebrietas auferunt cor. ¶ Secundo dicam ꝑ in talibꝰ hoībꝰ est impotencia que nō uidetur esse in paliaceis hominibus. Isto possunt. n. sedere ū iacere. Si. n. hoc possent diaꝰ nō ferret eos ad locū ū fornicarentur.

¶ Tercio dicamus cū dignitas ista data sit hoī pre ceteris animalibꝰ. ꝑ liberū habeat arbitrium. ipsi nō sunt solum similes seu brutis immo inferiores. et minꝰ hūt libertatis quam bruta. et quodam mō magis brutalem condicionem hūt et maiori seruituti subiectam. Piscis. n. temperat se ab esca uoluptatis. si hamū uideat. et auis a grauis frumenti. si laqueū uideat. Miser ū homo timore mortis eterne nō p̄ se temperare ab esca uo

superatus in ostitancie. ¶ Quarto dicimus quod talis uno garcione presente non audet for-
nicari. sola verecundia cohibet eum quanto magis dei presencia et angeli qui sibi deputatus est ad
custodiam debet eum cohibere. Bo. in libro consolationum. Magna nobis dissimulare non volumus
indicta est probabilitatis necessitas cum ante oculos iudicis agamus cuncta cernentis. In dia-
logo. Ber. In quo nisi diversorio in quo nisi angulo reverenciam habe angelo tuo ne audeas
illo presente quod me vidente non auderes. Versificator. Cum quid turpe facis quod me cernente
ruberes. Cur spectante deo non magis ipse rubes. Non est dicendum quod equum non possum cohibere
quem quo modico freno cohibetur. Sic non debet dicere non possum me cohibere a peccato carnis. ille
qui frenum erubescencie cohibet. ¶ Quinto dicimus quod non est simile quod domus alicuius hominis eo me-
tuo comburatur ex quo ignem ipse voluntarie apponit. Ignem quippe manibus in domo corporis
sui apponit qui cibos et potus ad libidinem excitantes sumit. ¶ Sexto dicimus quod non debet
dicere infirmus non possum curari. qui solum propter hoc non curatur. quod consilio medici celestis non ac-
quiescit. Hec est sola causa quare laborantes infirmitate spirituali non curantur. quod consilio ce-
lestis medici non acquiescunt. ille qui ad consilium corporalis medici proprios crines deponeret ad
consilium spiritualis medici. Non vult deponere alienos usurarius qui medico corporali proximos da-
ret denarios ad consilium spiritualis non vult restituere alienos. Gregorius loquens de superbis. Soli
ruine crescit quod edificant. qui ante molem fabrice humilitatis fundamenta non parant.
Idem. humilitas quanta virtus est propter eum qui solam veraciter edocens dixit qui sine estimatione
magnus est usque ad passionem factus est parvulus. Idem. evidentissimum signum reprobo-
rum superbia est. humilitas electorum. cum in genere cuiusque quod sit agnoscitur sub quo rege militet
invenitur. Unusquisque enim quendam titulum portat operis quo facile ostendatur sub cuius servitute
parte resistit. ¶ Septimo dicimus quod nulla est ei excusacio qui castrum fidei sue commissum
hostibus domini sui nullo precio reddit. muris adhuc integris suo auxilio non postulato a domino suo
non expectato cum sciat eum et velle et posse subvenire sibi. non est credendum a domino suo si dicat
non potui me tenere. omnia ista facile est videre in eo qui precio vilis voluptatis castrum
corporis sui diabolo credit in primo conflictu temptationis non misso nuncio orationis ad dominum pro
suo auxilio. cum deus possit ei subvenire et velit. Non vult enim exheredari. Unde apostolus. Fidelis i cor. x.
est deus qui non permittit nos temptari super id quod potestis. sed faciet etiam cum temptatione
proventum ut possitis sustinere. ¶ Octavo dicimus quod non videtur minus mori qui volun-
tarie mortem suam care emit. non minus capi qui hostes insequitur. et inter manus eorum
se ponit cum sciat se eis non posse resistere cum sola fuga securus possit esse. sic non debet
dicere non possum continere. qui consorcia mulierum non vult fugere cum debilem se agnoscat.
¶ Nono dicimus quod stultus talis qui dicat se non posse continere habet voluptatem continendi
continuandi quantum habet unum sinum custodiendi. de facili contineret si tantam diligenciam

abstinere. sensus corporis cum sentit conscientiam per eos aliquantulum dampnificatam quanta diligentia obstruit foramen doli sui cum prendit per illud aliquantulum uim esse. ¶ Decimo querimus ab eo qui dicit se non posse continere a quo cogitatur ad fornicandum. utrum a diabolo uel a carne. uel ab ipsa muliere. A diabolo non contradicat de eo Gregorius. Non est timendus hostis qui non potest uincere nisi uolentem. et super illud Matthei iiii. Si filius dei es mitte te deorsum. Dicit glossa. In quo inimicus ostenditur quod nulli nocere possit nisi prius se deorsum miserit. Si dicit a muliere cogi. ridiculum est hoc cum potius eam ipse cogitet. Si a carne non habet excusationem non recepit qui ei dominus carnis dedit. Unde Genesis iii dicit ad mulierem que tenet figuram carnis. Sub uiri potestate eris. et ipse dominabitur tui. ¶ Undecimo querimus ab illo quomodo ipse intelligit hoc non possum continere et similia. uel sic intelligat hoc non possum quia nolo.

Si primo modo patet hoc esse falsum quia si impelleret eum timor cupiditas ad hoc quod uellet tam cito preter continentiam suam tres marcas uel castrum uel ciuitatem uel domum uel sciat se amissurum tam cito posset pedem suum uel aliud membrum uel si uideat sibi paratum igneum lectum in quo oporteat eum iacere cum a lecto mulieris surrexit. Unde Bernardus. Ignosce domine ignosce excusanti terga uersantium. Vix est aliquis qui in eis que ad te sunt experiri uelit quid possit et quod potentissime preter te carnem uel te dominum sine timor impulerit siue cupiditas traxerit. ¶ Si secundo modo intelligat non possum continere quia nolo. sed non est non posse in causa sed potius nolle in culpa. Iuxta uerbum Augustini. Domine sine te nichil sunt omnes conatus mei. ¶ Duodecimo potest queri ab illo utrum intelligat quod non potest continere suis uiribus sine dei auxilio. aut intelligit quod adiutorio a deo non possit. Si secundo modo hoc est manifeste falsum et est sapit heresim. Si primo modo intelligat hoc bene uerum est. Quod sine dei auxilio nichil possumus



Sine adiutorio diuino nichil possumus. Unde in Iohanne. Sine me nichil potestis facere. ii ad Corinthios iii. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. et Augustinus. Domine sine te nichil sunt omnes conatus mei. et Sapientia viii. Ut sciui quoniam aliter non possum esse continens nisi deus det. et hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset hoc donum. adii dominum et deprecatus sum eum. et Matthei xix. Cum quererent discipuli quis poterit saluus esse. respondit Ihesus apud homines impossibile est apud deum omnia possibilia. Unde dicit Ieronimus. Impossibile est apud homines ut per se a suis cupiditatibus conuertantur. et Iohannis vi. Nemo potest uenire ad me nisi pater meus traxerit eum. ¶ Hoc autem ualde utile est ostendere hominibus quod uiribus suis saluari non possunt nec a peccato abstinere. hoc enim persuaso eis potest homo mouere eos ad tria ualde eis utilia ad eorum iustificationem. scilicet ad excutiendum quandam stultam presumptionem et fiduciam qua credit se conuerti quando uoluerint. De quo legitur. In

ecc. xxx. Reprobatio nequissima multos perdidit. Mira insania ille qui non potest cum liber est diabolo resistere imparato cum ab eo captus erit et ligatus viribus suis de manibus eius se liberare. Cum scriptum sit Job xli. Qui factus est ut nullum timeret et potestas in terra que ei valeat comparari qui immortalis est captus est et ligatus. Unde Prov. v. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Item qui non potest se tenere ne ad impulsum temptationis cadat in foveam peccati, quomodo sperat se contractum casu consuetudinis pondere aggere peccatorum obrutum a tam profunda fovea per se posse exire, eo quod impulsui ei resistente immo quod amplius non est. Sperant homines cum morte spirituali mortui fuerint se ipsos posse in futuro resuscitare. Et ut breviter dicam in presenti se nichil posse asserunt, in futuro quando ex se erunt impotentiores, et divino adiutorio minus digni, quia eum diutius offendunt, quando et diabolus magis laborabit et ad impediendum salutem eorum. Ipse enim calcaneo insidiatur, id est fini hominis, secundum quod habetur ex eo quod dictum est serpenti in Gen. Tu insidiaberis calcaneo eius. Tunc magnum omnia se posse presumunt. ¶ Item post hoc monendi sunt ad hoc quod gratiam eius studeant sibi comparare sine cuius auxilio continere non possunt, elemosinas largiendo, deum orando et suffragia sanctorum et virorum iustorum implorando. Tria possunt moveri ad hoc ne fugiant se quam faciant quod possunt et alia que sibi videntur difficilia. Deus enim non vult iuvare eos qui se non iuvant. Immo qui fingit se. Unde Sap. i. Spiritus disciplinae effugiet fictum.

¶ Item licet potest queri ab eo qui dicit se non posse continere: aut vis continere et non potes aut potes et vis. Si vis et non potes infidelis est deus qui patitur te temptari supra posse tuum. Preterea quare non credit quod omnia possit cum eo qui omnia potest, sicut vulgariter dicitur: Qui non habet nisi quinque sol. ego et rex Henricus c. marcas. Non potest enim parvum illud posse cuius defectum posse divinum paratum est supplere. Si autem potes et non vis inexcusabilis es. ¶ Ulterius potest queri a tali an posset aliquanto tempore continere. Quod si dixerit sic per mensem ostendendum est ei quod potius sperare debet quod sequenti mense contineat quam isto. ¶ Primo quia consuetudo iuvabit eum, de qua Tullius: Optima forma vivendi eligenda est, quam iocundam reddet consuetudo. Et poeta: Quod male fers assuesce feres. Sperare debet deum patronum esse adiuvandum eum postquam per mensem pro amore eius continuerit quam ante. Si tamen instanter hoc petierit cum ipse non sit securus de vita. Non dico per mensem sed nec per unam horam, qua ratione sperat se accepturum virtutem serviendi illi in vita illa. Non debet disponere se serviturum diabolo in vita quam nondum habet. Non debet similis esse operario ebrioso et lusorioso qui prius obolum perdidit quam illum lucratus sit.

Incipit tractatus de avaricia.

Post gule vicium et luxurie dicendum est de vicio avaricie. Qui tractatus de vicio isto utilior est predicatoribus quam tractatus aliorum viciorum. Hunc enim ordinem tractat Ber. ut id prius quod maturius

¶ Ad avariciam pertinent ista:
- Ambitus et philargyria.
- Simonia et inquietatio.
- Violentia et rapina.
- Furtum et fallacia.
- Calumpnia et periurium.

ad salutem. De quo vitio hoc ordine dicemus. ¶ Primo dicemus de hiis que faciunt
ad detestationem huius vitii. ¶ Secundo de speciebus ipsius. ¶ Tertio de hiis que fovent aliquo modo
avariciam in cordibus hominum. ¶ Quarto de remediis. ¶ Quinto tangemus de pro-
digalitate que est contraria avaricie. Intelligimus avariciam in hoc loco indebitum amorem
pecunie. ¶ Primo autem facit ad detestationem huius vitii hoc quod natura dissuadet
nobis vitium istud. et quodammodo est contra naturam. ¶ Voluit enim natura terram inferiorem
esse inter omnes creaturas. et a pedibus omnium conculcari. Docens nos in hoc absque du-
bio quod debemus pedibus nostris conculcare terrena ista. et contempnere. quale non est hoc. quod
homo qui omnibus creaturis preponitur creaturam illam quam natura omnibus creaturis
voluit postponi. ad significandum divicias conculcandas esse et contempnendas. pri-
mitivi de ecclesia celitus edocti precia domorum vel agrorum suorum ponebant ante pedes
apostolorum ut legitur Act. iiii. Unde in fine eiusdem capituli ubi dicitur quod ioseph attulit precium
agri sui quem vendiderat et posuit ad pedes eorum. Dicit glossa. Docet calcandum esse
aurum quod subdit pedibus apostolorum. ¶ Preterea cum anima secundum naturam sublimior sit et superi-
or celo. tamquam deo similis exaltata debet esse. a terrenis a terrenis istis sicut exaltatum
celum a terra. Unde sicut valde mirabile esset. et quasi contra naturam. si celum adhereret
terre. sic quodammodo contra naturam est cum avaricia animam terrenis adherere facit. ¶ Item anima
celum spirituale est. Anima enim habitaculum est. de quo dicit Bernardus. Non minimum sibi liben-
ter inhabitat celum hoc dominus ihesus. quod utique non quomodo ceteros creavit tantum ut fieret. sed pu-
gnavit ut acquireret occubuit ut redimeret. comparatione huius celi vocat dominus celum
materiale desertum. Luc. xv. Nonne dimittit nonaginta ix in deserto. Quanta ergo presumptio
est celum velle terra implere. vel ei terram supponere. quasi locus terre in celo et super celum.
hanc tamen presumptionem vult avaricia facere. De xii. maledictionibus in scriptura contra avaros

Secundo facit ad detestationem avaricie maledictiones quas facit sacra inveniuntur.
scriptura avaris. ¶ De quibus ponemus hic xii. que sequuntur. Ysa. v. Ve qui coniungitis
domum ad domum. et cetera. et eidem xxxiii. Ve qui predaris nonne et tu predaberis. Abac. ii.
Ve qui congregat non sua. et secundo eidem. Ve qui congregat avariciam malam domui
sue. Amos vi. Ve qui opulenti estis in syon. et in eodem. Ve vobis qui dormitis in
lectis eburneis. et Luc. vi. Ve vobis divitibus. et Iaco. v. Agite nunc divites plorate
ululantes in miseriis que evenient vobis. In epistola Iude. ii. Ve hiis qui in via chaym
abierunt qui avariciam sectantur. et in Apoc. xi. Ve ve ve habitantibus in terram.
Habitantes in terra ad modum talparum sunt avari. et Aug. Ve illis qui vivunt ut
augeant res perituras. unde eternas amittunt. Idem maledictus dispensator avarus cum
largus est dominus. Si severe aliquorum sanctorum maledixisse ei qui aliquem cibum

comederet. vix auderes eum comedere. quo igitur avarus audet contingere amore divicias cum amatoribus earum sacra scriptura que ore altissimi prodiit ita legitur in ecclesiastico. ideo maledictos ponat. huius vicii magnitudo auctoritate ostenditur.

Tercio faciunt ad detestationem avaricie testimonia sacre scripture que ostendunt magnitudinem huius vicii de quibus ponemus quatuor modo. ¶ Primum est ecclesiastici x. ubi dicitur avaro nichil est scelestius. i. malum scelus inde non videtur magis scelere avari fuisse quantum ad hoc quod iudas vendidit dominum pro xxx denariis. quia avarus dat eum quandoque pro denario uno. et quandoque pro nichilo cum non timet periurium incurrere ut denarium unum lucretur. et quandoque etiam non lucretur denarium unum. quandoque enim non vendit illud pro quo periurium incurrit. et in veritate periurium inde fuit avaricia vel ex avaricia. ¶ Secundum testimonium similiter est x. ecclesiastici. nichil est iniquius quam amare pecuniam. hic enim et animam suam venalem habet. quia in vita proiecit intima sua. Quam iniquitas amantis pecuniam manifestari potest. ¶ potest per hoc quod statera estimationis sue iniquissima est. plus enim ponderet in ea obolus quam deus et quam anima ipsius avari. et quam regnum celorum. De hac statera legitur osee xii. Chanaan in manibus eius statera dolosa. Chanaan interpretatur negociator. hec est statera dolosa que abhominacio est apud dominum. De qua proverbiorum xi. et bene dicitur abhominacio est quia non pondant ibi nisi temporalia que apud stateram reputabat quem non diminuit ipse. scilicet decepi in tua estimacione. ¶ Secundo potest ostendi iniquitas amantis pecuniam per hoc quod in eo non est equitas illa que cum in aliis creaturis. Creator enim communicare vult et se et alia. Omnis creature sua communicant. ut sol qui communicat lumen suum ignis calorem. arbores fructus suos. unde augustinus. Iudicium maximum magne bonitatis est quod queque res cogitur dare seipsam. avarus vero non vult communicare sua. nisi cum a morte cogitur. nisi etiam tunc frequenter immo abscondita putrescunt. Creatura una de defectu alterius supplere cupit. unde natura nichil vacuum avarus patitur. avarus vero non curat defectus proximi sui implere. avari iniquitas et in se et in deum et in proximum et in inferiores creaturas ostenditur

Tercio ostenditur iniquitas avarorum. per hoc quod ipse est iniquus in deum. et in seipsum. et proximum. et etiam in inferiores creaturas. ¶ In deum iniquus est quia bona sibi commendata a deo ad dispensandum proprie sua facit. Divites enim sunt dispensatores diviciarum non domini. unde apostolus. Sic nos existimet homo ut ministros christi. et dispensatores misteriorum dei. ¶ Iniquus etiam est in deum. qui inde hostis dei efficitur unde amplius eum amare debuit. scilicet propter bona huius mundi. que sibi deus contulit. ¶ Iniquus etiam est in deum qui vilissimam creaturam ei preponit. ¶ Iniquus est in seipsum. quia seipsum inimicis suis vendit. Valde iniquus reputaretur aliquis. cum proximum suum inimicis suis capitalibus venderet. sed iniquior valde reputaretur qui cognatum vel fratrem suum venderet. Iniquissimus qui patrem quem plus amare debet. sed multo iniquior videtur esse reputandus ille qui se ipsum vendit. quam patrem quem plus amare debet. Cum eum amplius se debeat amare quam patrem. sed

ca inuiuit cum legitur in libro composito ecclesiastici x. Hic enim animam suam venalem habet imo
diu est qui caret. ¶ Secundo est auarus iniquus in se ipsum quia se cruciat. Unde dicitur. Tabescere
me fecisti animam eius. Sicut artene valde crudelis reputaretur qui ventrem patris sui
gladio transfuderet et uiscera combureret. quo iniquus non est qui se ipsum quem debet
amplius quam amare cruciat. quia est desperare se. Desperacio enim maius est peccatum ceteris. ad hoc
pertinet quod legitur in libro ecclesiastici composito. proiecit in uita intima sua. ¶ Tercio iniquus
est in se ipsum quia amat ea que tot mala tibi faciunt ut patebit inferius. amat sym
diciam in quibus obruendus est. Unde prouerbiorum i. legitur de auaris. Ipsi contra sanguinem suum
insidiantur. et moliuntur fraudes contra animas suas. ¶ Iniquus et est auarus in proximum. quia sibi
retinet que pauperibus distribuere debuit. sicut elemosinarius alicuius principis. uel exe
cutor alicuius testamenti. Iniquus est qui ea que debet distribuere pauperibus sibi retinet.
¶ Iniquus et est in proximum quia quasi occidit eum et fame perimit eum petere. cum potuit eum sus
tentare. Unde scriptum est. Pasce fame morientem. si non paueris occidisti. Unde ecclesiastici xxxiiii.
Panis egencium uita pauperum est. qui defraudat illum homo sanguinis est. ¶ Precipue
autem iniquus est auarus in eos quos amplius debuit amare. id est in filios quibus materiam
incendii infernalis congregat. quibus molam asinariam ad colla suspendet. quam
demergent in profundum inferni. quos amore diuiciarum quasi quodam fune ad collum
posito hostibus infernalibus tradit. ¶ Iniquus est auarus in uxorem. et totam familiam
suam quam strangulat. dum eos facit consentire peccato usurarum. ¶ In creaturas uero in
feriores iniquus est auarus. quia includit eas in carcere custodie sue. ubi eas putrescere facit.
Unde Jacobi v. dicitur auaris. diuicie uestre putrefacte sunt. et uestimenta uestra a tineis comes
ta sunt. aurum et argentum uestrum eruginauit. et erugo eorum erit uobis in testimoni
um. et manducabit carnes uestras quasi ignis. Quod auarus sit ydolatra.
Tercium testimonium est ad ephesios v. ubi dicitur. auaricia est ydolorum seruitus. ubi dicit glossa.
Seruire deum negari est duobus modis. Auari deus est nummus. quod autem auaricia sit ydola
tria. uel dei negacio potest ostendi multipliciter. ¶ Primo per hoc quod legitur super illud. Matthei
vi. Non potestis deo seruire et mamone. Dicit glossa. Diuicus seruire deum negare est.
Duobus modis negare potest aliquis dominum alicuius principis. uel dicendo ego non recog
nosco uos esse dominum meum. nec aliquid teneo a uobis. si scirem uos esse dominum meum. uel aliquid
me tenere a uobis. libenter soluerem uobis censum. uel seruicium uestrum. ¶ Item dicendo bene
recognosco quod debetis esse dominus meus. et censum debeo uobis. sed nichil soluerem uobis. et hic
modus negandi magis est contumeliosus domino. Sic differt negacio qua mali christiani
negant deum ab illa qua gentiles negant eum. Multi enim gentiles sunt qui christo liben
ter seruirent. si scirent eum esse dominum suum. Sed solum propter hoc censum seruicii su

ei nō reddūt· Et, mali xani bū agnoscunt eū eē dnm suū 7 eū cenlū seruicij sui uo
nolūt ei reddē· maiorem contumeliam faciunt ei· qm̄ gentiles qͥ sciēnt hoc faciunt·
¶ Scdo p̄ ostendi p hoc qd deus pcepit auaro ut nomē eī nō assumat in uanū· Exo· xx·
7 ex alia parte nūm̄ uīt quem cupit lucrari pcipiat ei ut nomen dī assumat in uanū·
7 ipē pocī obedit nūmo qm̄ dō· Indubitant̄ ostendens se pocī eē seruū nūmi qm̄ dei·
obedia·n· ostendit quē aliqs uere dm̄ reputet· Vn̄ dō· Luc· vi· Quid uocatis me dn̄e
dn̄e 7 nō facitis que dico· x· ecc̄· Pecunie obediunt omnia· ¶ Tercio p̄ illud ostendi
p hoc qͥ auar̄ creaturam adorat interiori adoratōne· Adorare·n· aliquid est summum
honorem ei exhibere· uel diuinam maiestatem suam ei pfiteri· Vtrūq; ū facit auar̄.
Si·n· occurrerīt ei duo· quoꝝ alterū credat hr̄e dm̄· alterū diuiciās maiorem honorē
exhibebit diuiciis in diuite qm̄ dō in alīq̄· Hanc ydolatram insinuat nob̄ salom̄ in
pu̇· xx· dicens· Multi colunt ꝑsonā potentis· 7 c̄· Cole ad dm̄ ptinet in potente
colunt̄ diuicie· p se diuiciis ū p accidens· maiestatem eē diuinā pfitetur auar̄ crea
ture· Maiestatis·n· est qͥ significatur p hoc adūbium summe· cū dr̄ summe bon̄· uel summe
potens· uel aliq̄ simile· Sed aut̄ pfitetur· auar̄ illud summe bonū qͥ sic summe bon̄
qͥ summe diligit· 7 p̄ cetīs carū hr̄· 7 sic diuinā maiestatem pfitetur auar̄ illi
creature qm̄ diligit ampliꝰ qm̄ dm̄· Preterea cū transit p pulcram uineam uel
domū capud cordis inclinat ei· Inclinato animi est amor sicut dicit beat̄ dyonis.
Intuit̄ g̃ talem reuerenciam exhibet auar̄ uinee uel domui· qualem uerꝰ fidelis exhi
bet dō in imagine crucifixi· uel beate ūginis· ¶ Quarto p̄ ostendi· p hoc qͥ auar̄ illa
ia dat creature que ipē dō sunt danda· s· fidem· spem· 7 amorem· De fide satis potest
hoc ostendi· qͥ ipē melius credit uel sentit de diuiciis qm̄ de dō· credit·n· qͥ nichil de
beat hr̄e diuiciis seruierit· 7 credit se fame ꝑire· si dō seruierit· qͥ deus nunq̄ possit
uel nunq̄ uelit seruientes suos remunerare qm̄ diuicie· Duab; de causis accidit qͥ aliqs
nō pundet ei quem scit sibi fidelit̄ seruire· uel qͥ nō p̄· uel qͥ nō uult· quaꝝ neutrā p̄
eē in dō cū sit omnipē 7 summe bon̄· ¶ Spem eē ponit auar̄ in diuiciis suis· qͥ est quo
dam̄ de dō despare· Vn̄ aug̃· De dō desperare est spem in creaturis posuisse· amorem
eē ponit ibi qm̄ in dō deberet poñe faciens inde dm̄ suū· Vn̄ aug̃· sup eplam ad — phil.
hoc ab hoīe colitur qd pre cetīs diligit· ¶ Quinto p̄ ostendi auctoritate Jeronimi dicen
tis ad rusticū monachū· Existimato malo ponde pctoꝝ· leuius aliem uidet̄ pcare
auar̄ qm̄ ydolatra· h̄ nō mediocrit̄ errat· Grauiꝰ·n· grauiꝰ pcat qui duo grana turis
pbuit sup altare mercurij· qm̄ qui pecuniam auare cupide· 7 inmitit̄ congregat·
Ridiculum uidetur qͥ aliquis iudicetur ydolatra· qͥ duo grana turis offert creature
que deo debuit offerre· Ille nō iudicetur ydolatra· qui totū seruiciū uite sue qͥ deo

debuit offerre: offert creature. Ad idem facit illud ubi habetur Osee x. Secundum multitudinem
fructus sui multiplicauit sibi altaria iuxta ubertatem terre sue exuberauit simulacris.
¶ Quartum testimonium est illud ubi habetur quod legitur ad Thimotheum vi. Radix omnium malorum est
cupiditas. alia littera habet. Radix omnium malorum est avaricia. Ad avariciam igitur que est radix omnium ad-
dicte malorum precipue esset adhibenda securis predicatorum. frustra laborant in extirpacione
malorum si ramum amputant et radix illa relinquatur. Quia grauis infirmitas sit aua-
Quarto facit ad detestationem avaricie hoc quod inter infirmitates spirituales ricia.
ipsa est pessima. vel una de peioribus. Unde Ecclesiastes vi. Est infirmitas pessima quam vidi sub
sole. divicie conservate in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima. Inter infir-
mitates quedam sunt bone quedam sunt male. Bone sunt infirmitates corporis quod ostenditur
per hoc quod sunt a summe bono id est a deo. et quod dantur a patre amantissimo. et per hoc quod sunt medi-
catiue sive muniunt nobiliorem partem hominis ad sanandum partem nobiliorem. sive meliorem id est ani-
sicut ait Salomon. Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis
Proverbiorum xxvii. Vulnera diligentis creature sunt et medicinalia. sed oscula odientis sunt
vel morsus serpentis et venenatorum. ut oscula Iude proditoris sunt. dicitur enim Iudas ille
demonibus. Matthei xxvi. Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum. Infirmitates vero male
sunt infirmitates spirituales id est peccata mortalia. quod potest ex hoc ostendi quod sunt infirmitates ad
mortem. et ad eternam mortem. et ex hoc ostendi quod tantum medicum id est dei filium oportuit venire de
tam longinquis partibus ad curationem eorum. et ex hoc quod tantas expensas fieri oportuit
in curatione eorum. Ipse enim filius dei se expendit ibi. Unde Bernardus. Ex consideratione remedii pericu-
li mei estimo quantitatem. Filius dei iubetur occidi ut vulneribus meis precioso sanguine
illius balsamo medeatur. Agnosce homo quam gravia sunt illa vulnera pro quibus necesse est
Christum dominum vulnerari. Inter infirmitates spirituales pessima et gravissima est infirmitas ava-
ricie quantum ad multa. xii sunt ex quibus potest ostendi gravitas huius infir-
Primum est eius diuturnitas. Huius diuturnitatis due sunt cause. mitatis.
scilicet habundancia materie. et durabilitas. In materia huius infirmitatis est fere
totus mundus. Unde difficultate valde magna evacuatur predicta materia ista a corde hominis.
ut scilicet homo omnia temporalia contempnat. Materia etiam huius infirmitatis durabilior est
quam materia luxurie. Mulier enim quam aliquis amat potest mori vel deformis fieri. et sic cessan-
te materia cessat infirmitas luxurie in homine. Sed terra quam amat avarus plus durabit quam
ipse avarus. et ideo infirmitas diuturna erit. Propter consimiles causas est diuturna et
aliqua infirmitas corporalis scilicet propter habundanciam materie et compassionem. ¶ Secundum est con-
tinuitas huius infirmitatis. Fornicator quamvis non fornicatur nisi semel in mense. avarus vero
quasi continue laborat. Ecclesiastes iiii. Unus est et secundum non habet non filium non fratrem et tamen

laborare nō cessat · et ij · eidem · Cuncti dies eius laboribus et erumpnis pleni sunt · ¶ Ter
tiū est afflictio acerba quam hēt infirmitas ista · affligit enim in hac infirmitate sum
sollicitudo que est in conseruando · ad quod pertinet quod dictū est in verbo proposito · Diuicie con
seruate in malū dn̄i sui · Grauius ū affligit labor in acquirendo · vn̄ p ad thim̄ vi · post
illud verbū · Omnium malorum est radix cupiditas subiungit apostolus · quam quidam appetentes er
rauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis · Grauissime ū affligit dolor in amitten
do · et ad hoc pertinet quod dictū est in verbo proposito · Pereunt · n · in afflictione pessima · Tunc
· n · pessime affliguntur cum diuicie pereunt · ploratur · n · lacrimis amissa peccunia veris ¶
Quartū est vniuersitas huius infirmitatis · Auaricia · n · nō parcit seni neque iuueni · Immo
secundum verbum prophete · A minori usque ad maiorem omnes auaricie student · Vix .xi. est puer
septennis quin cupidus est et ut sunt d̄cī · mat's sue · De peccato luxurie exceptant pueri
xij · annū · vel · xiiij · Item peccatum luxurie solo senio se nescat in aliquibus · Sed de auaricia
dicit auctoritas · quod cum cetera vicia in senibus senescant · sola auaricia nō senescat · Sapiens ·
Cum senes ad omnia alia sensus cecit sapiant · ad solam auariciam desipiunt · Seni
monstro simile est auaricia seni · quid · n · stultius est ut dici solet · quam via deficiente via
ticum augere · Auaricia autem nō parcit infirmis · ū sanis peccatum luxurie ad modicam infirmi
tatem corporalem fugit · Infirmitas · n · grauis sobriam reddit animam ut legitur in eccl'
xxxi · Sed auaricia tunc medium augetur · amat · n · tunc auarus amplius suas diuicias quas
iam hēt quod laborare nō pōt in acquisitione aliarum diuiciarum · Auaricia et nō parcit lic
litteratis · neque ydiotis · Multi enim sunt litterati qui fornicari dedignarentur · qui tamen valde
auari sunt · ¶ Quintū per quod pōt ostendi grauitas huius infirmitatis · est hoc quod ce
lestis medicus primo volens occurrere huic infirmitati quasi periculosiori primo · primū
consiliū dedit contra eam · Mt · v · dicens · Beati pauperes spiritu et c̄ · ¶ Sextū est hoc quod quasi ad
mortem iudicauit eam tamquam medicus · Mt · xix · dicens · Amen dico vobis quod difficile diues
intrabit in regnū celorum · et post · Facilius est camelū intrare per foramen acus · et c̄ ·
Non dicit hoc de peccato carnis immo potius dixit · Mt · xxi · Meretrices et publicani precedent
vos in regnū · ¶ Septimū est hoc quod ista infirmitas abstulit spiritualem tantum me
dico vnū de illis quos ipse acceperat in curam · s · iudam · hec nō fecit ambicio · vel aliud
peccatum · licet de ambitione plures sunt temptati apostoli · ¶ Octauū est quod auaricia ir
risit celestem medicū · et ad vltimū ipsum interfecit · De isto habetur · Luc · xvi · Au
diebant verba quod pharisei qui auari erant · et irridebant eum · Aliud manifestum est
quod superbia inde · et sacerdotium interfecit eum · ¶ Nonū est quod celestis medicus contra hanc
infirmitatem tantam purgationem induxit · dicens Luc · xiiij · Omnis ex vobis
qui nō renunciauerit omnia que possidet nō pōt esse meus discipulus · ¶ Contra gulam nō tantum

dixit. sed solum admonuit ne corda discipulorum gravarentur crapula et ebrietate. ¶ Decimum est hoc quod etiam in principio contra hanc infirmitatem tam strictam dietam observari voluit ut nullus aliquid haberet proprium. ¶ Undecimum est hoc quod multi hac infirmitate laborant qui nesciunt se illa laborare. et ideo non querunt sanitatem. Seneca. Initium salutis est cognitio peccati. Idem nemo avarum se esse intelligit. nemo cupidum. et ideo difficilius ad sanitatem perveniunt. quia nos egrotare nesciunt. ¶ Duodecimum est varietas infirmitatum que infirmitatem sequuntur anime. De quibus .vii. ponemus. ¶ Prima est cecitas que in figurata est. Jo. ix. per cecitatem illius ceci nati. Unde deus volens illuminare hominum oculos eius luto inliniant esse causam cecitatis illius lutum temporalium istorum. De hac cecitate legitur Tobie .ii. ubi legitur quod Thobias fuit cecatus stercoribus hirundinum calidis que super oculos ceciderunt. Hirundo garrula et depicta felicitatem significat huius mundi que est quadam de pulcritudine depicta et tumultuosa. que calida stercora proicit super oculos cordis. id est temporalia ista que excecant corda hominum. Gen. xx. legitur quod abimelech rex gerare dedit Sare mille argenteos in velamen oculorum. et super illud psalmi Mane astabo tibi et videbo quoniam non deus volens et cetera. Dicit glossa. Deum non videt qui temporalibus adheret. ¶ Secunda infirmitas est febris que figurata potest esse per febrem a qua deus curavit filium reguli de quo legitur. Jo. iiii. Avarus febrilem distemperantiam patitur. cum tremorem habet cum trepidat ubi trepidandum non est. Seneca de ipso. Videt regem et estimat predonem videt pauperem et estimat furem. Ad tremorem huius febris pertinet quod legitur. Job. xv. Sonitus terroris semper in auribus eius. et cum sit pax semper insidias suspicatur. et In psalmo. Posuit firmamentum eius formidinem. et Ysa. xxiiii. formido et fovea et laqueus super te qui habitator es terre. Habitator terre est avarus. qui est quasi talpa. estuat autem avarus ex febre ira cum nascatur ex combustione divitiarum suarum. ¶ Tertia infirmitas est manus ariditas de qua legitur

xii Extende manum tuam ait deus habenti manum aridam. et extendit et restituta est sanitati sicut altera. Manum aridam habet avarus dum per largitionem elemosinarum non valet pauperi extendere. ¶ Quarta infirmitas est illa a qua quis dicitur lunaticus de qua legitur Matth. xvii. Domine miserere filio meo quia lunaticus est et male patitur. nam sepe cadit in ignem. et crebro in aquam. Avarus sepe cadit in ignem ire. et crebro in aquam voluptatis. Potest autem notari lunaticus quod regitur secundum sapientiam huius mundi. que per lunam intelligitur. que lucet de nocte. Sapientia enim huius mundi solum lucet in nocte presentis vite. cum post presentem vitam illuxerit in ea iusticie bene apparebit quod sapientia huius mundi stulticia est apud deum. ¶ Quinta infirmitas est inclinatio ad terram de qua Luc. xiii. et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis .xviii. et erat inclinata nec poterat sursum respicere. secundum sacros expositores. Ista infirmi-

tas et amor diuiciarum hominem bestiam reddit. Incuruus ut ad terram respiciat qui ad celos respicere debuit. Unde ps. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Ber. Quid indecencius quam curuum recto corpore gerere animum. Idem. Indigne cor humanum inhabitat brutus et bestialis spiritus. ¶ Sexta infirmitas est difficultas respirandi usque ad suffocationem. Unde Math. xiii. Sollicitudo seculi istius et fallacia diuiciarum suffocat uerbum. id est dicit glo. Sollicitudo seculi desiderium boni ad cor intrare non sinit et aditum uitalis flatus claudit. ¶ Septima infirmitas est ydropisis. de qua Luc. xiiii. Ecce homo quidam ydropicus erat ante illum. etc. Assimulatur autem auarus ydropico in inflacione et fetido hanelitu et siti insaciabili. Inflationem possumus referre ad superbiam que comitatur diuicias. Super illud i ad thi. vi. Diuitibus huius seculi precipe non sublime sapere dicit glo. aug. Uermis diuiciarum superbia est. Uel istam inflacionem possumus referre ad uentris ingluuiem que in diuiciis comitatur. Illi enim cui sufficiebat unum ferculum cum pauper erat non sufficiunt cetera quando factus est diues. Fetorem uero hanelitus possumus referre ad consilia corrupta que dant auari familiaribus suis. De siti uero auari planum est quod est insaciabilis. Unde xxx. prou. Sanguisuge due sunt filie dicentes affer. affer. Sanguisuga dicitur est sanguinem peccati semper suggerens et sitiens. scilicet ipse diabolus in similitudine mansit. sicut augustinus. Superbia uero fecit sanguisugam. Spiritus uero due sunt filie. auaricia et luxuria dicentes semper affer affer. ad eandem insaciabilitatem pertinet quod legitur eccl. v. auarus non implebitur pecunia. ¶ Possunt autem assignari. vii. cause insacietatis.

Prima est anime capacitas. quia tamen sanctos animam dicit capacem. nichil nisi deus implere potest. Unde cum omnis terrarum sit ante deum quasi gutta roris ante lucanum. ut legitur Sap. xi. ipso sufficiat implere cor unius hominis. ¶ Secunda causa est quia cupiditas est infinita pecunia non quantumcumque est magna. sit infinita. Sen. Naturalia desideria sunt finita. ex falsa opinatione nascencia uero desinunt non habent. Cupiditatem infinitam dicimus. quia fine non mensuratur. et non mensuratur tali fine qui in presenti non optinetur. Mensuratur in eo qui ideo uult eas habere ut per eas gratiam et gloriam huius mundi sibi acquirat. uel qui tantum de pecunia uult habere ut necessitati que posset sibi accidere sufficiat. Stultus enim. cum quam in mundo isto habuit gratiam et gloriam apud omnes. et ipse filius dei. Immo alii dicebant non est. hic seducit turbas. Necessaria que possunt accidere non sufficerent quia sunt. hic necessaria essent que possunt esse. Sed qui mensuraret desiderium suum necessitate presenti pauca sufficerent. Sic mensurant animalia. et ideo eis pauca sufficiunt. Sen. Auibus nichil deest feris in alimentum. solitudo sua sufficit. Sic docet apostolus. ut nos desideria nostra mensuremus. i ad cor. vi. Habentes alimenta et cetera. Cum pecunia quantumcumque sit finita. et cupiditas infinita non potest pecuniam uel alia adequari ei uero cu

pidita firmatur. et sic diminuitur. Unde non est alia via cupido proveniendi sed taciturnitate
vel rescindendo desiderium suum. Unde Sen. Sicut te divitem facere non pecunie est adicien-
dum. sed cupiditati detrahendum. ¶ Tertia causa est quare avari desiderium non satiatur.
est hoc quod quanto plus cibi apposita venter efficitur. Verbi gratia. avarus habet novum frumentum con-
dit. novum horreum condit statim. habet novam vineam. novum dolium. et tamen facit cum desiderat
prius horreum. vel dolium vini desit vinum vel frumentum. ¶ Quarta causa est quia
bona que avarus acquirit aliquid vacui secum afferunt. Sicut enim homo habet aliquid
defectum sic et alie creature. Unde cum argento et auro venit defectus clavis et serre. Unde
habet defectum cellarii doliorum. et multorum aliorum. quos secum affert. Venit et necessitas cum
diviciis potestas expendendi. Unde Eccl. v. Ubi multe opes. et ibi multi qui comedunt eas. Et
sic verum est quod multas illas indigere. qui per multas possident. ut dicit Boecius. et sicut dicit
Seneca. altera cupiditatum ex fine alterius trahitur. Idem congregatur vite quicumque multas
vires possident. De hiis maiora cupere discet. et super illud prima ad Thi. vi. Quam quidam appe-
tentes et a fide. dicit glossa. Qui pecuniam appetit cupere cupit. Qui vult sitim cupidi-
tatis sue diviciis sedare similis est illi qui sitim corporalem extinguere vult aqua
salsam. bibendo aqua salsa ex eo quod salsa nata est sitim extinguere. eo quod salsa est na-
ta eam provocare. Sic divicie in quantum aliquem defectum supplent sitim sedant. ex quo in
multos defectus secum afferunt sitim provocant. ¶ Quinta causa est hoc quod cupiditas
est quasi ignis. Unde Eccl. xxiii. Anima calida quasi ignis ardens. et xxx. Prov. Ignis numquam
dicit sufficit. Ignis autem non extinguitur ex appositione lignorum siccorum. sed augetur.
Secundum enim ligna silve ardescit ignis ut dicitur in Eccl. Sic autem cupiditas extinguitur ex
appositione diviciarum. sed augetur. crescit enim amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.
quia pecunia non ponitur ubi sitis avari est. Unde sicut vinum in dolio non sedat sitim
corporalem. sic nec pecunia in bursa. vel archa sedat sitim avaricie. Insanus avarus
qui pecuniam ponit in bursa vel archa. non est enim ibi sitis. ¶ Sexta est hoc quod
pecunia res est corporalis. anima autem res spiritualis. Res autem spiritualis corporali non potest impleri
et ergo. Ubi glossa. Sicut archa non possit impleri sapientia. ita nec anima pecunia.
¶ Septima causa est vanitas pecunie. Unde Ps. Ut quid diligitis vanitatem. et cum
plenum vano adhuc vacuum reputatur. unde proprie plenitudinem quam habet numquam capax est
alterius rei. Sic anima avari quantumcumque habeat de diviciis adhuc vacua est. Unde
verum est quod dicit beata virgo. Divites dimisit inanes. Ad hoc pertinet quod dicit Ber.
Non plus satiabitur cor hominis auro. quam corpus aura. et in Eccl. xxxiiii. Qui apprehendit
umbram et sequitur ventum. sic qui attendit ad visa mendacia. et in Jere. iiii. Ad-
spexi terram. et ecce vacua erat et ex nichili. Non solum autem inanis et vacua est

omis auar' immo et paup'. vn̄ tullius. Si p̄p aviditatem p̄cunie cotidie decipis. pos-
cis. eripis. scit ne h' signa habundantis an egentis? animū hūan' nō archa divites ap-
pellari solet. quamvis illa plena sit. cū manem te videbo divitem nō putabo. et sub
iungit contemptū suis rebus eē. sunt magis certissime q̄ divicie. qui dives p̄ ee ava-
rus. h' vere dives nūq̄m erit. vn̄ p̄u. xiiij. Est q̄i dives cū nich' hēat. et q̄i paup' cū in
multis diviciis sit. auar' in veritate nich' ht' eorum que hēre videtur. vn̄ Jeron'. in magno
p̄logo biblie. auaro deest tam qd' ht' quam qd' nō ht'. credenti totus mū-
dus diviciarum est. Infidelis aūt et obolo indiget. qd' exponit Ber. dicens. fideli totus
mundus diviciarum. q' tam adūsa quam p̄spera ipi serviunt ei eque. et cooperantur in
bonū. et subiungit. auar' t'rena esurit ut mendicus. fidelis contempnit ut dn̄s.

Quinto facit ad detestat'. avaricie misera servitus · De servitute avaricie ·

In qua aīa ponit. auar'. n. servū diviciarum est. vn̄ dd̄. Et nich' invenerūt
viri diviciarum in ma. s. Ordo congruus eēt ut divicie virorum eēnt nō viri diviciarum.
Sz avaricia hanc p̄versitatem facit ut viri sint diviciarum. Dicit' aūt auar' servus di-
viciarum. q' nō est possessor earum. h' tm̄ custos. et nō tm̄ possidet. immo et possidetur ab eis.
q' auar' sit custos diviciarum dicit glo. sup' illud. Luc. xvi. Nō potestis deo ser. et mam.
hūt ubis servit divicias qui custodit ut servus. Sz qui servitutis excussit iugū
distribuit ut dd̄. Q' aūt auar' diciat' nō possideat dicit Sen'. hūt ubis p̄cuniā
magnā ht' aliquis. si auar' est. nō ht'. Sn' q' dignus nō habet. Signū aūt manifestū
q' auar' nō sit possessor diviciarum. est hoc qd' nō p' inde facere qd' vult. et qd' bn̄ indicat. Im-
mo dn̄a avaricia bn̄ p̄hibet ei. vn̄ ecc'. vi. Est aliud malū qd' vidi sub sole. et qd' est
frequens ap' hoies. vir cui deus dedit divicias. et subam et honorem et nich' deest aīe
sue ex omnib; que desiderat. Nec tribuit ei deus potestatem ut comedat ex eo. h' ho
extraneus vorabit illud. hec vanitas et magna miseria est. et Sen. Non sit tibi
aīa que cunctis omnib; abstulerit tibi ipi neget. et Ber. sup' cant'. Queri a quo
nis eorum qui insaciabili corde lucris temporalib; inhiant quid senciant de illis q̄ sua
vendentes. et pauperib; erogantes regnū celorum p' sua mercantur paruo. Sapienter
negatur. R' debit p' culdubio sapient'. Q' ē ? dicitur qd' approbat nō facit.
Non possū inquit. et q' vero dn̄a avaricia nō p'mittit. nō ht' auar' ea que hēre vi-
detur. si eo modo loquendi quo quis copedes ht' quib; copeditus est qui pō dn̄ant'.
Q' aūt auar' possideatur a diviciis ostendit dyonisius dicens. Res tua si mediocr'
ter volat possidet. si nimium possidit. hoc aūt p' probari. ¶ Primo p' hoc qd' obedit
eis auar' sicut prius ostensū est ex illo v'bo ecc'. x. p̄cunie obediunt omnia ¶ Sedo
ex hoc qd' confirmat se auar' virtute tue. sicut ancilla dn̄e. vn̄. Ber. sup' cant'. lo-

querens ad avaritiam. Fecere te pecunie tue non dominum sed servum, custodem non possessorem. Denique conformant animum tuum tamquam servi domine sue. De quo enim ille nato gaudet et illi gaudentia et dolet dolentia. Tu quoque crescente marsupio tuo crescis pariter cum eo et decrescente pariter decrescis. Nam et cum traheris tristicia cum illud exinanitur et tollunt leticia aut certe inflaris superbia cum illud impletur. ¶ Tercio ostenditur quod divicie possideant avarum ex hoc quod ita impediunt eum quod in nulla necessitate potest se habere. Si infirmus fuerit ad mortem non potest se habere per horam ad audiendum consilium medici ut scilicet audiat sermonem si suam mortalem cognoverit latam quando se non potest se habere ut iudicem oret pro vita sua. Augustinus. Vendidit rebus nostris nullum magis earum accipimus precium quam nos ipsos. Implicati enim talibus nostri non curam gerimus. Gratuita nobis videntur que carissime constant. Ex hoc quod potest apparere stupendum quod ea sola putamus empta pro quibus pecuniam solvimus. Ea gratuita vocamus pro quibus nos ipsos impendimus. Adeo nichil est se vilius. Idem nostri essemus si nostri non essemus. Homo bonum se amisso dives avarus qui in summa necessitate non potest se habere. Infirmus enim est ad mortem et cetera ut supra dictum est. Si maledictus est qui partem tuam facit deteriorem quanto ille qui te omnino facit expertem id est sine parte sicut Bernardus dicit. Sex sunt que

Sex sunt que faciunt ad miseriam illius. faciunt ad huius servitutis miseriam servitutis in qua ponit avaricia. ¶ Primum est hoc quod ista servitus servitus spiritualis. Multo enim indignius est mente quam corpore ut dicit sapiens. Et Bernardus: An non servus cui dominatur et imperat nummus. Si tu forte indignum iudices hominem Christi quam nummum dominari. ¶ Secundum est vilitas rei cui servus est. Res enim contemptibilis et conculcabilis servus est scilicet terre. ¶ Quartum est hoc quod domina ista eos qui sibi serviunt per totam vitam suam nudos transmittit in extremitate. Non aliam mercedem dat eis. Unde dormierunt sompnum suum et nichil invenerunt et cetera. Item simul insipiens et stultus peribunt et relinquent alienis divicias suas. Nec timueris cum dives factus fuerit homo et cetera et ecclesiastes xiiii. Qui congregat ex animo suo iniuste aliis congregat et in bonis illius alius luxuriabitur. Et Job i. Nudus egressus sum de utero matris mee et nudus revertar. Dives cum dormierit nichil secum auferet. Paulus ad Thimotheum vi. Nichil intulimus in hunc mundum haut dubium quod nec auferre quidquam possumus. ¶ Quintum est hoc quod domina ista inhonestissima precedit furta, rapinas, periuria, prodiciones, homicidia, simultates et discordia. Hec precepit principibus sacerdotum ut filium Dei occiderent. ¶ Sextum est hoc quod gravissima precepit. Unde Jeremias xvi: Servietis diis alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Ysaias xix: Tradam Egyptum in manibus dominorum crudelium. Ut breviter dicam avaricia servis suis exhibet contraria et impedit et occupat

cruel et uiles que seruis maliuolis solent exhiberi. Eccl. xxxiii. Seruo maliuolo tortura et compedes. pone illum in operationem ne uacet. Item. ad compedes honerat quicquid homo preter necessaria curat. auaricia seruos suos excecatos. et ad molam .i. ad uolubilitatem terrenorum molere facit. quod significatum est. Iudic. xvi. In Sansone quem excecauerunt philistei molere fecerunt. Auaricia etiam facit manus auarorum in cofino seruire. Cum enim bone rei uadunt per sollicitudinem. Ipsa etiam facit eos fodere uel fossores solum. Immo et ceci cum et talpis assimulantur. Ad miseriam etiam seruitutis auaricie facit hoc quod auarus seruus est omnium illorum qui diuicias possunt ei conferre. uel auferre. uel seruare. Seneca. Minus quam seruus est qui seruos timet.

Quod magnam uim habet auaricia ad capiendum. detinendum. submergendum.

Sexto facit ad detestationem auaricie. hoc quod dicitur non habet machinamentum efficacius ad capiendum. uel ad detinendum. uel ad submergendum quam sit auaricia contra eam qui nullum castrum potest tenere se. Quatuor sunt que ad fortitudinem castri solent ualere. s. fossati magnitudo. loci altitudo. murus. et aque habundancia. castrum augent contra primum comportat auaricia aggerem et fossatum paupertatis replet. Unde ei bene conuenit quod legitur. Abac. i. Super omnem munitionem ridebit. comportabit aggerem et capiet eam. Contra altitudinem uero loci. congregat molem terre castro altiorem. Parum enim quando uidet claustrum aliquid in eminencia uite ut tot temporalia habeant quod altiora sunt spiritualibus. tunc temporalia altiora sunt spiritualibus. quando in electionibus prelatorum maior habetur respectus ad illa et magis occupantur quam ea prelati postquam electi sunt. Contra habundanciam uero aque lacrimarum sapientie salutaris. auaricia obstruit eius meatus. aque dum a deo impedit spirituales uiros terrenorum sollicitudine. quod non possunt cogitare nec peccata sua nec alias causas flendi ut exitus aquarum deducant oculi eorum. et hoc est quod legitur. Chaym interfecisse Abel. Chaym Abel interficit. Chaym uero interpretatur possessio. Abel luctus.

Tunc Chaym Abel interfecit cum sollicitudo terrenarum possessionum luctum claustralium impedit. Idem etiam impedit ne aque gratie uel sapientie salutaris ad claustrales fluant. ad quam scilicet pertinere quod legitur Iudith. vii. Quod Olofernes cum obsedisset Bethuliam fecit incidi aqueductum. Murum uero castri suffodit auaricia. dum muneribus prelatum ecclesie corrumpit. Unde Gen. penult. Symeon et Leui fratres uasa iniquitatis bellancia. et quibusdam interpositis subiungitur. In furore suo occiderunt uirum. et in uoluntate sua suffoderunt murum. Symeon interpretatur exauditio. Leui assumptus. Unde bene tenent hii duo signum eorum qui munera largiuntur. Isti enim exaudiuntur in peticionibus suis et assumuntur ad dignitates. Isti occiderunt prelatum ecclesie et suffodiunt murum corrumpendo illum qui resistere deberet male ingredientibus in ecclesiam dei. Consilium etiam iniquum est cuius laquei sunt ad capiendum potenciores quam auaricie. Quod uero est. quod auaricia habet laqueos ualde ab

scondicos. et diuisos. et fere ubique positos. De absconsione legitur. Job. xviii. Ab
scondita est in terra pedica eius. et cetera. Ps. Narrauerunt ut absconderent laqueos d. q. m.
eos. Absconditi uero possunt dici tribus modis.

Primo quia subtiles adeo sunt. quod etiam parati magnum non uident eos.
Sicut patet in subtilitatibus laqueis usure et symonie de quibus etiam sunt magni du
bitantes. Secundo quia uelati sunt necessitate naturali. necesse est enim aliquid habere ad uite
sustentamentum. Vnde Greg. primo diabolus sollicitat hominem ut querat necessaria quod non est in ope
re ut querat superflua. et ex hoc accidit quod diabolus nos temptat de auaricia. quos non audet
temptare de luxuria. quia non audierunt illud. quod michi bonum est ibi. Tertio uero quia sunt
uelati etiam spirituali utilitate. Quia enim hec diuicias pro peccata sua elemosinis redimere. et mul
ta alia bona facere. ad quod reserunt auari illud. Eccl. vii. Vtilior sapientia cum diuiciis. non
attendentes quod ualde magnam oporteret esse sapientiam. que cum diuiciis duraret. dum enim
sapientia salomonis cum eis durare non potuit. Quod autem laquei auaricie multi sunt. et ubique
positi. patet per hoc quod legitur. Sape. xiiii. Quod creature dei in odium facte sunt. et in
temptationem anime hominum. et in muscipulam pedibus insipientium. In quacumque creatura
desiderabili. quam uidemus. hec auaricia laqueum tendit. Vnde difficile est laqueos auaricie eua
dere quam corde intra habitare. Ideo bene dicitur. Ysa. xxiiii. Laqueus super te qui habitator es terre.
et i ad Thi. vi. Qui uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et in laqueum diaboli. Sc
non quod auaricia utitur muscipula ad capiendum incautos in qua propter assere retinende est
tota domus mea. et etiam regnum. Vt cum aliquis talia iniuste possidet. De muscipula hic
loquitur Aug. dicens auaro. preda cuiusuis rape est in muscipula tenes alienum. et teneris
a diabolo. ut uix tales saluantur. cum ualde difficile sit ea relinquere que iniuste possi
dent. Consilium est meum quod fortius homines teneat. cum rei pro triplici ea assignari. primo
soliditas rei cui ligatus est. possessio enim sua plus durat quam ipse. et ideo non soluuntur
uincle auaricie dum uiuit. Secunda causa est quod pluribus stipitibus ligatus est quot posses
siones amat tot stipitibus ligatus est. et multiplici funiculo. quia non solo amore proprio im
mo etiam amore filiorum. Vnde in morte cum desinit amare eas sibi. amat adhuc eas filiis suis. Ter
tius etiam est auaricia ad subiungendum hominem in profundum inferni. Vnde super illud Deut.
xvii. Non habebit rex argenti et auri immensa pondera dicit Interlinearis. In infernum in
greuencia. et pro. ad Thi. vi. Loquens apostolus de desideriis diuitum dicit que mergunt hominem in
interitum et perditionem. et Aug. amans terram absorbebit te. amatores enim suos honorare
nouit non portare. Non mirum si auari demerguntur cum ligatam habent ad collum pro amore
non molam asinariam immo domum. uel rem ponderosiorem et feruntur in profundum
maris. Septima stulticia facit ad detestationem auaricie. hoc quod ipsa est deo ualde

gcola · proximo ualde iniuriosa · quo subiecto ualde nociua · ¶ Primum potest ostendi ex testimoniis scripture que dicunt deum odire auaros · uel iratum esse eis · quale est illud · Odisti obseruantes uanitates super uacue · Vanitates obseruat qui in diuiciis sperat · et sicut tangitur in glo · Supuacue quis sperat in diuiciis · quia cum in eis sperat · aut ipse expirat et ea hic dimittit aut cum uiuit omnia perimit · et ipse in spe sua deficit · Ad idem facit illud · Jaco · iiij · Amicus huius mundi inimicus dei constituitur · et illud prima Jo · ij · Qui diligit mundum non est caritas patris in eo · et illud · Iniuria ei diuini lugent.

In quo uerbo quadruplex stulticia auarorum insinuatur. Quadruplex est stulticia auarorum · et hic tangitur.

¶ Prima est quia rem immundam corde lugent quam carni lugere erubescerent lugere · s · fimum · ¶ Secunda est quia dum diuicie spine uocantur a domino math · xiij · Quasi uerissime res sit appellare · cum diuicias terrenas lingunt consolationum in eis querendo · quasi mel super spinas lingunt · Quod diuicie spine sint dicit gregorius super illud Job · xxx · esse sub sentibus dum delicias reputabant · quia bene spine sunt · quia cogitationum suarum aculeis mentem pungunt · ¶ Tercia stulticia est quia fonte dulcedinis et solacii neglecto guttas solacii in terrenis diuiciis querunt · ¶ Quarta stulticia est quia lugendo ad sacietatem se posse peruenire credunt · Quod uero auaris deus iratus sit patet · primo ex illo uerbo Zach · i · Ira magna irascor ego super omnes gentes opulentas · ¶ Secundo uero ex illo uerbo ysa · lvij · propter iniquitatem auaricie eius iratus sum et percussi eum ¶ Tercio ex illo uerbo osee · xij · ad iracundiam effraym prouocauit me · effraym · i · fructificans est diues · ¶ Quarto ex illo uerbo quod dicit Jaco · v · auaris diuitibus · Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus · ubi dicit glo · Thesaurizat miser cum thesauro pecunie thesaurum ire pariter cumulari · Signum etiam quod auaris sit deus iratus per hoc esse quod deus non uult eum nominare · unde Luc · xvi · [illegible] nominatur diues · lazarus uero nominatur · et per hoc esse causa · quia diuites uocauerunt nomina sua in terris suis · unde dauid non ero memor esse nominum eorum per labia mea · quia nomina eorum fuerunt in ore loculatorum et aliorum carnalium hominum · qui quasi porci sunt · unde sicut aliquis non poneret libenter in ore suo pomum quod in ore porci fuisset · sic deus nomina talium in ore suo non uult habere.

Potest autem assignari quadruplex racio ira-carum que sunt dei ad auariciam. Quadruplex ratio · quare deus auariciam odiat. ¶ Prima est · hoc quod auaricia misericordiam fugat · unde sicut misericordia deo optata placet iuxta illud osee · misericordiam uolo et non sacrificium · sic auaricia displicet ei · ¶ Secunda est hoc quod auaricia multum uilipendit deum · illud · est · n · quod libenter facit pro obolo non uult facere cum deus ei quod hoc faciat precipiat · ¶ Tercia est hoc quod creaturam ab omnibus conculcabilem deificat · non sine magna contumelia dei · ad augmentum uero contumelie dei non solum unum deum sibi facit · sed tot quot possessiones habet · unde osee · x · Juxta secundum multitudinem fructus

sui. multiplicavit con altaria iuxta libertatem terre sue. exuberavit simulacris. ad cumulu
et contumelie facit hoc quod de bonis sibi a deo collatis hanc contumeliam illi facit.
Unde osee .ii. Ego dedi eis frumentum. vinum et oleum. et argentum multiplicavi eis
et aurum que fecerunt baal. In autem deterior est hec ydolatria gentium. quia simulacra
gentium argentum et aurum. os habent et cetera. membra ad similitudinem hominum. hec
avaricia deificat informem materiam. De rusticatibus quas dives facit deo.
Quarta causa est hoc quod avarus dives .v. rusticitates facit deo
seu perversitates quas nulli homini faceret. Prima est. quia cum beneficium debeat
accipe acceptorem redde memorem benefactoris sui. avarus tamen inde dominum magis ob
liviscitur. Unde osee .xiii. Adimpleti sunt et saturati sunt et elevaverunt cor suum
et obliti sunt mei. et ysa. lvii. Viam manus tue invenisti. propterea non rogasti. Glossa.
Quia felicitatem quesitam in terris invenit actorem qui eam tribuit non requirit
Gen. xl. Succedentibus prosperis prepositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Secunda
rusticitas est quod deo de bonis sibi collatis gratias non agit. immo propterea magis eum diligi
immo minus quod nulli homini faceret. Unde Jer. v. Ibo ad obtimates. et sequitur quidam
hi fregerunt iugum ruperunt vincula.
Tercia rusticitas est. quia cum beneficium debeat esse quoddam frenum retinens acceptorem
beneficii ab iniuria largitoris. Juxta illud ysa. Laude infrenabo te
avarus tamen non timet dominum offendere. tot beneficia ab eo suscepit. non timet bene
ficia ab eo suscepta. licet tamen eum offenderit in quo et cavent sibi ipsi latrones.
Quarta rusticitas est quod quanto maiorem terram a deo tenet tanto ad minus servi
cium teneri se credit. divites omnino nichil volunt facere in servicio domini. Quinta
rusticitas est. quia cum teneret bona domini in manibus suis. et deus inde petit in
pauperibus ipsi nolunt dare. vel commodare et ad centuplam usuram. quod faceret
uni iudeo vel sarraceno. Unde aug. ad avarum dicit christus. Da mihi ex eo quod dedi
tibi. de meo quero et mihi non donas. De meo quere. da et reddo. habuisti me largito
rem facito debitorem. parum est quod dixi. Habuisti me largitorem fac me de
bitorem. habeam te feneratorem. Pauca mihi das plura reddam temporalia mihi
das eterna restituam. Idem prebe terram et accipe celum. Ber. Quid mirum
est quod cunctanter relinquere simpla pro centuplis non est cupidus non ambiciosus
non conquisitor huius seculi. De malis que facit avarus proximo.
Sequitur de malis que facit avaricia proximo. que multa sunt
ex hac enim sequuntur bella et lites. Unde Jaco. iv. Unde in nobis bella et lites
nonne ex concupiscenciis vestris. Seneca. Quietissime viverent homines si duo pronomina

tolleretur meum et tuum. Ex hoc enim sequuntur homicidia. unde chaym qui interpretatur
possessio legitur fratrem suum occidisse. et In proverbiis i. Fili mi si te lactauerint
peccatores non adquiescas eis. si dixerint ueni nobiscum insidiemur sanguini. et post
subiungitur cum motiua. omnem substantiam preciosam reperiemus implebimus domos
nostras spoliis et cetera. Ex hac etiam sequitur rapina. unde ecclesiastici xiij. Venacio leonis
onager in heremo. sic pascua diuitum sunt pauperes. Auaricia nulli fidem
custodit. nec deo nec homini. deo non. ipse est enim uox illa. Luce xx. Ecce heres uenite
occidamus eum ut nostra sit hereditas. Homini non. filius enim auari mortem patris
exoptat. et mater filiam uendit iugulatoribus infernalibus. Ex hoc etiam accidit
hoc quod filii potius uolunt parentes et naturales comburi quam hereditatem sibi minui.
Hec facit ut tribunalia uenum tabule sint in quibus sanguis innocentium uenalis
offertur. Hec mendacia uel periuria non timet pupillos et uiduas exheredare.
Hec pauperem contempnit et irridet. unde Job xii. Deridetur iusti simplicitas
lampas contempta apud cogitaciones diuitum parata ad tempus statutum. et ecclesiastici xiij.
Sicut abhominacio est superbo humilitas sic execracio est diuiti paupertas. Hec immi
sericors est proximo. unde Job xli. Cor eius indurabitur quasi lapis. cor diuitis est auarus
et Luce xvi. habetur de lazaro petente elemosinam. et nemo illi dabat. et notatur ibi
immania diuitis epulonis. et etiam familie illius amos vi. bibentes uinum in phialis
et optimo unguento delibuti. nichil compaciebantur super contricione ioseph. De malis
Sequitur uidere quomodo auaricia noceat proprio subiecto. Notandum que facit proprio subiecto
quod est quod auaricia reddit hominem stultum. unde Luce xij. Stulte que sunt decem
hac nocte animam tuam repetent a te. que autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi
thesaurizat. et non est in deum diues. et supplet glosa super illud. sic est stultus.
Ad idem pertinet illud apostoli. Sapiencia huius mundi stulticia est apud deum. et prouerbiorum
primo. Usquequo paruuli diligitis infanciam. et stulti que noxia sunt cupient. Non
est stultus auarus tamen stulticia. sed multiplici. non solum stultus. immo etiam insanus. Insa
nia uero diuitis auari per multiplicia ostenditur. Quod auarus sit stultus et insanus
Primo per hoc quod occultos laqueos exquirit ut se strangulet. unde prouerbiorum xxvi.
Cor iniqui exquirit mala. Iniquus potest intelligi auarus propter illud ecclesiastici x.
Nichil iniquius quam amare pecuniam. qui ad modum insani exquirit mala. scilicet
occultos laqueos usure et symonie in quibus se interficiat. ¶ Secundo potest ostendi illa
insania per hoc quod uoluntarie uadit subiungere se. singulis diebus facit dietam unam
in infernum. Quis adeo sapiens est quin insanum reputaret non posset si requisitus quo iret responde
ret. uado subiungere me uel suspendere me. sed auarus respondere potest quod uadit quousque in mortali. vi modis
ostenditur insania auari

Vadit enim subiungere se in abyssum inferni quod est summa stulticia sicut sapiencia est sum-
ec. ma in paradysum ire. Unde Ecclesiastes vi. Quid habet amplius stulto sapiens et quid paupe-
ri nisi ut pergat illuc ubi est vita. ¶ Tercio probatur quod cum insipiens sit insipi-
enciam suam non cognoscit immo sapientem se reputat quod plus est quam stulticia et
xvi quam insania. Unde in proverbiis xxviii. Sapiens sibi videtur vir dives sed pauper scrutabitur eum
iste pauper id est ... qui scrutabitur eum qui sibi sapiens videtur ostendens eum non fuisse
sapientem. Et xxvi proverbiorum. Vidisti hominem qui sapiens videtur magis illo spem habebit
insipiens in quo innuitur insipientiorem ceteris illum qui reputat esse sapientem cum
non sit. ¶ Quarto ostenditur insania ista per hoc quod avarus spiritualiter interficit omnes qui
iuxta se sunt. Sicut si aliquis clava accepta primo interficeret uxorem suam deinde filios
suos et filias et totam familiam et post sacerdotem ne parrochiano suo eum excommunicaret
nimis insanum eum reputares. Sic facit avarus precipue usurarius dum omnes tales
facit communicare peccato suo. Expellit etiam percutit divites inimicos suos. Quia divicie
enim sue eum faciunt insanire. Unde alapa una quandoque constitit ei .x. lib. Unde Ecclesiastici xxi.
Obiurgatio et iniurie adnichilabunt substanciam et domus que nimis locuplex est adnichi-
labitur superbia. De hac percussione loquitur dominus Mathei xxiiii dicens. Si autem dixerit malus
ille servus in corde suo moram facit dominus meus venire et ceperit percutere conservos suos et cetera. ¶ Quin-
to ostenditur ista insania per hoc quod si strictissimum iudicem cum re furtiva ire non timent
dum vivimus non cessimus ad iudicem ire et raptores sumus. ¶ Sexto ostenditur in-
sania per hoc quod cum domus consciencie sue igne cupiditatis succensa sit ipse qui aquam gracie ad
ignem illum infernalem extinguendum querere debuit querit potius faculas ad incendendum
amplius domum suam. Sic querit aurum et argentum et cetera concupiscibilia que ignem cupiditatis incendunt.
Sequitur de multiplici stulticia avari et est De xviii stulticiis avari.
Prima stulticia eius quod se ceteris rebus minus diligit et probatur ostendi. ¶ Primo
quod se malum et omnia bona vult habere. Unde Augustinus. Adeo cecitas mentis invaluit adeo absor-
buit homo interius ut omnia velit bona habere preter se ipsum. Et item Augustinus loquens ad avarum
quid est quod te velis malum habere nichil omnino non uxorem non filium non servum non tunicam post-
remo non caligam et tamen vis habere malam vitam rogo te prepone vitam tuam calige tue.
Secundo potest id ostendi per hoc quod avarus de perditione sua non dolet de perditione oboli
dolet et singulis diebus sotulares suos tegit se ipsum non pannum in sordibus relinquit
nec etiam tunc bene rimari. ¶ Tercio potest id ostendi per hoc quod de corde suo
quod circa ipsum rebus suis facit ut cum suum incommoda rerum suarum precipiat. Similis
cuidam stulto qui habens sotulares novos transiens per spinas se discalciavit ad
... manabat sotulares suos quod potius elegit sotularibus quam propriis pedibus parcere

Secunda stulticia avari sunt est quod sua negligit et de alienis sollicitus est ut dicit vul-
gariter. tuit fu autri tut iert autri. Quod iiii. nostra sunt
Quatuor ergo sunt que possumus nostra dicere. scilicet bona eterna. Unde Seneca. Sapiens nichil Sen.
se omne bonum tenere nabis et dicit quod quidam capta patria perdita uxore et liberis amissis cum
ex incendio publico solus et tamen beatus exiret interrogatus a victore quid perdidisset: nichil inquid perdi-
di bona mea mecum sunt. Ista bona interna bene negligit avarus propter exteriora que invita
sua ut legitur. ecc. x. Secundum est Unde Seneca. Cetera a nobis aliena sunt tempus tamen nostrum
est quod ergo tempus quodam spali modo nostrum sic videtur propter hoc quod qui tempus amittit se ipsum amit-
tit. Qui medium vite sue amittit se dimidium amittit et qui totum tempus amittit
se totum amittit. Tercia sunt ea que pauperibus largimur. Unde quidam
cum dominus suus vellet de bonis eius scire et precepisset ei ut de bonis suis veritatem
ei diceret feci sub periurio. Sex centorum aureorum quos pauperibus erogaverat. Respondit
quod nichil in mundo plus habebat preter sexcentos aureos. Cumque a circumstan-
tibus ei obiceretur quod falsum esset dicentes illa grangia tantum valet et illa domus tantum et
multa alia ipse habet. Illa non sunt mea sed domini mei quia quando voluerit accipiet
tanquam suum. sed illud quod dedi et per manus pauperum in salva custodia posui ita
quod nullus potest michi illud auferre. Ad hoc pertinet quod legitur in ecc. Esto unum qui laboras
cum ipso. Quarta sunt bona eterna. Unde Luca. xvi. Si in alieno fide- Luca
les non fuistis quod vestrum est quis dabit vobis. alienum vocat bonum transitorium
verum eternum. Quartum neglligit quod iiii. predicta que proprie sua sunt
non timet amittere. de alienis non sollicitus est. scilicet de temporalibus istis que vestra non sunt
sicut potest ostendi. Multipliciter ostenditur quod temporalia non sunt nostra
Primo per hoc quod dicit dominus. in Luc. Si alieno fi. et cetera. Secundo ex illo verbo
Abacuc. ii. Ve qui congregat non sua. Tercio ex illo verbo Ambrosii. super Luca
Non sunt bona hominis que secum ferre non potest. sola misericordia comes est defunctorum. quod No
intelligendum est de illis defunctis qui cum misericordia in presenti societate fuerint
Quarto potest idem ostendi rationabiliter per hoc quod bona temporalia assimulantur fluvio tamen nra
si una facta esset civitas aliqua que estimaret aquam Rodani ante se transeuntem
sibi remansuram cum per tot civitates transierit nec in eis remanse-
rit sic fatui sunt qui bona temporalia sibi remansura putant. Unde Seneca.
Errat si mansuras tibi putas divitias que per tot manus hominum tran-
sierunt. hoc insinuat David. Ubi dicit divicie si affluant nolite cor
apponere divitie ad modum fluvii sic affluunt ita et effluunt. Stultus est aque Ro-
dani illius civitatis tanquam tenere Sed ad necessitatem suam potest inde sumere

sic bonis temporalibus uti possimus ad necessitatem uitam nostram tamen non sunt et sicut uulgariter
dicitur. Tot sunt auari quot uere auari. ¶ Secundo potest ostendi quod nostra non sunt per hoc
quod insuper extranei nostra non sunt. Unde Ps. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. Et iterum
aduena ego sum apud te et peregrinus. ¶ Tercio per hoc quod ianitor huius mundi scilicet mors
non permittit nos ferre aliquid de mundo isto quantum aliquis sedet ad mensam alicuius
diuitis potentis multa apponuntur sibi sicut ciphi argentei et scutelle et similia
in quibus solum usum habet. Si uero aliquis ex simplicitate crederet ea esse sua et uellet
ea secum ferre ianitor bene ostenderet quod nichil iuris in eis haberet. Ita diuites
credunt bona temporalia sua esse set mors bene ostendit eis esse aliena cum dicit nichil
intulistis in hunc mundum nec quicquam auferre potestis. ¶ Quarto potest idem ostendi
hoc quod dum canis sequitur duos homines nescitur cuius eius dominus sit set si separentur
illi ab inuicem sequitur canis dominum suum et tunc apparet cuius sit. Sic diuicie in
morte remanent cum mundo et deserunt auarum. Et est notabile exemplum
principis magni Saladini qui cum mortem sibi iminere conspiceret pannum lineum de quo sibi sudarium confiendum erat erexit in signum et fecit circumferri
per ciuitatem a preccone dicente. Hoc dicit princeps noster. Cum centum domini noster rex
noster hoc solum de gloria mea et de diuiciis mecum afferam. Diuicie sunt uelut in-
fideles inimici que amatores suos in extrema necessitate deserunt. Unde quidam
cum a diuiciis suis in morte auxilium inplorasset nec posset et hanc responsionem
ab eis audiuit. O fallaces diuicie toto corde uos amaui et honoraui et nunc
in tanta necessitate positus nichil consilii uel auxilii a uobis habere possum. Propterea
eciam me deserere nec uultis me sequi ego permittam uos et hiis dictis statim
distribuit omnia pauperibus. Quinto potest ostendi quod temporalia nostra non sunt
per hoc quod dispensatores solum in eis sumus. Ambrosius. Nemo dicat proprium quod commune est
plus quam sufficeret sumptum uiolenter obtentum est. Ille qui sua negligit
et aliena excolit iuxta sapientem hoc seculi infelix reputatur. Quia cum alienum
compellitur relinquere exclusus quia neglexit sustentari non poterit. Sic auarus cum
temporalia bona amiserit bonis eternis carebit. ¶ Tercia stulticia auari est
quia ea amat que amatoribus suis non prosunt immo sunt eis ualde nociua contemptoribus
uero suis ualde sunt utilia. Unde melioris condicionis sunt qui ea
contempnant quam qui ea amant. Quod diuicie non prosint amatoribus suis patet ex illo Eccl.
Ecclesiastes v. Qui amat diuicias fructum non capiet ex eis. Quinque fructus
uidentur esse diuiciarum. ¶ Primus est sacietas. Unde Tullius. Fructus diui-
ciarum est copia. Hunc fructum non capit qui diuicias amat. Amor enim est

famis spiritualis. Fame ergo non est in sacietate. ¶ Secundus ergo fructus est redemptio a-
nimarum. Unde prov. xiii. Redemptio anime viri proprie divicie. Et daniel. iiii. peccata
tua elemosinis redime. ¶ Tercius est empcio regni celestis. Unde luc. xvi. Facite vobis
amicos de mammona iniquitatis etc. Et aug. Prebe tectum et accipe celum. ¶ Quar-
tus fructus est patrocinium pauperum. Unde gregorius. Pauperes non sunt despiciendi ut
egeni sed rogandi ut patroni. Pauperes sunt stipendiarii nostri. Unde eccli. xxix.
Conclude elemosinam in sinu pauperis et paulo post sic scutum potentis et lanceas pug-
nabit adversus inimicos tuos. ¶ Quintus fructus est diviciarum ipsarum multi-
plicatio. Unde i. ad thym. iiii. Pietas ad omnia utilis est promissionem habens vite
que nunc est et future. ¶ Quatuor ulterius fructus non colligit ex diviciis qui eas amat
quia eas non seminat sed retinet apud se et ideo non potest inde fructum colligere. Non solum ergo
profuturum divicie amatoribus suis immo multum nocent. Inquinant enim eos et cruciant
et occidunt. ¶ Ad primum facit illud ubi supra Bernardus. qui post illa non abiit que possessa sunt
onerant, amata inquinant. ¶ Ad secundum facit illud quod dicit Sen. Prox que cor tuum laniant quam si
alia abstrahi nequirent cor ipsum cum eis avellendum esset. Ad tercium facit quod quando
constantinus dedit imperium ecclesie audita est vox hodie infusum est venenum ecclesie.
Divicie ergo ut venenum se habent ad amatores suos interficiunt enim eos. Ideo mirantur
quidam quare diligantur dicens ut quid diligitis vanitatem. ps. iiii. Usque quo parvuli diligitis in-
fanciam etc. prov. i. Divicie quodam modo ne amentur clamant dum tot afflic-
tiones faciunt amatoribus suis. Unde Greg. Mundus iste dum tot afflictionibus pul-
sat calamitates ingeminat quid aliud nisi quoniam non diligatur clamat. Quod ergo divicie u-
tiles sunt contemptoribus suis patet ex hoc quod eorum contemptores licet pauperrimi sint ex con-
temptu eorum regnum eternum emunt. ¶ Quarta stulticia avari est quod ea custodit
que custodita perduntur perdita vero custodiuntur quod ostendit per parabolam de frume-
to quod si custoditur quod si custoditur perditur si seminatur perditur et custoditur. Unde
sic illud. Jo. xii. Qui voluerit animam suam salvam facere perdet eam. dicit glo. quasi di-
catur agricole. Si frumentum servas perdis. si seminas renovas. Ad idem facit
illud. xxix. ecc. Perde pecuniam propter fratrem et amicum et ne abscondas sub lapide
in perdicione. Lapis vocatur cordis duricia sub quo dum absconditur in perditione
absconditur quia dum servari creditur perditur. et non solum perditur immo
et perdit dominum suum quod deterius est. Unde B. loquens de bonis temporalibus dicit.
Vana tamen congregata perirent et non congregatorem eorum tollerabilius esset
insulsi sudore laborem perituro quam periturum. ¶ Quinta stulticia avari
est in expendendo perdere deum. n. preciosum lumine bonis consumit in qua re b

temporalia quibus carent de hoc lumine dicitur in psalmo. Signatum est super nos lumen vultus tui domine
et dicitur vultus quia secundum eam dei ymago sumus. Lumen ergo vultus est sigillum super nos quod
impressum est nobis sicut imago sigilli cere imprimitur. Hoc lumen valde precio-
sum est sicut potest ostendi tripliciter. Primo per hoc quod sol illud et similes sum-
Secundo per hoc quod prevalet toti mundo absque creaturis rationabilibus quia plus expedit quod si
cuius lumen vultus obtenebrescat per insaniam vel alio modo melius illi sanitati
restitui quam totum mundum ei acquiri. Tercio potest id ostendi quod sol et luna et
omnia alia luminaria celi immo et omnes creature visibiles huic lumini deservien-
tes sunt quasi ad accendendum illud. Unde manifestum est quod sic lumen illud est tam preciosum
luminaria deserviunt. Valde ergo plures candele solent accendi magni cerei
lumen expendunt avari in acquirendo temporalia quam apostolus arbitratur ut stercora
non credimus fuisse deceptum sua arbitratione. Si quis candelam .vi. denariorum
expenderet querendo obolum valde fatuus reputaretur quanto insipientior repu-
tandus est avarus qui lumen preciosissimum immo inestimabile in congregando lutum
expendit. Vere insanus est avarus qui vicinos suos reprehendit de hoc quod ceram
consumunt cum sepum eis sufficere possit dicens. Ut quid perditio hec. Se ipsum vero non
reprehendit de perditione talis et tanti luminis. Lumen illud lumen regium est. Datum
homini ut eo circa se et deum utatur. Avarus vero eo utitur circa iumenta sua
ipse vero remanet in tenebris. Unde eccl. v. dicitur de avaro cunctis diebus vite sue
comedit in tenebris et in curis multis et in erumpna atque tristicia et quia in
tenebris comedit ideo noxia et venenata comedit. Ecce quam fatuus reputa-
retur qui ad presepe iumentorum suorum cereum magnum poneret ad mensam vero sua se-
deret sine lumine. Sed insipientior eo est avarus nec solum lumen vultus prodige ex-
pendit immo se ipsum dum se rebus suis totum largitur ordinandis et excolendis et
se nichil retinet sibi ipsi cum ipse amplius regimine et cultura indigeat. Tercio
stultus est in acquirendo fatuus operarius est qui sciens aliquam bonam artem ex qua
lucrari posset .x. marcas in die et facit vile opus. Unde tamen .iiii. den. acquirit. In-
sipientior est avarus labore diurno tamen lucratur aliquid terrenum quod
eodem labore vel minori et quandoque si super deum fuerit posset lucrari regnum celorum
quod patet illud. Gre. Fatuum est iam temporalia querere. Unde possumus etiam
habere. Minuit dominus hominem paulominus ab angelis. Sed homo ex avaricia sua
minuit se multo amplius a iumentis cum reducit se ad illud opus
in quo multo ~~amplius iumentis~~ minus valet homo quam equus locatur enim
equus .xii. d. quando homo non locatur se nisi .iiii. Unde homo nisi labore suum al-

fin reserat aquo aliam mercedem recipiet inferior iumentis quantum
ad hoc est. ¶ Fatuus est negotiator auarus qui simpla non uult pro centuplis
commutare. Unde B. de illo uolo centuplum ac. etc. Quid insanie est quod
cantantur simpla relinquere pro centuplis. ubi cupidus ubi ambicio
sus ubi conquisitor h' scilicet fatuus est qui ad hoc laborat ut spine di
uiciarum sibi multiplicentur que eum pungant in presenti uaris
curis et racionabilis succedet eum in inferno. flumen quod colliget a
uarus de spinis illis uuas aut de tribulis ficus. Immo et in presenti in
ueniet in illis molestiam et asperitatem in quibus quesiuit sanitatem.
¶ Auarus est similis talpe que quicquid fodit super humos post se ponit. sic auarus ea
ea que male acquirit quodam modo super se ponit. Impediunt enim eum ne ad uitam
gratie suscitari possit. Unde diuicias quas acquirit cumulat se. Auarus et si
milis est homini. sed B. qui suffocatur magis qui non dimittit quicquid tenere po
test etc. Debet amplecti tabulam penitentie qui eum a naufragio liberaret. potius am
plectitur aurum et argentum et cetera. ponderosa que mergunt eum in profundum inferni et ut
hec dicta auarus et anquam lucretur se ipsum perdit et tanquam aliquid capiat captus
tenetur. In die iudicio fit sicut ait augustinus. ut diuicias quas iniuste capere
uolunt iustissime capiuntur. immo quod deterius est ipsis diuitiis que quidam
esca diaboli capiuntur. currit solum expendendo uel acquirendo insipienter
agit auarus sed et custodiendo et hoc iiii. de causis. ¶ Primo quia thesaurizat
ut omnes antecessores sui thesauros amiserunt. scilicet in mundo isto. Unde in osee.
vii. effraym factus est sicut columba seducta non habens cor. id est sapientiam. hec est insipientia
columbe quod pullos suos ponit ubi omnes amittere consueuit. ¶ Secundo quia
custodire uult quod durabilia non sunt temporalia ista consumuntur. iiii. de causis
primo propter propriam corruptibilitatem. Unde Ja. v. Agite nunc diuites plorate
ululantes in miseriis que euenient uobis diuitie uestre putrefacte sunt etc.
Secunda causa est aliena rapacitas. Unde math. vi. de ista causa et de precedente nolite
thesaurizare. uobis thesauros in terra. ubi erugo et tinea demolitur. et ubi fures effodiunt et furantur. ¶ Tercia causa est superba
cum diuitie pereunt quam postea diuitias consumunt. Unde augustinus. Uanus diuiciarum superbia.
¶ Quarta causa est ampla familia que diuitie requirunt. Unde eccles. v. Ubi
multe sunt opes multi sunt qui comedunt eas et quid prodest possessori
nisi quod cernit eas oculis suis. ¶ Tercio insipienter agit auarus cus
todiendo quia uult secum sua habere cum securius possit ab alio custodiri.
¶ Quinque casus sunt in quibus fatuus est qui pecuniam suam secum uult habere.

Primus casus est quando aliquis est uiator et est transiturus per locum ubi scit se spo-
liandum esse tunc fatuus est si amplius uelit de pecunia sua habere secum quam
sit ei necesse ad expensas usque ad locum illum. Iuuenalis .x. Cantabit uacuus coram
latrone uiator. Locus per quem uero simus transituri est mors ubi spoliabimur. Spoliatur
homo in morte quia per angustum foramen transitur, quia mors angusti fo-
raminis foramen est. Unde B. Quid tu camele gibbum quid tu pecunie sar-
cinas locupletes tollis nec sic impune nec sic ingredieris foramine ad has
sarcinas non admittit. Spoliatur etiam homo qui reditur in uentrem matris sue
terre. Unde Eccl. .xl. Iugum graue super filios Adam a die exitus de uentre matris sue
usque in diem sepulture. Et in Iob .i. Nudus egressus sum de utero matris mee nudus
re. illuc .i. in utero matris mee .i. intram. Tercio spoliatur homo in morte
instar dampnatorum qui tradendi patibulo spoliantur. Fatuus ergo est auarus
qui diuicias secum uult habere cum sciat se in morte spoliandum esse et
uult mittere eas in locum securum per manus pauperum. Gregorius. Securius serua-
tur diuitie per pacta patrum in patriam per manus pauperum quam uiuus. Secundus ca-
sus in quo fatuus est qui pecuniam suam secum uult habere est cum naufra-
gium alicui iminet. Unde Gregorius super illud Iob .xxxi. Quasi fluctus tumentes
super me timui semper deum. Cum fluctus desuper eminent tunc de naui proiciuntur
per quibus longa naufragia supleuerunt. Fatuus ergo est auarus qui in tali
naufragio positus proicius uult pecuniam suam secum habere quam cum
saluo esse perpue. Cum Seneca dicat nemo cum sarcinis enatat. Tercius
casus in quo non uult aliquis pecuniam suam secum habere est cum pecunia illa
furtiua est et scit pecuniam illam testimonium fore sue dampnationis si apud se in-
uenta fuerit. Fatuus ergo est auarus qui rem male acquisitam que testimonium
erit condempnationis ipsius ita diligenter conseruat ut conuenisse in morte. Quomodo an cum
in iudicio tam periculoso testes preparare uelit contra se ad hoc ut puniret quod auarus
dicat Iacobus .v. Aurum et argentum uestrum eruginauit et erugo eorum erit in testimonium manducabit
ignis. Quartus casus est in quo aliquis non uult pecuniam secum habere cum hostes sui
eum insequuntur et est pecunia illa impedimentum fuge illius. Ex quo satis manifestum
est quam insipiens sit auarus quem hostes inuisibiles insequuntur et pecuniam
suam nulli uult commendare cum in ueritate ipsa potius eum custodiat et
detineat nec de manibus eius possit euadere. Unde auarus est sicut simia
uel ursus qui ligatur ad stipitem uel truncum quamuis mobile et posset alicui
uideri quod simia uel ursus stipitem custodiat cum potius a stipite custodiatur. Sic aua-

ligata sunt ad temporalia tamquam quorum quedam inmobilia et postea custo-
diunt diabolo quam ipsi custodiant ea nec possunt procedere nisi quantum
uinculum amoris quo ad diuitias suas ligata sunt permittit. Unde exo-
dus xxiii. Vinctum longius ne habeat. ¶ Quintus casus in quo non uult aliquis p. t. l.
habere est cum timet sibi ea se inquietari uel ut largiatur ea uel mutuo concedat
et ista causa maxime deberet mouere auarum pecuniam ex sua in saluo loco repone- Jo. Lo.
re. sic enim caro circa ossa canes prouocat ut ibi mordeant sic reclamatoria
prouocant aues rapaces sic diuicie etiam auaros fures et raptores pro-
uocant. Unde Seneca. Auarus diues cupiditatem irritat immo sicut caro
que ossi adheret ceteris carnibus amplius appetitur sic diuitie auari
diuitis enim auferamus ei quia numquam daret inde nobis. Unde in multas in-
quietatur auarus accidit enim auaro sicut accidit quibusdam arbo-
ribus que nolunt fructus suos hominibus dimittere nisi cum difficultate
uel quia non cito maturescunt uel alia de causa et inhominibus arboribus
illis auferuntur fructus sui et insuper optime Verberantur et usque
ad fractionem multorum ramorum. Alie uero arbores quia facile fruc-
tus suos hominibus dimittunt remanent absque dampno ramorum suorum sic
auarus suis spoliatur uelit nolit et propterea flagellatur et affligitur sepe.
¶ Sexto agit insipienter auarus sua custodiendo quia non uult ea in
celum premittere non enim uult elemosinas facere in uita sua sed expectat
ut ab aliis sibi fiat elemosina post mortem in quo similis est illi qui de nocte tran-
siturus per placeam foueis plenam lucernam uellet post se portari. Ecclesiastice xi. quas
homo facit in uita sua sunt quasi lucerna que prefertur et custodit hominem
ne in foueam inferni ruat elemosina uero post mortem facta sunt quasi lucerna post-
positum que non custodit hominem quin cadere possit in foueam inferni et sua
sequitur non exhibent eum inde elemosina quia in inferno nulla est redemptio. De tri-
bus aliis stulticiis auari

Sequitur de tribus aliis stulticiis auari quarum
¶ Prima est imprudentia ¶ Secunda incircumspectio ¶ Tercia uero incau-
tela. Hec enim tria sunt species stulticie sicut opposita eorum scilicet prudentia circumspec-
tio et cautela sunt species prudentie quod autem auarus ualde insipienter habeat
se in sua prouisione potest ostendi multipliciter. Primo pro hoc quod ubi in eternum per-
mansurus est de domo sibi non prouidet. Ubi uero per breuem hospitatur est
palacia magna construit hec uita presens si ad eternitatem future
uite comparetur. Unde Sapientie v. dicitur quod spes impii est quasi lanugo et tamquam

moram hospitis unius diei vel unius noctis. Et Tullius loquens
de eo qui bene vixit in mundo isto dicit quod ipse ex hac vita discedit tanquam
hospicio non tanquam ex domo. Immo quod plus est vita presens est quasi quoddam diversorium
ad quod homo declinat ad commorandum aliquantulum. Vel est quasi via per quam cursum transi-
turi sumus. ¶ Ad primum facit quod dicit Tullius commorandi diversorium non
habitandi nobis natura dedit. Ad hoc significandum dominus in diversorio nasci voluit. Luc.
Brevitas vite nostre in futuro cognoscetur. Unde Sapientie v. dicunt dampnati in
inferno nos continuo desivimus esse. Ad hoc vero quod nos per vitam presentis vite cursum
consumaturi sumus facit hoc quod dicit Augustinus. Nichil est aliud tempus vite
huius quam cursus ad mortem. Unde velocitatem huius transitus satis exprimunt dampnati
in inferno qui Sapientie v. dicunt vitam istam pertransisse tanquam nuntium percurrentem vel
quasi navem que pertransit fluctuantem aquam et tanquam avis que transvolat in
aere et tanquam sagitta ad locum destinatum emissa. Quare vero est hic in loco ad quem
ad horam divertimus vel in via per quam cursum transituri sumus palacia magna
construere. Ubi non eternaliter mansuri sumus in nullo nobis prodest. ¶ Secundo potest osten-
di quod avarus insipienter agit in sua provisione per hoc quod horrea et celaria re-
plet ad sustentationem vite diurne. nichil non preparat vite eterne. Vita presens est quasi
vita unius diei. Ps. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna que preterit. ¶ Tercio potest idem ostendi per hoc
quod avarus iumento suo i. corpori vineas plantat et agros seminat et providet in
cessat animam vero suam fame perire permittit propter defectum cibi spiritualis ad quod pos-
sumus referre illud Ps. esurientes et sicientes anima eorum in ipsis defecit. Et Eccl. vi.
Omnis labor hominis in ore eius sed anima eius non implebitur. Bonus qui dicit totus la-
bor hominum est circa os corporis animam non vacuam relinquit. ¶ Quarto potest ostendi
quod avarus insipienter agit in sua provisione per hoc quod diligenter cavet ne rami ar-
borum suarum nimio honere frangantur. Idem et faciunt de iumentis suis. Nolunt ea
nimio honere gravari se ipsos vero honere importabili honorare non timent. Unde
quid miserius misero non miserante se ipsum quantumcumque honoratus sit avarus hone-
re palearum istorum numquam dicit quod satis sit. Sen. Segetem nimia sternit ubertas
rami honere franguntur. Idem autem quoque nocet quos immoderata se rumpit nec
posset sustinere avarus quod eius iumentum ultra eius vires honeraretur
in honerando vero se ultra vires suas numquam considerat. **De incircumspectione avari**
Sequitur de incircumspectione avari que multiplex est. ¶ Prima est quod terrena
continue inspicit. Impius oculos suos statuerunt declinare in terram. Celestem vero patriam
non considerat quam amittit. ¶ Secunda incircumspectio est quod quasi pedes scuto defensionis

diligenter protegit caput suum .i. Christum. exponunt hostibus caput suum, sic dicit apostolus de hiis capi
te non curat avarus licet hii ad custodiam illius ad moneamur. Mt. x. Ubi dicitur es
tote prudentes sicut serpentes etc. serpens caput proprie custodit capiti alie
ni sui .i. corporis multum timet avarus. hunc vero glorioso capiti non timet.
¶ Tercia incircumspectio est quod a sinistris adversitatis diligenter sibi cavet ava
rus a dextris prosperitatis non cavet ex qua parte magis sibi timendum esset iuxta
illud Gregorii. Cum omnis fortuna nobis timenda sit magis timenda sunt prospera
quam adversa. et psalmus. Cadent a latere tuo mille etc. ¶ Quarta incircumspectio est quod paupertatem
presentis vite quam ante se aspicit solam attendit et nimis eam cupiens fuge
re retro cadit in foveam paupertatis eterne iuxta illud Iob. vi. Qui timet
pruinam irruet super eum nix. et in proverbiis. Quod timet impius veniet super eum.
¶ Quinta incircumspectio est quod dum diligenter cavet ne quis ei furetur argentum
suum. diabolus ex alia parte furatur ei se ipsum cum tempus suum ei furatur
cum detinet eum in aliquo peccato mortali. ¶ Decima stulticia avari est stulti
cia incautele et est incautela superficialis rerum inspectio que multum habun
dat in avaro. Videns enim avarus quandam pulcritudinem exteriorem in vita divitum
turpitudinem et fetorem qui interius est non advertit de qua turpitudine dicit Augustinus. Cor
cum iniquis omnia pulcra sunt et ipsa sunt turpes et inolescunt. vii. fetes
quasi immundi in navibus. Videns etiam avarus in vita divitum exteriora signa leti
cie gravem tristiciam que corrodit corda eorum non advertit de qua dicit Seneca.
horum qui felices vocantur hylaritas ficta est et est gravis tristicia eo quod
gravior quia interdum non licet palam esse miseros set inter erumpnas cor ipsum
extendens necesse est agere felicem ¶ Videns etiam avarus in vita divitum exteriorem
habundanciam cordis paupertatem non advertit de qua Apocalipsis. iii. Dicis quod dives sum et
locupletatus et nullius egeo et nescis quia miser es et miserabilis et pau
per. et Augustinus. de divite extra plenus intus vacuus carne crepat et corde mendicat.
¶ Undecima stulticia avari est quod cum noverit terram cibum esse demonum iuxta
illud Genesis. dictum serpenti terram comedes omnibus diebus vite tue. ipse se totum
in ea involvit ac si cibus diaboli desideraret esse. Mt. vi. Quia ubi est the
saurus tuus ibi est cor tuum. Io. iii. De terra est de terra loquitur. et in
psalmo xxx. De humo eloquium tuum mussitabit. avarus etiam in auribus terram
ponit quia aurem ad modum aspidis terra obstruit vel quia de terrenis
libenter audit loqui loquimini inquiunt avari nobis placencia
in oculis etiam terram ponit quia iuxta illud supra positum oculos suos statuerunt. etc.

terram et iorem ponit iuxta illud

i.e. et salomon. Oculi stultorum in finibus terre. terram et habent in manibus. uxor illius ma-
nus eius in cophino eius servierunt. terra est in pedibus eorum immo et sordes usque
illis quod dicitur inventus i. de sinagoga que erat avara sordes eius in pedibus eius
¶ Duodecimo loco avarus stultus est circa sua stultior circa suos stultissimus cir-
ca se ipsum. Circa sua stultus est quia nescit inde facere commodum. immo similis
canis super acervum feni sedenti qui inde non comedit et tamen latraret si quis
inde sumere vellet. avarus quidem bursa est et archa. furum et raptorum et
tirannorum huius mundi archa non habet aliud commodum de pecunia quam servat
nisi quod occasione illius inter confringitur. bursa vero hoc commodum reportat de pe-
cunia quam servat quod maculata inde remanet et custodiendo pecuniam
consumitur et rumpitur et inter latronibus scinditur sic avarus de pecunia
quam servat maculam culpe contrahit vitam suam in custodia pecunie con-
sumit occasione illius affligitur et inter iugulatur. Valde est stultus est avarus
circa suos. facit enim avarus de filiis suis sicut solet fieri de muribus qui
truscantur. i. et in ruscati ppsleam in cendendo materiam sue exustionis col-
gunt quia palee eis adherent sic avarus in inuscat quod cum modo filios suos diu
docet eos temporalia amare. Amor enim temporalium viscus est spiritualium pennarum sicut
dicit glo. Super letatus sum et filii sic in ruscati temporalium male cogitant mate-
riam incendii eorum. ¶ Circa se vero stultus valde stultus est avarus quia lucta-
turus cum luctatore expeditissimo impedit se divitiis quibus ab eo teneri possit
et deici contra quod dicit Gregorius. cum ad agonem fidei venimus luctamen contra malignos spiritus
sumimus. malignus autem spiritus nichil huius mundi proprium possidet. studeamus ergo cum
nudo luctari debemus quia si quis cum nudo luctam vestitus aggreditur citius
ad terram deicitur quia habet unde teneatur. Marci xiiii. Adolescens relicta sin-
done nudus aufugit. Gen. xxxix. et ioseph relicto pallio fugit ab egiptia
¶ Stultus est et avarus contra se quia plantare vult esse magis deliciarum que-
rit salices et ceteras arbores que magnis crescunt steriles esse ¶ Septem stulti-
cias supradictas sunt vi. stulticie avari. Prima est quod ipse credit ea que somp-
nia sunt vere esse. Eccl. xxxiiii. Sompnia extollunt imprudentes
felicitas presens quam imprudentes extollit sompnium vocatur quia assi-
mulatur ei. in. iiii. ¶ Primo enim sicut sompniantes videntur se comedere
poma aurea vel lapides preciosos vel sumere cibos delicatos que sola fan-
tasmata sic illi reputantur felices credunt se habere veras divitias
vel delicias cum sola fantasmata habeant. longe enim amplius distant

hee delicie vel divitie avari qui fantasmata pomorum aureorum et panis aureis ad
hoc sompnium potest referri quod legitur xxix ysa. quemadmodum sompniat esuriens
et comedit. Cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius et sicut sompniat siti-
ens et bibit postquam fuit expergefactus lassus adhuc sitit et anima eius vacua est
sic erit multitudo omnium gentium qui dimicaverunt contra montem syon. rec-
te sicut sompnians sed visionem suam esurit et comedit et adhuc in veritate va-
cuus remanet sic avarus esurit divitias et congregat eas et tamen eque va-
cuus est ut prius vel amplius. ¶ Secundo assimulatur presens felicitas sompnio in bre-
vitate. Unde Job xx. quasi sompnium avolans non invenietur transiet quasi visio noctur-
na. ¶ Tercio assimulatur sibi quod divites finito sompno presentis vite nichil
habent in manibus suis. Unde in psalmo. Dormierunt sompnum suum et nichil inve. o. v. d. glosa
quia nichil posuerunt in manibus pauperum; manus pauperum sunt manus christi in quibus bo-
num est ut nostra ponamus quia nemo est qui de manu sua possit eruere. Unde dicitur in
Job x. quas dederis solas semper habebis opes. ait quidam. ¶ Quarto assimulatur
presens felicitas sompnio quia ille qui reputat eos felices nullis persuasionibus
potest ostendi quod sompniet sicut nec alicui dum dormit. Seneca. sompnia narrare
vigilantis est sic quando ignis infernalis excitabit eos a sompno tunc cognoscent
se sompniasse sicut illi qui dicunt in inferno sapiencie v. transierunt omnia si-
cut umbra cum erunt in inferno tunc cognoscent bona et mala huius vite non
fuisse bona vera et mala vera. sed tantum umbras verorum bonorum et malorum. vera bo-
na et vera mala future vite sunt. ¶ Secunda stulticia est ebrietas.
de qua xxviii ysa. ve corone superbie ebriis effraym effraym. id est fructificans
est dives qui amore mundi ebrius est. Unde Je. li. calix aureus babilon in
pauperum commolitis per paupertatem enim faciunt facies eorum ad tantam maciem deuenire quod vi-
detur gene eorum compresse fuisse inter duas molas. ¶ Duodecimo quia facit ad magnitudinem
huius peccati est quia ipsi sunt peiores bestiis quibusque. Vnus enim raptor totam unam patriam deuorat.
lupus enim iterum per annum unum non deuorat unum hominem. Vnde sacra scriptura raptores comparat
diuersis generibus bestiarum quandoque lupo. Vnde sopho. iii. iudices eius lupi vespere non relinque-
bant in mane. quandoque vero comparat eos leoni vel urso. Vnde pro. viii. leo rugiens et ursus esu- x ii
riens princeps impius super populum pauperem. ¶ Sed debet cohibere homines a peccato rapine
hoc quod macula huius peccati ita adheret. vix enim aliquis restituit perfecte ea que rapuit. Videmus
eos qui habent nouas vestes quod diligentissime cauent eas ab oleo et ab aliis quorum
macule remoueri non possunt dicentes. perdita est vestis si cadat aliquid tale super
eam quanto magis quis non dum rapuit deberet sibi cauere a rapina et dicere inter se perdi-
tus sum si incepero rapere. numquam non decoro restituam. ¶ Tercio debet raptores cohibere
hoc quod magna ignobilitas et rusticitas est in rapiendo dare enim nobile est. Vnde in thobia tobia
[illegible]ficato. Est dare leticie vox verbum nobile verbum mellifluum dantis gloria dantis
honor et valde assimulat hominem deo deus ex liberalitate sua fecit quicquid fecit et ad
dandum alia fecit ut haberet que daret alia vero non haberet quibus daret. Si ergo dare hominem
nobilem reddit auferre reddit rusticum et vilem. ¶ Quarto debet cohibere
raptores magnum dampnum spirituale quod incurrit dum aliquid terrenum ra-
piunt. Vnde aug. lucrum in archa dampnum in conscientia tollit vestem et perdit fidem

acquirit eternam [?] perdit iusticiam. Raptor lucrum habet in archa quantum cum luctu relinquet
Set dampnum habet in consciencia quantum cum dampno delaturus est. Fidem perdit quam debebat deo et
fratri suo christiano [?] unde perditam. Iusticiam etiam perdit unde non habebit eam in auxi-
lium in die iudicii set potius erit contra eum. Quinto deberent raptores cohibere se quod
paruam utilitatem habent de rapina sua quod ad corpus non eis prodest ualet quia cito transit. Unde
eccl. xl. Substancie iniquorum sicut fluuius siccabuntur et sicut tonitruum ibi fluuius torrens
qui a pluuiis congregatur quo ad animam uero nullam habent utilitatem quia non possunt inde fa-
ecc. cere elemosinam uel oblacionem. Unde eccl. xxxiiii. Qui offert sacrificium ex substancia pauperum quasi qui
uictimat filium in conspectu patris cum substancia pauperum uita sit eorum qui eam offert [?]
[?] uictimam de sanguine pauperis qui sunt filii dei ei offert. Unde substancia pauperis
uocatur sanguis. Ieremie ii. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum. Alia littera
Pe extremitates preciosorum pasciorum in quibus alius sanguis inuenitur cum de rapinis pau-
perum fuit cum hiis alis non de facili uolat quis in celum. *De penis raptorum*
Sexto dicendum est de pena raptorum. a rapina magna pena quam diues sumpturus est de rapinis. *Que-*
propter raptores multum esse puniendos. Quatuor uero sunt propter que potest ostendi
quod deus multum puniturus sit raptores. Primum est quod ipse ita districte
iudicat eos qui propria non largiuntur pauperibus. Set non dampnat eos qui paupe-
ribus propria non dederunt quid faciet de eis qui eis sua auferunt. Unde dicit glosa super illud
Luc. xvi. Non reprehenditur diues quod aliena rapuerit set quia sua non erogauit. Ergo
quid erit ei qui aliena rapit. Ad idem ualet quod legitur Matth. xxv. Tunc dicet rex
hiis qui a sinistris eius erunt discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui
et non dedistis mihi manducare etc. Raptoribus uero dicere poterit. Esuriui et abstulistis
mihi quod debebam manducare ore meo subtraxistis quod canibus et auibus uestris dedis-
tis. Raptores enim ore dei subtrahunt pauperibus quod more predonum id est uoluptuoso-
rum uel amore carnium scilicet detractorum ponunt ad uenationem et canes et aues pascunt
de rapinis pauperum et quod auferunt de ore dei quod ponunt in ore diaboli os dei os
pauperis os uero diaboli os tyranni. cum enim ipsius seruus sit diabolus os eius [?] quam
diaboli sunt. Cum ergo subtrahunt pauperi quod dant predonibus ore dei subtrahunt et ponunt
in ore diaboli. Raptoribus etiam poterit dominus dicere. Sitiui et abstulistis mihi quod debui bi-
bere immo quod plus est sanguinem meum in pauperibus bibistis. Ut enim uni ex minimis meis
fecistis mihi fecistis. Poterit etiam eis dominus dicere. hospes eram et non me collegistis immo
quod plus est domum in qua colligi debebam destruxistis et cetera. Nudus fui et non me coo-
peruistis immo quod plus est in pauperibus me excoriastis et unde cooperiri debui mihi subtraxistis
Uxores militum uestibus caudatis trahunt expendunt pro quibus uiui carnes domini in pauperibus

nudauerunt

nudaunt. et quia extendunt in cauda sua totam substantiam unius pauperis hominis. et Iterum. Inhumanus
sum et non visitasti me. sed super dolorem vulnerum meorum addidisti. et quia vulnere super vulnus me con
cidisti. In carcere fui ibi me cruciasti. et quia iterum me crucifixisti. ¶ Secundo principaliter ostendi quod deus
grauiter punituus sit raptores propter imprecationes quas faciunt eis uidue et pupilli quos ipsi spo
liant. Dicit enim scriptura quod tales imprecationes a domino exaudiuntur. Unde Eccl. xxxv. Non
despiciet dominus preces pupilli nec uiduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrime uidue
ad maxillam descendunt. et exclamatio eius super eum deducentem eas. id est super eum qui facit eam
lacrimari. et subiungitur. A maxilla enim ascendunt usque ad celum. et deus exauditor non de
lectabitur in illis. Quod multi dicunt et plures legunt. cum dicat non delectabitur. quasi dicat. grauissime mi
sereretur deus in illis. Videntur lacrime uidue tantum ad maxillam. sed in ueritate ascendunt in celum
usque ad conspectum dei. quantum ad ueritatem. Ad idem ualet parabola quam ponit deus. Luce. xviii. De
iudice iniquo qui deum non timebat. nec hominem uerebatur. qui nolebat per multum tempus
uindicare uiduam quandam de aduersario eius. sed postea dixit intra se. Si deum non timeo nec hominem
uereor tamen quia molesta est mihi hec uidua uindicabo illam. et subiungit deus. Videte quid iudex
iniquitatis dicat. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad te die ac nocte
et patientiam habebit in illis. Multum timendum esset raptoribus de propria salute. Preces enim eorum
quos rapinat eorum non exauditur. Unde ysa. primo. Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Manus
enim uestre sanguine plene sunt. Orationes enim bonorum pro eis facte sepe non exaudiuntur. quia aduersantur
eis lacrime pupillorum et uiduarum. que lacrime uiolentie sunt in precibus sicut dicit Aug.
super illud. Auribus percipe lacrimas meas. fluentiores et lacrimosiores sunt et
preces pauperum contra raptores quam sunt preces bonorum pro eis facte. Unde multum timendum est rap
toribus ne exaudiantur. non de facili optinet quis in aliqua iusta curia cum habet ibi multos
aduersarios et fortes qui iustam causam habent ad contrarietatem istorum precum uidetur pertinere quod legitur
Eccl. xxxiv. Unus orans et unus maledicens cuius uocem exaudiet deus. Immo unus orans
et multi maledicentes. unde timendum est ne uocem maledicentium deus exaudiat.
Unum tamen remedium est raptoribus. ut a rapinis cessent et oppressis subueniant pro ut
melius poterunt. et tunc propicium deum habebunt. Unde ysa. primo. Subuenite oppresso iudi
cate pupillo defendite uiduam et uenite et arguite me dicit deus. Si fuerint peccata
uestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur. ¶ Tercio principaliter ostendi quod grauiter pu
niturus sit deus raptores propter amorem quem habet celestis iudex ad pauperes qui
spoliantur. Amor uero iudicis ad pauperes tantus est quod sibi fieri reputat
quod eis fit. Unde. xxv. Math. Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Propter hoc etiam
uenit deus in carnem. Unde in psalmo. Propter miseriam inopum et gemitum nunc exurgam dicit deus.

Et in ysa. Euangelizare pauperibus misit me. In primo etiam verbo nove legis regnum
suum communicavit eis dicens. Beati pauperes spiritu etc. Unde veri simile est quod
districte iudicet oppressores eorum ideo dicitur in psalmo. Iudicabit pauperes populi et salvos
faciet filios pauperum et humiliabit calumpniatorem. Et in proverbiis xxiii. Ne attingas parvulorum terminos et
agrum pupillorum ne introeas. propinquus enim illorum fortis est. et ipse iudicabit contra te
causam illorum. Et xxii proverbiorum. Non facias violenciam pauperi quia pauper est nec con-
teras egenum in porta. quia dominus iudicabit causam eius. et configet eos qui con-
fixerunt animam eius. ¶ Quarto potest ostendi magna pena raptoris per hoc quod pau-
peres quos ipsi spoliaverunt iudices erunt. Unde in Job. pauperibus iudicium tribuit.
Tunc stabunt iusti in magna constancia adversus eos qui se angustiaverunt
et qui abstulerunt labores eorum ut dicitur Sap. v. ¶ Prima vero pena raptorum
in mundo isto paupertas est. Unde proverbiorum xi. Alii dividunt propria et ditiores fiunt.
alii rapiunt non sua et semper in egestate sunt. Possunt autem assignari v cause
huius paupertatis. ¶ Prima est hec quod raptor relicto deo et contempto qui est fons et ha-
bundancia omnium bonorum de indigenciis pauperum repleri voluit. Unde dominus per prophetam Jere.
ii. Dereliquerunt me fontem aque vive. A deo debent mulieres sperare ea que sibi necessaria
sunt. et ei servire non laboribus pauperum inhiare. de paupertate enim non colligitur habun-
dancia. ¶ Secunda causa paupertatis est hoc quod sicut raptores auferunt aliis ita quod alii
auferunt eis. Unde ysa. xxxiii. Ve qui predaris nonne et ipse predaberis. Et abac. ii. Quia
tu spoliasti gentes multas spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis. ¶ Tercia
causa est hoc quod oportet eos multas expensas facere. abusus enim rapinarum abusum invo-
cat expensarum. ¶ Quarta causa est hoc quod deus non dat libenter eis qui sibi auferunt in pau-
peribus. Unde plus amittunt quam dei liberalitas eis datura erat quam sit illud quod pauperibus
auferunt et facilius ad divicias pervenirent deo liberaliter serviendo. quam contra dei voluntatem
bona dei rapiendo. Mira insania volunt raptores bona eius qui liberalissimus est per
violenciam habere cum avaris hominibus hoc soleat fieri. et non illo qui sua libenter largi-
tur. ¶ Quinta causa est hoc quod creature in locis sibi a deo deputatis conservantur. et quasi
escas ut ponderosa que in firmis locis quiescunt levia in superiora. Si autem in alienis
locis violenter ponuntur ad sua loca revertuntur. Sic est de diviciis. Unde non habent eventum
sordida preda bonorum. ¶ Secunda pena raptorum est sterilitas. Cum enim raptores ante omnia
divicias acquirere velint que possideant. deus negat eis vel successoribus eorum que possi-
deant. Et sic dat enim eis heredes. Unde Eccl. xl. Nepotes impiorum non multiplicabunt
ramos. et Sap. iiii. Adulterine plantaciones non dabunt radices altas nec stabile

fundamentum collocabitur. ¶ Tertia pena raptorum est accelleratio mortis eorum. vnde
ps. viri sanguinum et dolosi non di. di. s. et c. et prouerbiorum iij. Impij de terra perdentur. et qui
inique agunt auferuntur. ¶ Quarta pena est est quod frequenter gladio moriuntur.
et anima a demonibus rapitur. et corpus sepultura caret. vnde xxij. Jere. Ve qui edificat
domum suam non in iusticia. et quibusdam interpositis subiungitur. propterea hec dicit dominus
Non plangent eum ve frater et ve soror. et non conturbabuntur eum. Ve domine et ve inclite
sepultura asini sepelietur putrefactus et proiectus extra portas ierusalem. De hoc uero quod ipse eius
rapiatur a demonibus dicit Job. Qui non inuisibiliter rapit subito urgente extrema
inuisibiliter rapietur. et xvi. Eccl. Non effugiet rapina peccatorum. ¶ Quinta et vi.
pena sunt quod filij eorum mendici fiunt. et a gladio moriuntur. vnde Naum. ij. Leo
cepit sufficienter catulis suis et necauit leenis suis. et impleuit preda speluncas
suas. et subditur. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum leunculos tuos comedet gladius
exterminabo de terra predam tuam. et Job. xxvij. Hec est pars impij apud deum. et
hereditas uiolentorum quam ab omnipotente suscipient. si multiplicati fuerint filij
eius in gladio erunt et nepotes eius non saturabuntur pane. In futuro pena raptorum
erit quod rapine illorum collis eorum imponentur. et sic coram toto mundo ducentur.
Deinde uero suspendentur. Raptores simili pena uel maiori deberent puniri quam
latrones. sed non est qui hoc audeat facere. sed celestis rex qui non timet eos hec
faciet. vnde Tre. p. Iniquitates mee circumuolute sunt et imponente collo meo.
Iniquitates possumus intelligi res inique acquisite. Amos. iiij. Jurauit dominus in
sancto suo quia ecce dies uenient super uos et leuabunt uos in contis. i. in perticas
admodum eorum qui suspenduntur. rapine et se habebunt ad raptores ut mole asi-
narie collis eorum suspense ad inferiora loca inferni eos trahentes. vnde prouerbiorum xxi.
Rapine impiorum detrahent eos. Hec sunt pene raptorum quas debent expectare
raptores quod uenient super eos nisi penituerint. Jurauit dominus se non traditurum
obliuioni rapinas eorum. vnde Amos. viij. Audite hoc qui conteritis pauperem. et
subiungitur. Jurauit dominus in superbiam iacob. Si oblitus fuero usque in finem
omnia opera eorum.

De peccato iniustarum talliarum

Tercio loco inter species auaricie dicendum est de peccato iniustarum talliarum a quo
peccato tria deberent cohibere homines. s. peccati magnitudo. et utilitas que est in fa-
ciendo tallias et dampnum quod contingit in eis qui eas faciunt.

De magnitudine huius peccati

Magnitudo uero huius peccati ex hoc potest ostendi preter peccatum rapine. est ibi
peccatum proditionis. est etiam ibi ingratitudo et contemptus dei et angelorum quod comprobatur

sit ubi potest ostendi multipliciter. ¶ Primo sic. Si aliquis paterfamilias filium suum transiturum per aliquam viam periculosam bone fidei alicuius commendaret et certam summam pecunie pro hoc ei assignaret, si ille intra summam illam filio eius aliquid auferret proditor esset. Et diceret paterfamilias: ego commendaveram filium meum bone fidei illius et ipse spoliavit eum. Sed constat quod deus filios suos commendavit potentibus huius mundi et diffinivit eis quibus debent esse contenti. iii. Luc. primo. Cum quererent milites a iohanne baptista quid facerent respondit Iohannes: Neminem concutiatis neque calumpniam faciatis et contenti estote stipendiis vestris. Prohibentur eis primo duo peccata per que solent potentes pecuniam a pauperibus extorquere, scilicet comminatio et calumpnia. Comminatio ubi dicitur neminem concutiatis. Calumpnia vero in sequenti verbo. Deinde vero ostenditur eis quod stipendiis suis debent esse contenti. Unde si ultra stipendia sua accipiunt proditores sunt. Spoliant enim filios dei bone fidei eorum commendatos. Non faciant hec in illis casibus in quibus eis licet. ¶ Secundo ostenditur idem sic. Constat quod eandem fidem debet dominus subdito quam subditus domino. Sed si subditus caperet dominum suum vel alio modo malum faceret ei proditor esset. Ergo si dominus subditum capiat vel aliud malum ei faciat proditor est. Nisi ille culpam commiserit que hoc requirat. Non minus indecens est si dominus absque culpa subditum capiat quam si subditus dominum caperet. Dicunt aliqui milites: Si aliquis non esset subditus malum facere diceret tunc bene scio quod peccarem. Sed subdito meo malum facio. Tunc non credo me peccare vel tamen peccare: quibus dici potest quod secundum hoc dominatio eorum diabolica est. Diabolus enim talis dominus est quod suis subditis loco retributionis afflictionem reddit et penam. Et illis qui melius sibi serviunt plura mala facit. Prima quasi tam capitis dubitet minus lucrum esse hostis in cives quam in extraneos. Quasi nesciat crimen proditionis esse cum armas invadat extra subditum vero sapientes sunt hi viles amici. Potest cum certum sit quod miles iste fidem debebat pauperi homini antequam fieret suo christiano non pauper illum a fide illa absolvit cum ei homagium fecit. Immo invenitur quod inter eos erat ex eo pactum confirmatum. Quoniam ergo milites immunes sunt a crimine proditionis cum malum faciunt ei nisi prius ei significet quod non vult ei fidem illam servare et quod non vult eum de cetero tanquam subditum sed tanquam hostem habere. Peccatum et ingratitudinis est ibi. Deus enim eum honoravit aliis hominibus eum preficiendo. Ipse vero ex hoc inhonorat deum in pauperibus eum opprimendo. In hoc similis militibus qui dominum crucifixerunt, qui de arundine de manu domini accepta caput eius percutiebant. In arundine significatur terrena potestas quam milites a deo acceperunt et deinde eam in pauperibus deum percutiunt. Contemptus etiam dei et angelorum est ibi. Hic de custodibus pauperes custodiendos potentibus hic dedit tamen ipse voluit eos esse absque custodibus celestibus. Immo singulis homo habet angelum unum qui ad custodiam deputatum. Quando ille contempnit qui pauperem hominem opprimit et eum ipso angelo domini contempnit cui nunc non reveretur. De vi. dampnis que sequuntur ex hoc quod

Secundo deberet cohibere milites a talliis multiplex dampnum quod in eas provenit. Primum autem dampnum quod
ipsi incurrunt est quod deus videns eos iniquos in paucis bonis temporalibus eis commissis non vult eis au-
gere. Sicut enim qui in modico iniquus est et in maiori iniquus est, quod legitur Luc. xvi. Unde freque-
nter videntur milites qui tallias faciunt pauperes, illos autem qui non faciunt divites. ¶ Secundum dam-
pnum est quod subditi eorum fugiunt eos, et fit iusto dei iudicio ut qui plus volebant habere quam
debent habere non habeant etiam quod debent. Unde legitur iii. Reg. quod Roboam filius Salomonis volens ag-
gravare iugum filiorum Israel dominium x. tribuum amisit. ¶ Tercium dampnum est celestis
regni amissio. Sicut enim deus dicturus est illi qui fidelis est in temporalibus utilis: Euge serve bone
et cetera. Ita dicturus est ei qui infideliter se habuit: Ve tibi serve nequam et infidelis, quia super pauca fuisti
infidelis, super multa te constituam. Intra in carcerem domini tui qui preparatus est diabolo et angelis
eius. Quia insania est potentum huius mundi qui cum receperint aliquid terrenum non curant
de deo quia inde vix videtur esse acceptum, et quia plus habent de terra quam alii, ideo omnino non curant de celo.
¶ Quartum dampnum est quod divinum iudicium et absque misericordia merentur sibi apud deum. Est enim intensiva
qua mensura fiunt illis quibus presunt remetietur ei ab eo qui preest illis. Unde non credunt deum
iudicium acturum cum eis cum ipsi non se habeant iudicium nec et iuste cum subditis ad quod pertinet
quod legitur Sap. vi. Cito apparebit vobis regibus quam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. Exi-
guo enim conceditur misericordia, potentes enim potenter tormenta pacientur. Non enim subtrahet personam
cuiusquam deus qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam quia pusillum et magnum
ipse fecit et equaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. ¶ Quintum
dampnum est quod interdum aliquis tirannus potencior eos opprimit sicut ipsi minus potentes oppri-
munt. Unde in psalmo: Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. Per dentes et molas leonum intelligi-
tur potestas devorandi pauperes et contendendi quam deus interdum aufert. ¶ Sextum dampnum est quod odio
habentur ad modum luporum. Ideo lupus odio habetur ab hominibus et a ceteris animalibus quia non vivunt nisi eis quod au-
ferunt. Eadem ratione exosi sunt homines rapaces. In hoc tamen differentia est quod lupi rapinas non exercent
contra lupos sed contra animalia alterius speciei. Sed tales homines contra eos qui sunt eiusdem speciei rapinas exercent.
¶ Tercio debet cohibere milites a talliis vilitas que est in faciendo eas. Sicut enim gloriosum
est dare sic vile est querere. Quia tanto videtur vilius esse genus querendi quanto vilior et inferi-
or est persona a qua queritur, et quanto nobilior est persona que querit. Unde utilitas querendi repre-
hensibilis quedam debet esse militibus ne ultra vires expenderent. Plus enim est ignominie
in querendo si ipsi scirent intelligere quam sit honoris in expendendo indiscrete. Sed dicet
aliquis miles: Oportet nos vivere, et vivere non possumus nisi multas tallias faciamus. Quibus
respondeo quod in valde periculoso statu sunt. Similes enim sunt illi qui essent in carcere, cui non ap-
ponerentur nisi toxicata, et sic cogitaret in mente sua: non possum vivere nisi comedam, et si

comedo. comedo mortem meam. In magno dolore animi debent esse qui in tali statu se uident et
totam uitam istam debent contemplari.
Quarto loco dicendum est de fraudibus negociatorum.
de fraudibus negociatorum. Et notandum est quod negociatio in se bona est et hominibus necessaria. Ordinauit enim deus
ut nulla terra sibi sufficiat et omnibus ut cum alia terra sibi subueniat eam cariorem habeat subuentio uero illa
mediante negociatione fit. Sed malicia hominum adeo impleuit fraudibus negociationem quod multi negocia-
tores non sunt minus mali hodie raptoribus uel usurariis. Unde hodie impletum est quod legitur apoc. xiii.
De bestia quam uidit iohannes et faciet ut nequis possit emere aut uendere nisi qui habet caracterem aut nomen
bestie et numerum nominis eius. bestia que dicta a uastando est dyabolus cuius caracter siue ymago est falsitas uel fraus. Ipse
enim fuit primus mendax. unde in iohanne viii. ipse est mendax et pater eius absque ista ymagine conformitatis
multi mercatores quod non possunt hodie uendere uel emere. et tamen legitur in apoc. xiiii. quod qui acceperit ca-
racterem in fronte sua uel in manu sua. hic bibet de uino ire dei. De octo malis que habundant in mercatoribus.
Octo mala sunt que habundant in mercatoribus. Primum malum est uendere quanto carius possunt et emere quanto uilius possunt. illud malum excludit deum a negociatoribus et facit negociato-
res ydolatras esse. Ex quo enim aliquis nullum respectum habet ad deum uel ad fraternam caritatem in sua nego-
ciatione. ipse seruicium quod debet deo impendere diuiciis impendit quod indubitanter ydolatrie est sicut
ostensum est prius. Secundo habundant mendacia in mercatoribus in quibus non est parua culpa. unde
supra dicitur in eccli. xx. quod pocior est fur quam assiduitas uiri mendacis. Tercio habundant ibi peiu-
ria. In quibus similiter non est parua culpa cum sint contra illud decalogi. exo. xx. Non assumes nomen dei tui
in uanum. preterea cum tanta sit culpa hominem in falsum testimonium adducere quanta culpa credendum
cum aliquis uult deum ad testificandum falsum adducere quod fit in periurio. deum enim esse mendacem. eum in testem adduc-
¶. Quatuor uero habundant in mercatoribus furta. que furta fiunt precipue per fraudes quas faciunt
circa stateras et pondera et mensuras. In talibus uero tripliciter fit fraus. Uno modo cum quis habet dupli-
cia pondera per diuersas mensuras et uendit ad minorem et emit ad maiorem. Secundo modo cum quis habet
iustam mensuram et iustum pondus. sed male cum mensurat uel ponderat. sic faciunt caupones qui
mensuram quam implent spuma. Tercio modo cum quis procurat ut res quam ad pondus debet uen-
dere ponderosior sit. ut faciunt illi qui lanam male faciunt. duo uero sunt que debent cohibere homi-
nes a fraude. que fit in ponderibus et mensuris. scilicet magnitudo ipsius peccati et dampnum quod inde prouenit.
Tripliciter ostenditur quod magnum peccatum sit fraus in ponderibus et mensuris. Magnitudo uero tripliciter potest osten-
di. Primo ex hoc quod peccatum istud dei abhominatio uocatur. prouer. xi. ubi sic legitur. Statera dolosa abho-
minatio est apud deum et pondus equum uoluntas eius. Non uocatur abhominabile nisi quod displicet sum-
me quod ualde displicet. Secundo potest ostendi magnitudo huius peccati per hoc quod mensuras et pondera et stateras
debent in ea que inequalia sunt et iniusta ad iusticiam et equitatem reducere. unde sunt quasi instrumen-
ta equitatis et iusticie. ideo magis displicet deo iniquitas in talibus. Tercio potest ostendi magni-

ipsi primo pro eo quod mensure et pondera pertinere solent ad dominum terre. unde falsitas talium cum contumeliam
domini quodammodo redundat. Secundo dicitur Levitici xix. Ego dominus deus vester. nolite facere iniquum aliquid in iudicio et in regula
pondere et mensura. statera iusta et equa sint pondera. iustus modius. equus sextarius. ego dominus deus vester. Secundo
cum loqueretur de mensuris et ponderibus bis se dominum dixit. ut timerent in eis fraudem facere cum scirent se
habere dominum quem nulla fraus posset latere. Dampnum vero proveniens ex peccato isto duplex est. scilicet spirituale et temp-
ale. De temporali habetur Deut. xxv. Non habebis in sacculo diversa pondera. maius et minus. nec habebis in domo
tua modium maiorem et minorem. pondus habebis iustum et verum. et modius equalis et verus erit tibi ut multo vivas
tempore super terram quam dominus deus tuus dederit tibi. abhominabitur enim eum dominus qui facit hec. et Michee vi. Numquid
iustificabo stateram impiam et sacelli pondera dolosa. et subditur pena eius qui talia facit. Tu semina-
bis et non metes et calcabis olivam et non ungeris oleo etc. Spirituale vero dampnum est quod tangitur Michee vi.
Adhuc ignis est in domo impii et thesauri iniquitatis et mensura minor ire plena. quantum in mensure
subtrahitur tantum ire et offense divine acquiritur et cum scriptum sit in libro sapientie xi. per que peccat homo per hec et
torquetur. verum cum in statera ponentur tales in statera beati michaelis provenietur ut mala eorum in ea mag-
ni sint ponderis. bona vero nulli. ¶ Quintum malum quod habundat in mercatoribus est vendere ad terminum
quod est species usure palliate ut dictum est prius. ¶ Sextum malum est aliud ostendere et aliud vendere. sicut
accidit in sceptoribus qui bonam lanam ostendunt et deinde pravam scribunt. ¶ Septimum malum
est verum celare. ¶ Octavum est tenebrosa loca eligere vel aliter procurare ut res venalis appareat al-
terius modi quam sit sicut accidit in mercatoribus qui tenebras faciunt in locis in quibus debent pan-
nos vendere in quo ostendunt se esse filios tenebrarum. unde merito dicetur de eis domino Job xxiv. proiecte eos
in tenebras exteriores. tenebras quesierunt et tenebras habeant. ostendunt enim se velle male
agere. quia Jo. iii. qui male agit odit lucem. De acceptione munerum.

Quinto loco inter species avaricie dicendum est de acceptione munerum. et primo ostendemus quam peri-
culosum sit munerum acceptio. ¶ Deinde agemus de hiis que reprehensibilia sunt circa acceptiones
munerum. Quam periculosa vero sit munerum acceptio satis apparebit si ostendantur mala que faciunt
munera acceptoribus suis et ponemus x. ex eis ad presens. Decem mala que facit munerum acceptio.

Primum malum quod excecant eum. ¶ Secundum est quod eum mutum reddunt de hiis duobus legitur Ecclesiastici
xx. Xenia et dona excecant oculos iudicum et quasi mutus in ore avertit correctionem. De ex-
cecatione legitur Exo. xxiii. Non accipies munera que excecant et prudentes et subvertunt et
verba iustorum. et Deut. xvi. Non accipies personam nec munera quia munera excecant oculos
sapientum et mutant verba iustorum. Quis vero insanus in hospicio suo libenter recipiat eum a quo
debet excecari. Ad hoc vero quod munera hominem mutum reddunt pertinet quod dicit Gregorius. Non presumit
arguere a quo accepit. ap. Noluit accipere ne dum acciperet auctoritatem magisterii incli-
naret. Ad idem pertinet quod legitur Ysa. lvi. Canes muti non valentes latrare. [illegible] plac

aliq̄s uenit ad aliquē ſacerdotem cū tanto latratu q̄ uīr q̄ uellet eū deuorare ſ; ille ꝑcipit
aliq̄d in ore ei⁹ ⁊ auferat ei latratum. petit eū de marca una argenti ita q̄ auferret
loquelam. ¶ Tertiū malū q̄ munia faciūt acceptoribꝫ ſuis. eſt corruptio. Vn̄ in yſa. i.
principes tui infideles ſocij furū. ⁊ ſubiungit^r cauſa. omīs diligunt munia ſequunt^r re-
tributiones. ⁊ licꝫ aliqui ꝑ munia nō corrumpant^r tn̄ ꝑſumptio hr̄ q̄ eos de corruptione
q̄ ſedm̄ Io. ſicut matrona nō eſt caſta que cū rogat^r munia accipit. ita n̄ iudex mu-
nuſcula accipiens a corruptione immunis iudicat^r. ¶ Quartū malū eſt q̄ munia accipi-
entem in ſeruitutē redigit. Vn̄ ad cor. i. vi. Omnia m̄ licent ſ; ego ſub nullius redi-
gar ꝑtate. ⁊ loquit^r ap^s. de ſumptibꝫ recipiendis ⁊ innuit q̄ ſi ab eis ſumpt⁹ recepiſ-
ſem ſub eoꝝ ꝑtate eēt. Vn̄ q̄dam ſapiens cū ꝓ libertate rei publice ſteterit in cauſa q̄ q̄-
dam diuitē cū expenſis diu eductus fuiat ⁊ ſup ingratitudine a diuite illo i cāu ac-
cuſatus fuiſſet. leges enī romanoꝝ ingratos puniebant. dixit diuiti illi. dn̄e mirabile
q̄ michi tantū odij feci. ſ; ꝓ liberatione rei publice ⁊ honeſtate mee ꝑſone. immo ⁊ ei⁹
tue ſteti. nūc u° ſ; uideo q̄ michi periculoſū accepiſſe munibꝫ. ſ; ad oēm nos obligant ſerui-
tutem. ¶ Quintū malū ē q̄ manū ſuſcipientis inquinant ad q̄ referre poſſum⁹ q̄ legit^r.
Oſee. v. Effraym cepit abire ꝑ ſordes. Ho cupidus cū cor auiū u^r ꝑ auiū abire. Iuxta i. eccl.
xxxi. Beatus uir qui inuentus eſt ſine macula. ⁊ q̄ poſt aurū nō abijt. ſ; ſedm̄ iudiciū
mīr ſpūal' uadit ꝑ ſordes ⁊ affectat in manibꝫ recipe r^a. a quo debet eius excutere ſi ab-
ꝯtinet. ab eis enī que inquinant ſolent hoīes man⁹ excutere. ¶ Sextū malū eſt q̄ mu-
nera maledictionem inducūt ſup acceptores ſuos. Vn̄. In deut^e. Maledictus q̄ munia ac-
cipit ut ꝑcutiat aīam innocentis. ⁊ in yſa. Ve qui iuſtificatis impiū ꝓ munibꝫ acci-
dus q̄n munus recipit credit ſe ſolū benedictionem recipe. Vn̄ mun⁹ uocat^r bndictio
iiij. Re. v. ubi dicit naaman helyſeo. obſecro ut accipias benedictionem a ſeruo tuo. ſ; latet
ibi maledictio q̄m giezi ſenſit cū lepra naaman ei adheſit. ¶ Septimo impediunt mu-
nera acceptores ſuos a melioribꝫ donis. Ve illis que ideo celeſtia accipe nō poſſunt q̄ ma-
nus ſuas terrenis impediunt ad h' ꝑtinet. q̄ legit^r yſa. xxxiij. Qui excutit ma-
nus ſuas ab omni munere. ⁊ c. Iſte in excelſis habitat. ¶ Octauo munia eunt acceptores
ſuos nō tn̄ ad ſeruitutē. ſ; ⁊ ad mortem. Vn̄ ꝓu. xv. Qui odit munia uiuet ꝓ oppo-
ſitum. innuit^r ⁊ qui diligit munia morietur. ad h' ꝑtinet r^a. eccl. x. hic uenalem aīam
ſuam hr̄. ⁊ loquit^r de amatore pecunie. ¶ Nono. inclinant munia acceptores ſu-
os ad oēm iniquitatē. Vn̄ in pſ. In quoꝝ manibꝫ iniquitates ſūt. ⁊ ſubdit^r cauſa. dext^a
eoꝝ repleta eſt munibꝫ. ¶ Decimo. igne infernali eos cōburūt. Vn̄ Iob. xv.
Ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui libent^r munia accipiūt. ¶ Quis ꝯ̄ inſani

ea amet que amatoribus suis vet et tanta mala faciunt. **De hiis que possunt esse reprehensibilia.**

Sequitur de hiis que possunt esse reprehensibilia in acceptores **Acceptores munerum.**
munerum. que quinque sunt. ¶. Primum est quod aliquis qui non indiget recipit que pauperibus da-
ri debent. Unde Ier. ad damasum papam. Clerici qui a bonis et opibus parentum sustentari possunt
siquid pauperum est sibi accipiunt sacrilegium profecto committunt et per abusionem talium iudicium
sibi manducant et bibunt. Idem. In quadam epistola. o monache si eges et accipis potius das
quam accipis hic dicit quia obligaris ad danda spiritualia et acceptis meliora sunt. deinde subdit. si non
indiges et accipis rapis. quia distribuenda pauperibus tibi usurpas. Item prosper in libro de vi-
ta contemplativa. habentes unde sustentari non sine gravi peccato suo. unde pauper victurus erat
accipiunt. ¶. Secundum est reprehensibile in acceptoribus munerum quod accipiunt ea que
dantes tenentur restituere hiis a quibus habuerunt. de quibus dicit Ier. Qui a raptoribus symo-
niacis feneratoribus munera accipiunt similes sunt illis qui minores pisces devoratos a mag-
nis comedunt et devorant. Sicut enim sic devorati nulli usui sunt apti. Ita nec oblatio ta-
lium nulli usui nec religioni apta est. Hoc vicio laborant quidam religiosi nostri temporis ex-
terius pretendentes sanctitatem. Interius vero pleni avaricia et cupiditate qui quasi mercatores
sunt pellium anguillarum qui indifferenter omnia accipiunt. et impios usus ea convertere
nolunt qui significati sunt per gedeonem qui inaures aureas de preda madianitarum accepit
ut faceret inde sacerdotales vestes. et factum est gedeoni et omni domui eius in ruinam. ut legitur
Iudicum viii. Isti etiam similes sunt saul qui regem amalech et meliora de ovibus et armentis reser-
vavit. volens immolare domino. propter quod abiecit eum dominus ne esset rex. ut legitur i. regum xv. Isti etiam si-
miles sunt achor qui furatus est de anathemate Iericho. ut legitur Iosue vii. Unde Ier. Diligenter
discutiendum est et cavendum ne quis abstulerit de aliquo anathemate non propter eius iniquitatem perdantur. Isti etiam
quasi per prohibitionem legis morticinum comedunt et a bestia capta. ¶. Tercio reprehensibile
in acceptoribus munerum. cum habent impios ministros qui procurant quomodocumque possunt ut
ipsi a subditis aliquid extorqueant. quod est valde magnum peccatum. quod sigillatur ex hoc exemplo.
Quidam clericus cum ad aleam omnia que habuit preter v. solidos amisisset cepit deum blas-
phemare et promittere eos quinque solidos homini qui eum doceret quomodo deum offenderet magis. cui qui-
dam qui aderat dixit. Si deum super omnem peccatorem volueris offendere fias questor pre-
lati. episcopi tales figurati sunt etiam per fuscinulam. de qua legitur i. regum ii. c. veniebat
puer sacerdotum dum coquerentur carnes. et habebat fuscinulam tridentem in ma-
nu sua et mittebat eam in lebetem et omne quod levabat fuscinula tollebat sacer-
dos sibi. Quidam prelati extitere ad modum demonum habent fuscinulas suas quibus sub-
ditos spoliant. Isti etiam significati sunt per osiola per que sacerdotes belis fumabantur

que ponebantur ante ydolum ei ut legitur Dan. xiiii. Isti etiam similes sunt mergulis illis quos uidit beatus
martinus in quodam flumine qui assidue capture piscium intendebant et ait. forma ista demonum
est et precepit eos aduolare. Isti sunt uelud aucupes. Unde in amos. iii. Numquid cadet auis in laqueum
terre absque aucupe. laqueus terre est prelatus malus. Unde In osee v. dicitur ad prelatos. Uobis enim iudi-
cium est quoniam laqueus facti estis speculationi et rethe expansum super montem thabor. Ipsi etiam sunt ca-
de quibus dicitur in psalmo. Ipsi dispergentur ad manducandum. si uero non fuerint saturati et murmurabunt. dispergunt enim ministri episcoporum per
dyoceses et si non dant eis sacerdotes accusant illos. Iuxta illud Mich. iii. Si quis non dederit in ore eorum quippi-
am sanctificant super eum prelium. asserentes eum reum esse et iniustum quod ab officio et beneficio suspendatur. De hiis
legitur Ier. v. Inuenti sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes laqueos ponentes et pedi-
cas ad capiendos uiros. ¶ Quarto reprehensibiles sunt acceptores munerum quoniam accipiunt muni-
era pro quibus non debent. sic iudices qui munera accipiunt ut iusticiam deserant quam gratis debent fa-
cere. utrumque enim peccatum est. sic enim iniquus esset qui cappam meam mihi uenderet. ita iniquus qui iusticiam
quam debet ex officio facere non uult facere nisi sibi aliquid detur. ad quod refertur illud psalmi. Cum accepero tempus
ego iusticias iudicabo. Iusticiam uenditam deus iudicabit et pro ea uenditorem dampnabit. Munera non accipe-
re ut deserant iusticiam quoniam peccatum uide est. Unde supra c. xv. Exinde querebat oportunitatem ut eum
traderet. dicit Glo. Multi hodie sunt qui fratrem uide execrantur et idem faciunt. Nam cum pro munere
falsum testimonium dicunt. qui ueritas est uendunt. Alii quoque pro munere falsum iudicium faciunt. deum
qui iusticia est uendunt. ¶ Quinto. reprehensibiles sunt acceptores munerum qui faciunt
ad quod obligantur acceptione munerum. sic accidit in clericis qui elemosinas recipiunt et tamen negligunt orare
pro largitoribus eorum. incedentes bona uolunt suscipere sed laborem recusant ferre. quibus dicitur in psalmo
Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. uocatur panis clericorum quia requiritur pro eo luctus et do-
lor. dolere enim debent peccata eorum a quibus eis datus est panis ille. Sed postquam ad mensam sederint
surgere debent ad orandum pro eis. sed ipsi panem doloris faciunt panem risus et gaudii. Iuxta illud Eccl. x. In
risu faciunt panem et uinum epulantes bibentes. munera que debent esse in luctu faciunt esse in
risu. ita quod epulantes idest potum obliuionis non tradentes. Variis enim incisis et exquisitis utuntur
et est alicubi uerbum usitatum cum uidetur aliquis pinguis et rubicundus ut de eo dicatur. Iste cum canonicis
bibit. idest potum in gurgitatione obliuionis non tradit talis qui de elemosinis delicate comedit. et cum secu-
¶ Dicit beatus B. Uere est clerice mors in olla carnium. quia peccata populi constat esse et comedis. ac si cibus
sufficere non uideretur. Mirum est quomodo ita audacter comedunt quod mortem continet. cum Iob dicit. quod
cum sit angustare quidem potius quam gustatum affert mortem. delicie clericorum mortem genera-
nt unicam mortem. immo. vii. mortes possunt ibi esse. Quod delicie clericorum mortem generant. septem
sunt esse ibi septem mortes. PRima mors est peccatorum pro quibus dantur ecclesie. quas clerici co-
medunt. Iuxta illud Osee. iiii. Peccata populi mei comedunt. De ista morte loquitur beatus B. in p-

dicta auctoritate. ¶ Secunda mors est illorum predictorum que habent sequi ex deliciis ut est luxuria et alia vicia
que ex vicio gule nascuntur ut ostensum est in tractatu de gula. ¶ Tercia mors est mors sanctorum
qua comparata sunt bona ecclesie. acquisivit enim xpistus ecclesiam sanguine suo et sanctorum suorum. Unde in recom-
pensacione debent illi qui bona ecclesiastica comedunt glorificare deum et sanctos. ¶ Quarta mors
est mors corporalis. que comeditur in deliciis. quia delicie mortis occasio sunt ut prius ostensum est.
¶ Quinta mors est mors pauperum. quia porcione quam debent habere in bonis ecclesiasticis defraudantur.
defraudacio autem talis iudicatur homicidium. ecclesiastici xxxiiij. ubi sic legitur. panis egencium vita pauperum
est qui defraudat illum homo sanguinis est. ¶ Sexta mors que pro ibi concedi. est mors proprie dampna-
cionis. pastum enim res venenata est. Unde cum comeditur ubi sanctitas comedentis vel sacris oracio
illud expellat tandem mors etiam inde instruitur. Luce xx. Devorant domos viduarum simulan-
tes longam oracionem. hii percipient maiorem dampnacionem. et Bernardus. Venient venient ante tribunal
xpisti. ibi audietur pupillorum accusacio. Fuit allegacio data quorum vivere stipendiis nec diluere
peccata quibus facti sunt duces ceci et mediatores fraudulenti. Idem quid est insipiens delicie sa-
piunt quid divicie ille cecos obludant oculos quibus tam grave mercatus iudicium tam du-
rere obligas vobis. Usque nisi sum siquidem usque ad novissimum quadrantem exigis. ¶ Septimo co-
meditur mortuorum elemosina. quia comedunt elemosinas sibi datas pro mortuis. et ab igne purgatorii qui gravior
morte est debent eos liberare. ad hoc enim obligantur ex suscepcione elemosinarum et non simile est quod deus multum
offendatur cum anime que in igne cruciantur cum tanta amaritudine ei dicunt. Dominus clerici iam bona
nostra susceperunt et debuerunt liberare nos de angustia ista. et ipsi sunt in risu et deliciis et de no-
bis non curant. De diversitate munerum. Tercio quia accepcionem munerum dicendum est de munerum
diversitate. Distinguntur autem tres species munerum. super illud ysa. xxxiij. Qui excutit manus suas
ab omni munere. Dicit enim interlinearis. super illud munere oris. munere manus. munere officii. Munus oris est laus
vel preces carnales. Munus manus est pecunia. Munus officii servicium indebite impensum secundum illud
Ieremie xlviij. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Distinguntur similiter tres species munerum
non omnino cedere cum predictis. Dicit enim interlinearis. super illud. fraudulenter vel pro corporali vel premio vel pro dam-
pnis vobis. vel humani iudicii gracia. Glosa. enim dicit ibidem. tribus modis. fraus ista committitur. quia vel
condicionis humani gracie aut favoris aut. aurum vel res quelibet exterior desideratur. De avaricia advocatorum.
Quarto loco inter species avaricie dicendum est de avaricia advocatorum. et notandum quod officium advoca-
cionis non est malum secundum se dicitur. Non licet iudici vendere iustum iudicium et si licet advocato ven-
dere iustum patrocinium et iuris consulto iustum consilium. Non peccat advocatus vendendo iustum pa-
trocinium si sit persona cui non sit prohibitum hoc officium si debito modo procedat et tamen multa non sit
vel desperata et salarium recipiat. Unde debet esse moderatum. In moderacione autem respectus haben-
dus est ad quantitatem cause et laborem advocacionis et qualitatem persone advocacionis. ad facundi-

No

am scam̄ ꝛ ē ad ꝯsuetudinē vexionis. Octo sunt que debent hoīes retrahe ab offō adu

Octo tū sunt que debent hoīes retrahe ab officio aduocatōnis. Primū est ue cationis

nalitas q̄ iū nobilē animū ualde exhoneret. ¶ Triplici autē rōne indecens uenalitas ē in ad-

uocatis. ¶ Primo cū enim empti sunt a xpo nō debent alij se uendere. Vn̄ ait. Postquā in-

tellexi me pcioso sanguine xpi redemptū nolui me uenalem exibere. ¶ Scdo quia uenali-

tas hēt uilitatē quandam. Vnde pugiles ꝛ alie psone que ad certamine uenales se offerūt

uiles reputantur. Aliud iudiciū est de illis qui p iusticia certant. Tercium ꝛ est uenale

ēē ꝛ cū indecencia que in pte nobiliori est peior fit uenalitas aduocatorum que penes lin-

guā attenditur que est unū de nobilib; membris. ꝛ in quo magis displicet indecencia pe-

ior uidetur ēē quantū ad hanc uenalitatē m̄ctatū. Huic uilitati uidetur attestari ap̄s. i. ad corinthios

dicit. Secularia iudicia si hūeritis ꝯtemptibiles illos qui sunt in ecclia istos ꝯstituite

ad iudicand. Et poeta. Si fortuna uolet fier de rectore consul. Si uolet hec eadem fiet

de ꝯsule rector. Rector ponitur ibi p uili psona ꝛ ꝯsul p nobili. ¶ Tercio indecens ē ue-

nalitas ista quia decorum ēēt quia talentū scīe quia gratis acceperunt gratis darent. ppē quod

phibitū sit illis uendere illud. In pu. xxiij. Ubi dr̄. Noli uendere sapiam ꝛ doctrinam ꝛ intel-

ligenciam. Assimilantur aūt aduocati usurarijs in hoc quia sicut usurarius talentū fortune quod

gratis accipit gratis nō uult tradere pximo. ita aduocatus talentū scīe quia gratis acce-

pit nō uult pximo gratis dare. ¶ Scdo debent hīre ab offō aduocatōnis multiplex peri-

culum. quod est ꝯ offīm istud. Possunt ū ad plenus numerare. xij. pericula que ibi possunt ac-

¶ Primū periculū est cū miserabilib; psonis nō subuenit quib; tenetur ex lege dei sub-

uenire. Vnde in ysa. i. Subuenite oppresso ꝛc. Et sicut medicus paupi infirmo potens

subuenire ꝛ nō subuenit homicida illi iudicatur. ita aduocatus qui auferre rem suam pro-

peri hoī cui nō ꝯseruat eam cū possit. Vnde Symachus pp̄. Non est grandis diffa utrum

morte inferas ul admittas. morte enim languentib; pbatur indigere qui hēt cū possit

excludit. ¶ Scdm periculū est cū sciens causam iniustam ita desperatam suscipit. ¶ Tercium

periculū est cū in processu negocij causam ēē iniustam cognoscat ꝛ tū eam adhuc defendit.

¶ Quartū periculū est quā aduocatus monens ad ꝯpositionem illū ex cuius pte ē quam sci-

iniustam hēre consulit ei ut ptem aduersario suo relinquat ꝛ ptem accipiat. ꝯsulit enim ac-

cipe alienū. ¶ Quintū periculū est cū p infidelitatē ul negligenciam ul ignoranciam cli-

lus cadit a cā sua ille quē ipē tuetur tenetur eum ei ad restitutionem. ¶ Sextū periculum

est quā ille qui gratuitū patrociniū prestat pp̄ pcuratiam illius rem suam amittit. tenetur enim ei

simil ad restitutionem. Vnde aliquis p. c. sol. quos hēt de aduocatōne tenetur ad restitu-

nem. c. marcarum ul mille. ¶ Septimū periculū est cū accipitur inmoderatū salariū

unde eam non debet accipere. ¶ Octavum periculum est cum incurrit odium illorum contra quos prestat patrocinium.
¶ Nonum periculum est contra modum procedendi in causa tamen sed per falsas leges vel falsa instrumenta vel falsos
testes. per mendacia procedit vel cum dicit frivola vel proponit que non valent nisi ad dilationem cause.
¶ Decimum periculum est symonie. cum advocatus scientiam suam vendere intendit. ¶ Undecimum periculum
est inanis glorie. ex cuius amore multi timent cadere tamen et iniusta volentes iusti videri vel per men-
dacia vel quocumque alio modo volunt optinere. ¶ Duodecimum periculum est infidelitatis. Infidelis
est enim malus advocatus erga dominum qui talentum nature ei commisit. quod de talento illo lucratur contempti-
bilia cum possit lucrari preciosa. sicut videretur aliquis negociatoris si veniat ad nundinas aliquas in quibus
eodem precio posset habere brunetam quo burellum infidelis esset domino suo. si relicta bruneta burel-
lum emeret eadem infidelitate laborare videntur qui in sacra scriptura proficere possunt et ad lucrum
temporale leges vel decreta discunt. Propter pericula que sunt in causis dicit apostolus .i. ad cor. vi. Omnino delictum
est in vobis quod iudicia habetis inter vos. quare non magis iniuriam accipitis. quare non magis fraudem patimini.
¶ Tertio debet cohibere homo ab advocationis officio pena quam deus malos advocatos solet punire. multos
enim deus morte mutos efficit. Cuidam et morienti visa est lingua celerius moveri qui de lin-
gua mea velox et facilis fuit ad peccandum sicut arundo de facili vento agitatur. Alii est visum la-
bium moveri circa labiis cocodrilli. aliis et erit lingua extra os. insipientes et solent agere mali ad-
vocati contra mortem quando precipue sapientia opus esset. Unde cuidam cum offerretur ei eucharistia in extremis dicitur.
Iudicetur prius utrum rectum sit quod accipiam. cui circumstantes dixerunt. Nos quidem iusti et rectum
iudicamus. quibus ille. non est hoc rectum iudicium. Non enim cum satis in pace habetis me iuste iudi-
care. Et alius cum in extremis ammoneretur ad susceptionem eucharistie. petiit dilationem. quam cum nollent
amici ei dare propter mortem quam videbant imminere appellavit. manifesto contra omnes. post mortem
non valeant advocati in auro fervente. Unde legitur in tragedia quadam Senece. quod visum est cuidam
quod videret Neronem apud inferos balneantem. ministros quorum aurum fervens infundentes. et cum
videret chorum advocatorum ad se venientem. huc inquit venale genus hominum. o advocati amici mei
accedite ut in hoc vase mecum balneemini. adhuc enim super est locus in eo quem vobis reser-
vavi. ¶ Quarto debet cohibere homo ab hoc officio. quod pre ceteris officiis videtur esse corruptum. Invenitur enim
quandoque aliquis morbus incurabilis ad quem curandum non invenitur medicus quod de salute egri desperatur
sed nulla causa adeo invenitur iniusta ad quam tuendam non inveniatur advocatus. ¶ Quinto
debet cohibere homo ab hoc officio. molestia que est in audiendo lites. propter quod dicit Augustinus. Ipsum testem in-
voco quod mallem per singulos dies manibus aliquid operari quam tumultuosas causarum perplexitates
pati. Et Ambrosius. In libro de officiis. dispendio litis carere non mediocre lucrum est. Et hoc ad Euge-
nium papam. Lex domini. sed in sacro palatio leges perstrepunt scolares. Miror si plerumque dicere
non cogaris. Narraverunt mihi iniqui fabulationes. sed non ut lex tua. ¶ Sexto debet cohibere homo ab hoc officio.

q̄ ualde ſil'e eſt actib; demonū. Unde dᵒ. Sicut eſt ſiliuſ actib; demonū. qm̄ litigare. ¶ Septimo
debz co. ho. ab h' officio aliud magnū dampnū q̄ faciūt mali aduocati deo ⁊ eccl'ie ei'. pluſ eī no
cet alicui unᵘ maluſ aduocatuſ qm̄ poſſent nocere ei .x. fureſ ul' raptoreſ. ul' ⁊ oīſ raptoreſ
tre. aufert enī alicui abbatiam ſuam ul' archiepatū ſuū q̄ nō poſſent face raptoreſ unī
cent̄ ¶ Centū ⁊ demoneſ nō poſſent q̄uq; tm̄ noce ecce q̄ntū nocet unᵘ maluſ aduocat' cū epatū unū ul' ar
chiepatū ſubdit dn̄o alicuī qui ſeruuſ eſt dya'li p̄ ꝯſequnſ eī potuit epatuſ ul' archiepatuſ ei' ſub
dn̄o dya'li. ¶ Mali aduocati hereciſ ſiliſ ſunt. ⁊ q̄ ſuo flaui legū ⁊ decretoꝝ que facta ſūt
iudiciū eoꝝ. Unde flauiſ ſunt ſacre ſc̄pture ſicut heretici ⁊ q̄ ſuadent ꝯtra iuſticie ſic heretici ꝯtra
dei. duo neccia ſunt ad ſalutē. fideſ. ⁊ bona opa ⁊ uentatū ſī alt'o ſufficit. Hereticuſ hoīeſ errare
facit in fide. aduocatuſ u' in ope. alij p'tatoreſ ⁊ ſi mala agunt nō tm̄ dic̄t ſic agend' ēē. ſ; maluſ
aduocat' iudici ſuadet ut alicui adiudicet q̄ eī nō eſt. In h' ⁊ eſt deterior heretico. q̄ hereticuſ ignor
ꝑat putanſ credend' ēē q̄ hōib; ſuadet. ſ; maluſ aduocat' ſuadet iudici ut agat q̄ ſcit nō ēē ag
¶ Mali ⁊ aduocati ſūt hoſteſ iuſticie ⁊ ūitatiſ ⁊ eq̄itatiſ. quoꝝ tn̄ ſe amatoreſ ⁊ defenſoreſ
ſitent. Unde hodie implet' p̄ eoſ q̄ legit' y ſa. lix. Conūſū eſt retrorſū iudiciū. ⁊ iuſticia lon
ge ſtetit ⁊ corruit in platea ūitaſ. ⁊ equitaſ nō potuit ingredi. Conūtit' retrorſū iudiciū
cū appllat' qm̄ ſnīa debet fi. ⁊ tūc iuſticia longe ſtat. que an̄ applacōnem ꝓxima erat. ꝯ
ter enī ut p̄ iuſticia eat' romā. ubi ⁊ nō inueniet'. ſ; ſolū iudiceſ dabunt'. corruit ūita
in platea cū aliq̄ crīme q̄ pplō notū eſt alicui plato obicit' ⁊ tn̄ inpedientib; h' mal
aduocatiſ de illo nō quīrit'. Equitaſ u' ingredi nō p' cū correpc̄o in aliquo clauſtro incho
⁊ opponentib; ſe aduocatiſ nō ꝑficit'. ¶ Mali ⁊ aduocati ſunt q̄ ingulatoreſ iuſticie. de q̄
d'. in pſ. Tota die iniuſticia cogitauit lin. tu. ſi. no. acu. fe. do. Nouacula acuta doluſ
qui hoīem ſcindit. cū decorando eum ſeruire debuit. ad modū ꝯ nouacule. maluſ aduoca
tuſ dolū facit. qm̄ iuſticiam ꝯſulat. cui militare debuit quali' expectare audent ill
diſtrictū iudiciū q̄ tenebit iudex iuſticie qui ſe iugulatoreſ iuſticie intelligunt ¶ Ma
li ⁊ aduocati q̄ hoſteſ dei ſunt ⁊ q̄ antixp̄i. xp̄e enī in mūd' uenit ut pacē faceret. Ubi
ipē eſt pax nr̄a qui fecit utraq; unū. ipī u' diſcordiam ⁊ litem amant ⁊ querūt. Ubi
ſicut de xp̄o ſcriptum eſt. In pace factuſ eſt locuſ ei'. aduocati ad litem ꝯueniūt. ſicut
corui ad cadauer. deuſ p' oīb; diſcordiam deteſtat'. q̄ patet ex illo u'bo ſal'. pu. vi. ſex
modo temporali in ecclesia dei. Vnde Zach. xi. pasce pecora occisionis que qui possidebant occidebant
et non dolebant et vendebant ea dicentes Benedictus dominus diuites facti sumus. ¶ Tercio facit
eos percutere ecclesiam cum dyabolo inire ignominiosum fedus. de quo legitur i Re. xi. quod naas amonites
dixit uiris iabes galaad. In hoc feriam uobiscum fedus ut eruam omnium uestrum oculos dextros.
Eruebat oculos dextros hiis quos in bello capiebat ut sinistros scutis celantes ad bellum
forent inutiles. Oculus dexter in multis locis erutus est ecclesie. quia iam non est ibi quis spiritualia
sed solum terrena homines adeo occupati circa defensionem temporalium quod ad bellum spirituale sunt inu-
tiles. ¶ Quarto malum est ariditas brachii dextri. Vnde Zach. xi. o pastor et ydolum derelinquens
gregem. gladium super brachium eius et oculum dextrum eius brachium eius ariditate siccabitur et oculus dex-
ter eius obtenebrescens obscurabitur. ¶ Quarto ualet ad detestationem huius peccati multiplex malum quod pro-
uenit ex peccato isto gregi. Vnde Io. x. Mercenarius et qui non est pastor cuius non sunt oues
ipse uidet lupum uenientem et dimittit oues et fugit et lupus rapit et dispergit oues. Lu-
pus dicitur dyabolus uel persecutor uiolentus. Et Aug. loquens de mercenario dicit Si ouis eius de-
uiat non reuocat si infirmatur non medetur si deuoratur et non lacrimatur. Si fugiunt tem-
poralia que ipse amauit. fugit ipse animas quas amare simulauit. sed bene apparebit in

tempore antixpi. qui temporalia auferent ecclie. tunc eam implebunt .c. ysa. v. et derelinquetur filia
syon ut umbraculum in vinea et sicut tugurium in cucumerario. In umbraculo vinee nul
lus habitat nisi quam diu sunt ibi racemi. neque in domunculo orti nisi quam diu sunt ibi fructus
sic mercennarii non vitant in ecclia nisi quam diu lucrantur ibi. ¶. Quoniam mercennarii se ha
beant ad gregem ostenditur. eze. xxxiiij. ubi dicitur eis. lac comedebatis et lanis operiebamini
et quod crassum erat occidebatis. Gregem autem meum non pascebatis quod infirmum fuit non conso
datis. et quod egrotum non sanastis. et quod fractum non alligastis. et quod abiectum non reduxistis. et quod
perierat non quesistis. sed cum austeritate imperabatis eis et cum potencia. ¶. Quinto fa. ad detes
tandum. quam perversitas quam facit sic peccatum in ecclia. Altaria enim ecclie universalis nummulariorum convertit.
Unde sup i. c. xxi. mensas nummulariorum et c. dicit Glo. altaria dei sic vocat propter avariciam
sacerdotum altare in mensam nummularii convertit qui in eo pocius celebrat nummo quam deo.
et de tali potest dici. c. o nummi nummi vobis hunc prestat honorem. thuribula et ecclie que debent
esse inferius clausa. supius non aperta pervertit sic peccatum. cum ea que debent fieri per ecclias fiunt per tavernas.
ut breviter dicam sic peccatum facit ut servicium ecclie in multis locis deo non placeat. Unde Mal. i. quis
est in vobis qui claudit hostia et incendat altare meum gratuito. et subdit. non est in volu
tas in vobis dicit dominus et munus non suscipiam de manu vestra. ¶. Sexto fa. ad detes. sic peccatum. sic quod xpc
tam diligenter sibi cavit ab avaricia mercennariorum quod potest ostendi. ¶. Primo ex hoc quod legitur mt.
viij. quod cum quidam scriba dixit xpo. Magister sequar te quocumque ieris. et noluit hic dominus. quod propter lucrum
tempora non volebat eum sequi. unde dixit ei. vulpes foveas habent et volu. ce. ni. et c. vulpes. i.
homines astuti habent foveas. i. loca infima in ecclia dei. sed volucres celi. i. nobiles habent nidos
i. loca alta. s. dignitates. ¶. Secundo potest ostendi per hoc quod dominus dixit. Jo. vi. turbe que propter lucrum
tempora secuta fuit eum. Queritis me inquit non quia vidistis signa que feci. sed quia panem
meum manducastis et saturati estis. ¶. Tercio potest idem ostendi per hoc quod dicit Aug. noluit dominus
post baptismum amovere penam et mortalitatem nostram sicut et culpam ne delicate crederemus in
dominum. ita. Jo. ult. precepit in dexteram navigii mitti rethe ibidem et postquam dixit petro.
pasce oves meas non subiunxit mercedem quam habiturus esset. qua petrus alligaretur
sed subdidit de morte quam pro grege passurus erat dicens. Amen amen dico tibi. cum esses iun
ior et c. qui ad tendendum ignaros. Sic legitur in missione aplorum. dixit enim eis quod paupertatem
et persecutionem passuri essent. Unde mt. x. Ecce ego mitto vos sicut o. in me. lu. et luc.
xviij. nichil tuleritis in via. Idem legitur in missione aplorum. unde luc. x. Ecce ego mitto vos
sicut agnos inter lupos. nolite portare sacculum et c. ¶. Sed potest querere aliquis cum
spiritum in homine generis sit. quare noluit dominus in primitiva ecclia temporalia spiritualibus
coniungere. potest tamen. conjungit temporalia providencia. sunt ad spiritualia. ¶. Ad quod dicendum quod

temporalia prouocalia sunt illorum quos christus noluit habere ecclesiam. scilicet contemptores temporalium
nolunt esse rectores ecclesie. vel et non amatores qui uult sibi cauere a muscis caueat sibi
a lacte et melle que amant musce. Preuidebat christus quod amatores temporalium auferrent
ei ecclesias. si spiritualibus officiis temporalia iuncta coniungeret. ¶ Qui uult a canibus dila
cerari aliquid inuoluat in carne. Unde Beatus Antonius precepit cuidam monacho
qui pecuniam habebat ut emeret inde carnes. et super se nudum eas afferret. quod faciens
monachus a canibus dilaceratus est. pisces ferrum consglutiunt quod esca inuolutum est licet
mors sua lateat ibi sibi. et uisu in testina. sic amatores temporalium officia ecclesie quibus
terrena adnexa sunt assumunt ad dampnationem suam et uidentur sequi christum cum sola
temporalia sequuntur. cadauera lupi vel fornice. Predam sequitur turba ista non hominem. Pre
sciebat christus quod temporalia spiritualibus officiis adnexa terrori essent uiris perfectis. Quis e
sane mentis non timeat dispensator terrenorum esse in ecclesia cum legitur primum dispensato
rem temporalium in ecclesia fure fuisse et proditorem et homicidam sui ipsius. Quis non time
at per locum illum ire in quo sit clauos positos esse. sic quomodo non timeat terrena ista que legitur
In Job. xxviii. quod abscondita est in terra pedica eius. ¶ Tercio preuidebat dominus temporalia ista
putrefactura. immo submersura multos in ecclesia dei propter quod uocantur aqua. Apoc. xii.
legitur. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen ut eam faceret
trahi a flumine. Mulier ista ecclesia est quam serpens antiquus temporalium habundan
cia querit subiungere. ¶ Quarto preuidebat dominus superbiam que nascitura erat in
ecclesia ex habundancia temporalium. de qua uidetur dominus loqui. Ysa. lx. ponam inquit te
in superbiam seculorum gaudium in generatione et generatione. et sugges lac gencium et ma
milla regum lactare. Superbia seculorum. i. talis qualis est hodie in ecclesia dei. Unde Bernardus ad
eugenium papam. Video totum ecclesie zelum pro dignitate feruere tuenda. dignitati da
tur totum. sanctitati nichil uel parum. gaudium. cui maledixit dominus. Luc. vi. dicens. Ve uobis
qui ridetis. Preferat ecclesia luctum benedictio. De quo ibidem. Beati qui nunc fletis quia ri
debitis. De mamilla regum lactaberis. potest intelligi dominum in derisione ecclesie. que in senectute sua
lac consuetudine gloriosius non cessat sugere. ecclesia enim que in infancia sua fuit sub ueteri lege.
Unde dominus promittebat sibi terram fluentem lacte et melle. lac enim et mel cibus fuit paruu
lorum. In aduentu uero christi a lacte separata est. Sed iam quasi ad maiorem partem sui ad
lac redijt. quod signum est puerilitatis. superbia et diuicie quasi connexa sunt. Unde opes uocantur
superbie. Prouerbiorum viii. ¶ Quinto nolebat dominus quod ecclesia haberet fiduciam suam in alio
quam in ipso. uolebat potius fundare eam super petram quam super terram. Unde dicitur. Math.
Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. si fiduciam suam habuisset in deo et non in di

magis non ita elongasset se ab eo. Legitur in vitis patrum quod quidam venerunt in civitatem quandam ut distribuerent ibi elemosinas et venientes ad domum cuiusdam pauperis vidue que tunc erat candidate exierunt ad opus suum quandam invenerunt filiam que apparuit eis quasi tota nuda et voluerunt ei dare vestes que noluit eas accipere. Rogata et cum venisset noluit eas accipere sed dixit: ego habeo meum provisorem deum et vos eum a me vultis tollere hodie. Et illi audientes glorificaverunt deum. ¶ Sexto sciebat deus oculum ecclesie impediendum esse temporalibus illis ab officio suo. Quemadmodum enim pulvis vel palee oculum omnino cessare facit. Ideo voluit dominus duces ecclesie pauperes esse, eo quod paupertas expedita est. Sicut Seneca dicit et subditur: Si vis animo vacare aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Et sicut cetera membra corporis ad plura officia generantur ut lingua ad gustum et locutionem et manus similiter ad multa, oculus tamen unicum habet et contactum terre maxime timet. Sic oculus ecclesie contemplationi legis divine debuit intendere et a terrenis illis separare. Licet pes hominis a ceteris membris eius separatus non sit tamen habet separatum a terra que ei deservit et artifices que totaliter circa calciamenta ei intenti sunt. ¶ Quinto magis debent esse aliqui qui totaliter spiritualibus sint intenti. Sed hodie magis occupata est ecclesia in temporalibus quo ad magnam partem sui quam fuit synagoga. Unde quando fuit datum a Constantino occidentale imperium ecclesie facta est vox de celo dicens: hodie infusum est venenum ecclesie dei. Mercenarii mali latrones sunt aliunde enim intrant in ecclesiam quam per Christum. Unde supra Jo. x. Qui non intrat per ostium etc. Dicitur etiam aliunde quis intrare vel non bene de Christo sentiendo vel non dei gloriam sed suam querendo. Ipsi etiam non abhorrent spoliare crucifixum similes militibus qui spoliaverunt Christum crucifigendum. Isti qui iudaizant in ecclesia dei potius eligentes esse discipuli moysi quam Christi. Iuxta illud Jo. ix. quando dixerunt ceco: tu discipulus illius sis, nos discipuli moysi sumus. Discipuli moysi sunt qui temporalia volunt que promisit moyses. Discipuli vero Christi sunt qui contemptis terrenis celestia volunt habere que Christus promisit. Mercenarii enim quidam modo patiuntur penam illam qua solet puniri lusores blasphemantes. Habent enim faciem cordis quodam modo preposteratam. Sic enim debent posteriora obliviscentes et in anteriora se extendere. Iuxta verbum apostoli. Ipsi post ... prophete sunt in retro et non ante. Faciem enim versam habent ad temporalia ista que retro debent esse et dorsum ad spiritualia bona que debent esse ante. Unde figurati sunt per .xxv. viros habentes dorsa ad templum quos vidit Ezechiel. Ipsi debent attendere quid accidit Sichem ipso et quia pro re temporali spirituale opus fecerunt circumcidentes se pro filia Jacob et ... quam spoliabant a Jacob et filiis eius. Unde Gen. xxxiiii. dicit Sichem: substantia eorum et pecora et cuncta que possident nostra erunt. Occasione enim illius circumcisionis interfecti sunt. Sic qui terrenis spiritualia faciunt timere possunt ne eternaliter occidantur.

De signis avaricie que apparent in ecclesia dei.

Nunc sequitur de signis avaricie que apparent in ecclesia dei. Primum signum est cum unus habet multa beneficia ecclesiastica quorum unum sufficeret sibi secundum statum sue persone. Secundum est aliquis in die missas multas celebrat nisi in casibus a iure exceptis. Tercium est cum aliquis in eadem missa multiplicat officia. Quartum est cum aliquis multiplicat altaria non necessaria. Quintum est promotio ad sacros ordines vel dignitates eorum qui sunt infra legitimam etatem. Sextum est reservatio fructuum et congregatio in eis qui habent annuos redditus. Septimum est concursus ad funera et processiones et nimios oratorios. et breviter ad omnia ad que esca alicuius lucri trahens allicit eos et neglectus eorum in quibus nullum lucrum sperant. Et licet aliqua ex hiis ex devotione interdum fiant cupiditas tamen ea que adinvenit. Multa autem sunt sed causa brevitatis tantum de hiis tangemus.

De pluralitate beneficiorum.

Incipiamus a pluralitate beneficiorum de qua quidem consilio avaricie dicimus quod notorie est quod quis habere plura beneficia ecclesiastica unum eorum sit ei sufficiens secundum statum sue persone. quorum nimio quidam cum longe tempore asseruisset hoc esse mortale peccatum dum unum officium habebat dato sibi secundo beneficio asseruit quod licite possit aliquis plura beneficia habere. et addidit quod nullus posset hoc intelligere nisi qui haberet ea cuius rei talis potest assignari causa. sicut legitur Zach. xi. Impietas est oculus eorum in universa terra. luxuria est oculus luxuriosi. avaricia est oculus avari. et sic de ceteris impietatibus. Unde accidit quod alicui luxurioso videtur aliqua fatua talis quam nimio amore diligit pulchra cum in veritate sit turpis. et hoc est quia oculo luxurie eam intuetur. Simius enim amor luxuriosus qui in eo est facit eum sic iudicare de pulchritudine illius. Alius enim qui non habet hunc oculum non videt illam pulchritudinem in illa muliere. Sic ille in quo est oculus avaricie videt quod aliquis posset habere plura beneficia ecclesiastica sufficientia visione falsa vel fantastica. illi autem qui non habent oculum avaricie non vident hoc. Unde dicunt malum esse habere plura talia beneficia ecclesiastica quod multipliciter potest ostendi. Primo sic. Tria distinguuntur principia operationis humane scilicet natura gratia et vicium. Sed cum aliquis habet vel vult habere plura talia beneficia vel natura est principium huius operationis vel gratia vel vicium. et videtur quod non natura. natura enim paucis contenta est unde Seneca. Exiguum natura desiderat. et Ieronimus ad Timotheum. habentes alimenta et quibus tegamur. hiis contenti simus. gratia et non videtur esse principium huius operationis quod multipliciter potest ostendi. Primo per hoc quod gratia paucis contenta est quam natura. quod patet per hoc quod ipsa est aqua sitim terrenorum extinguens. Unde Io. iiii. Qui biberit ex aqua quam ego dabo non sitiet in eternum. Super quod verbum dicit Aug. Qui bibit ex flumine paradisi de quo gutta una maior est quam occeanus restat ut in eo extincta sitis sit mundi. v. in fine vite. Secundo potest ostendi idem per hoc quod deus consulit contrarium. Consilium enim quod est dei summa paupertas. Unde non est verisimile quod gratia ipsius contrarium consulat. Si enim gratia ipsius multiplicatione tempo-

biu gsulet. ipe deus ti gsulet. dr enim deus ti facere q grā ipi. & sic deus gsulet gña & sic eē
in eo q est. & nō cuí gñru dicat beatus B. Sup c. Ductus est ihc in desertu a spu. absit in
quit ut tpe ūitatis qui te adduxit huc te reducere uelit qz nō est more ei. est & non est.
Tercio p idem ostendi p hi q in fine uite cu dicitur ds uenturus est ad eos nō audent reti
nere multitudine taliu bñficiorum. Si enim grā dei & amore ea possidunt desidare debent
vt in statu tali a dño inueniunt ut ab eo digna mercedem accipiant. & si initio gre in
statu sanctitatis docebat eos bñficia multiplicanda ee ipa in statu infirmitatis cum
maior est & deuotior nō pmittit eos de hi dubitare. nō uidet ee gsiliu diuine gre q aliqs
in statu illo uiue audeat in quo nō audeat mori. ¶. Quarto p ostendi in hys auctoritatibus
que sequuntur. Ag. Qui ueram fidem ht nō cupit in hys miserys fieri diues. Non uidr
g hre ueram fidem que est. preterea grā. ille qui desidat hre plā talia bñficia. quia g
gsulit ei grā qm nō ht. Item caritas nō uolat ad muscas. caritas & cu ignis est nō
tendit deorsum. pterea cu caritas dm sup omnia amet. ipa nō desidat multiplicatone
tenorum. quibz cu amittat ul impediatur ne ei intendat. Unde Ag. Dicium scm querit
caritas ūitatis. Idem dr. quidā in animu plibz actōnibz intentu deo quodā m uacua
ri. Non est uera fide q caritas querat que eam do euacuaret. sz potius querit pacem
in qua factus est locus ei. ipe est palliu breue q utrūq opire nō p. De quo loquitur Ju
ysa. Unde Ag. Dne ego p auariciam meam nō amittere te uolui. sz uolui tecu possidere
mendaciu. itaqz te amisi qz nō dignus es cu mendacio possideri. pterea caritas plus diligit
legem dei qm milia. au & ar. Non est g uera fide q ipe gsulat multiplicatone actō
nu tempaliu que requirit multiplicatonē actōnu spualiu q impedit hoiem a studio
sapie diuine. Unde ecc. xxxviii. sapiam scribe in tempe uacuitatis. & q minorat
ur sapiam percipiet. patet g q opacōnis pdicte nō est principiu uacā ul grā. Du
relinquitur q pricipiu ei sit uiciu & sic q nō sit licitu unu hoiem hre plā talia bñfi
cia. & hi satis p manifestari si gsiderentur cause. pp quas aliqui credunt hi sibi licere. aly
eni credunt hi sibi licitu ee q bñficia illa bn expendunt. aly qz nobiles sunt. aly qz
ut .. potuit. aly qz administratoni tempaliu utiles sunt. ul pp sapiam mundi ul pp
prudenciam. ¶ Contra illos qui credunt qz bn possunt illa hre. qz bn expendunt. dicu
mus q nō sufficit medico bn expendere ea que sibi dantur ab infirmo & nullā cu
ram hre de infirmitate ei. Sitr nō sufficit aduocato bn expendere salariu & nō se intro
mitte de causa. Nec stipendiario sufficit stipendia sua bn expendere. & de guerra
se nō intromittere. Sic clico ecctica bñficia hnti nō sufficit bn ea expendere nisi
faciat officia quibz illa annexa sunt. ¶ Contra illos qui credunt se posse habere

pl'a talia b'n'ficia q' uicarios ponunt. ¶ Primo dicimus q' eadem r'one layicus un' i'mo et mult'
posset h'r'e .x. b'n'ficia eccl'ica posset enim ibi pon'e vicarios. p'terea Ridiculum est matrimonium
contrah'e sp'e ponendi vicarium. et qui h' facit videt' incidisse in illam maledictionem. Deut. xxviij.
vxorem accipiet et ali' dormiet cum illa. ¶ Tercio querimus de vicario illo utrum sit pastor ul' mer-
cenari'. si mercennari' est lat' sicut p'us ostensum est. Cum g' dicat aliquis b'n possum h'r'e b'n'ficium
q' ponam ibi vicarium pene idem est. ac si dicat b'n possum h'r'e c'. q' ponam ibi latronem q' fu-
r'et' et mactet et p'dat. Io. x. Si n' pastor est que r'o est ut tu h'eas duas eccl'ias ip'e nullam. Si-
quid dicat ibi Io. v. Gr'a dei ul' in quo est gr'a dei. Non licet t' h'r'e vxorem fr'is tui. ¶ Q'rto
q'rimus a tali utrum uicari' ille sit mi'us bon' ul' eq' bon' ul' melior q' ip'e. Si mi'us bon' cum
r'o dicat q' n' e' recipiend' p' ip'o. op'ari' enim i' ruinam alio' conductus n' p' uicarium mi'us bon'
pon'e. Si n' eque bon' est ul' melior que est causa q' iste h'eat duo b'n'ficia et ip'e nullum. ¶ Q'nto
q' ip'e deb'et attende' q' accidit de p'mo vicario synagoge sicut legi'. Exo. xxxij. moyses
relinquens p'p'lm satis p'ua mora factur' d'no dimisit vicarium satis bonum aaron. Et tam' ind'
dimi' p'p'lm g'm fidelem relinquat infidele' et ydolatram inuenit. p'terea dicit ap'. q' si q's
n' laboret n' manducet. quo iure g' pastor aliq's de b'n'ficio illo n' ip'e n' laborat
ordinauit deus ut q' seminat sp'ualia metat carnalia. qua r'one g' paup' uicari' sp'ualia se-
minabit et alius carnalia meteret. cum d' dicat. q' deus iniunxit h'o n' sepet. quo iure deuari'
ille que subditus offert paup'i uicario sibi sp'ualia seminanti accipiet a pastore mal'
uenit. et si q' ad forum contento sui uis ibi uideat' h'r'e cum q' ad iudicium facere s'p'te. ip'e
tor est usurpans sibi alienum eor' q' a deo iuncta sunt sunt reliquo. ... laborat
ionio et homicida reputat' et resp'cu mercennarij quem defraudat. et respectu paup'i subditi-
quor' sudorem comedit. De p' legi' ecc'. xxxiiij. Qui effundit sanguinem et qui fraude' fac'
mercennario fr'es sunt. de s'c'do legi' ibidem. Qui aufert in sudore panem q'i q' occidit p'x'
tuum. ¶ Vltimo dicimus q' illi qui uicarium ponunt qui sola cupiditate lucri seruiunt
et n' amore dei. talem amorem faciunt m'ri sue. ecce qualem amorem quis faceret
m'ri sue carnali si pedem uerum ei auferret et loco ei' pedem ligneum sustineret. pes lig-
neus n' uiuit nec corp'i adheret. sic uicari' q' caritatem n' h't. n' est membrum uiuum m'r'
tis sp'ualis. nec adheret corp'i eccl'e. sola enim caritate uiuit quis et adheret ceteris membris eccl'e
¶ Contra illos u' q' dicunt q' possunt h'r'e multa b'n'ficia eccl'ica. q' nobiles. dicimus q' si filij dei
sunt et eccl'e utiles n' uolentes excede' mensuram nobilitatis sue. forsitan nichil est ut de
b'n'ficijs eccl'icis p' ceteris accipiant si si p' absq' iactura a'iarum. Sz si filij diaboli sunt q' r'one de
bonis d'ni p' ceteris accipiant. Numquid debz d' nobilitatem filior' diaboli honorare. Similit' si sunt
inutiles eccl'e dei ul' nociui suo p'uo eo'. n' uidet' iustum q' p' ceteris comodum heant ab eccl'ia

ex quo ecclia comod no ht ex eis dicit lombard q ipe no uult hre capellanu qui capiat alau
dam & comedat gallina. Dic ds no uult hre in ecclia qui in ea ei gtenit & inde plures
sibi. si aliqs no est gtentus illis quibz gtentus ee deb si clicus no ee & cu patria heditate
exheredatus sit suprior tu uult ee qm fr suus qui heres est. Non uidet mihi ee q ds eius
supbiam pascat ul sustentet. cu eni supbia talia hns ha fit no ptinet ad dnm pasce eam.
Contra illos u qui dnt se posse hre multa talia bnficia q sapientes ul potentes sunt quo ad
scdm dicimus q cupiditas & auaricia docet eos in hac pte. fraudulosa eni statim cupiditas no po
dit spualia. s sola tempalia. Unde B. loqns de auaris platis. Optimi dispensatores dei qui de mi
nis minima & de minimis maxima cura gerunt. Optimi. Tercio loco pr ostendi no solu q
malu sit plura talia bnficia hre. s & q nullu u certo debeat si in dubitatione uenire. Sicut eni e
q nullus pnceps sciens in cuius curia licitu sit illu q no ht u unu equu auena qrere ad op
duoru ul ad plures equos no inuenit armiges aliqs ita sumptu. qui si adducat in dubitatione. que
causa est & ut in curia dei. i. in ecca in qua tot sunt qui de auena ecce no possunt hre ad ne
cessitate licite sit aliqm q no ht u unu equu auena qrere ad plures eqs qm dubiu e uos licita
tos q certu est uos armigos. nuqd pr hu ds dic p pphetam. Quis certus u seruus meus. preca
& licitu ee aliqm hre plura talia bnficia cu no expedit. Unde ap. ad cor. vi. Omnia m licent
s no omnia expediunt. licebat aplo sumpe sumere a subditis. s no expediebat q pseudo apli
hrent inde occonem qrendi & lucrandi. sic licet ee licitu alicui uiro discreto & honesto
hre plura talia bnficia. cu q amatores tempaliu accipent inde exemplu cupiditatis & auaricie
no expedit. Sicut manducare ydolatitu in se licitu est hoi discreto q no comedit i cu uenera
tione ydoli cu coram infirmis & simplicibz peccm est comede ydoloticu. ipi eni credentes
comedi cu ueneratione ydoli scandalizant inde. Unde B. spualis ho qui omnia diiudicat ut
ipe a nemine iudicet ee opus suu tria qdam gsideratione pueniet. pmo qdem an liceat deinde
an deceat postmo an expediat. licitu dr aliqd in respectu ad dei phibitione decens. dr i resp
ad psone gdicionem. expediens u in respcu ad ostensione pximi. Considare g debet sapiens
aut q facturus est sit licitu. i. a deo no phibitu. deinde an deceat psonam ei. aliqd eni
decens ee in aliq psona q tn indecens est in alia. pcipue u in lrratis uiris qui debent spa
lis ee oculus ecce. Indecens est cecitas & macula cupiditatis & auaricie. a talibz eni preca
psumunt exemplu & ad eos i ad apli spuali ptinet. ab omni spece mala abstinere uos. & p
uidentes bona no tm coram deo s & coram omnibz hoibz. Ad decesse u huius pcti. pmo
sunt maledicto qm facit ds illis qui sunt in pcto isto. ysa. v. dicens. Ve qui giungitis do
mu ad domu. qm quis absqz pcto ht q cu maledictione dm ht. Scdo mutilato ecce
de que inde puenit. no uidet innocens ee qui matrm suam uno membro mutilat. Sic

innocens non est qui naturam suam ecclesie mutilat procurando quod unus habeat unum membrum quod
debeat habere. Quod si dicatur quod ecclesia licet non habeat omnia membra quo ad substantiam, tamen habet omnia quo ad offi-
cia. Unus enim habet officia plurium. Respondemus quod licet in monoculo unus oculus supplet officium duo-
rum, non tamen tantum valet habere unum oculum sicut habere duos. Nec bene sustineret natura sive carnalis quod
procuraret ut loco duorum oculorum unicum haberet. ¶ Tertio facit ad detestationem huius peccati monstruositas
et confusio que inde provenit in ecclesia dei. Provenit enim ex hoc peccato quod diverse ecclesie habent eundem ocu-
lum. Inauditum est quod diversa corpora idem habere membrum. Ex hoc peccato accidit quod eadem persona simul et se-
mel diversa replet loca, quod videtur esse contra naturam. Item accidit inde quod oculus unius ecclesie os est in alia
ecclesia. Quod archidiaconus unius ecclesie cantor est alterius. Accidit et quod oculus alicuius ecclesie distat ab ea plus
quam per dietam integram. Si aliquis cecus reputatur et si oculos suos habeat in bursa sua, nunquid
talis ecclesia ceca est reputanda, a qua oculi sui tantum distant. Oculi sapientis in capite eius, stul-
tus autem in tenebris ambulat. Unde dicit Salomon Eccl. ii. Oculi stultorum in finibus terre. ¶ Pre-
terea hoc introducit quandam unitatem in ecclesiam dei heresim Sabellii, qui dicebat patrem esse filium. Quod quidem
absurdum, quod hic non invenitur nec in natura nec supra naturam quod eadem persona sit pater et filius. Sed ille vir-
tute eidem. Sed hoc vult facere peccatum istud. Accidit enim quod duo sunt decani in duabus ecclesiis, et uterque
canonicus est in utraque, et sic uterque pater et filius respectu utriusque. Preterea hoc peccatum facit quod eadem
arbor simul et semel in diversis ortis plantata sit. Sed non vult deus in aliquo de ortis suis arborem
esse que fructus non faciat. Unde Luc. xiii. dicit de ficulnea non faciente fructum: succide illam, ut
quid et cetera. Unde videtur quod in utroque orto fructum facere debeat arbor talis, et sic videtur quod duplex offi-
cium facere debeat qui duplex beneficium sufficiens habet. Qua ratione enim per beneficium ad officium unum obligatur,
eadem ratione secundo ad secundum. ¶ Quarto vero facit ad detestationem huius peccati utilitas que ibi est. Vilium enim pro-
et abiectarum est causa sive se periculo exponere. Unde viles se videntur ostendere qui primo desiderio
lucri incedunt per viam illam quam tot boni viri asserunt latronibus plenam propter que cum videant
litteratos viros qui per eam inceperunt ire ad ultimum relinquere eam et non audere ultra tutius
resignaverunt enim nec audent mori cum multitudine talium beneficiorum. Preterea si aliquis cibus asse-
reretur venenatus a multis bonis viris, licet alii quamvis contrarium asseverent, tamen quod alii haberent cibos suffi-
cientes non committeret se discrimini ut cibum comederet. ¶ Commune est ergo quod ille qui habet unum benefi-
cium sufficiens audet suscipere aliud, cum tot boni viri asserunt ibi periculum esse. Preterea sancti pos-
sent erubescere illi ad quos pertinet curare quatenus deo serviatur, gratuito ad placitum suum qui hoc
solo contenti sunt ut sic serviant ei ne ipse inficiat eos. Non curant enim quid sciant quod tantum
sciunt. Solum immortale non sit. Non attendentes quod dicit beatus B. Loquitur ad viros perfectos. Pro-
est virum inquit languere quam omnia precepta, nec attendere quid deus precipiat, sed quid velit, pro-
bantes que sit voluntas dei bona, bene placens et perfecta. ¶ Quinto facit ad detestationem huius peccati

sic talis multiplicatio beneficiorum quod unam personam frequenter generat apostema superbie in persona illa sicut
in corpore humano nimia collectio humorum quod aliquod membrorum solet generare apostema. Superbia est similis
illi apostemati quod vocatur noli me tangere. Non potest enim sustinere superbus quod in aliquo ei reprehendatur. ¶ Sexto faciunt
ad detestacionem huius peccati diversa exempla. Et de multis pauca ponamus. Refert Seneca in libro de beneficiis quod quidam ani
mo ob virtutem et rem publicam bene gestam tantum agri decerneretur quantum una die aratro circuire posset.
Non est opus inquit tanti cum plusquam unicum opus sit. Et subdit Seneca: quanto maioris viri putas respu
isse munus quam accepisse. Et dicitur in psalmo: a fructu frumenti vini et olei multiplicati sunt. Et subiungit de se: In pace in idipsum
dormiam et requiescam. quasi diceret: alii multitudine temporalium querunt. sed mihi adherere deo bonum est. Consuluit Moysi
onus suum partiri in plures ut secum esset deus. Isti si congregare volunt multa bona in unum ut
ab eis recedat deus. Isti non possunt dicere illud psalmi: Unicus et pauper sum ego. cum tamen in personis volunt esse
non unici. Ille qui tantus vult esse in persona cum unus sit in turba videtur dicere illud verbum dyabolicum: Ero si
milis altissimo. ¶ Hec autem videntur esse reprehensibilia specialiter in talibus personis. ¶ Primo reprehen
sibilis est absencia cum officium eorum presenciam requirit tribus de causis. ¶ Primo propter gregis pestilen
ciam. Unde ad eum potest dici illud verbum Senece: Tunc hoc negocium quantum medicus in pestilencia. ¶ Secundo propter
luporum infernalium importunam seviciam. Alii enim lupi solo clamore exterrentur. Sed de lupo infer
nali legitur Job xl: Non fugabit eum vir sagittarius. in stipulam versi sunt ei lapides funde. Pau
ci sunt quos lupus infernalis singulis diebus non teneat vel per aurem vel per linguam vel aliud mem
brum. Illo membro tenetur quis a lupo infernali quo committit peccatum. necessaria est ergo pastoris pre
sencia que oves eruat de ore lupi. Unde in Amos iii: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo
crura aut extremum auricule sic eruemini filii Israel. ¶ Tercio necessaria est presencia pastoris propter sim
plicitatem et indefensionem ovium. Certum enim est quod inter omnia alia animalia unum de simplicibus et minoris
defensionis est ovis. Cetera enim animalia vel velocitate vel astucia vel fortitudine et dentibus et unguibus
et quibusdam armis secura sunt ab hostibus suis. sed ovis nichil horum habet. Ideo necessaria est ei presencia
pastoris que eam defendat. Similiter est in ovibus spiritualibus. multe enim maioris simplicitatis sunt quam
ovis vel capra. ovis enim vel capra saltem fugit lupum. Oves enim spirituales voluntarie in ore lupi infer
nalis se ponunt. ¶ Secundo reprehensibile est in talibus personis quod super suam virtutem quasi spopondisse
videntur. contra illud ecclesiastici viii: Non spondeas super virtutem tuam quod si spoponderis quasi restituens cogita. Super vir
tutem suam spondet qui animam in susceptione personatus ecclesie impignoravit et adhuc aliam ecclesiam sus
cipit. cum aliam animam non habeat quam impignoret pro secunda ecclesia ponat. Dominus animam suam posuit pro ovibus
suis et si ex culpa pastoris eas amiserit super animam pastoris periculum erit. ¶ Tercio reprehensi
bile est circa habentes plura beneficia scilicet quod ipsi se offerunt ad sibi commissionem periculosissimam
et instanter rogant ut de ea recipiantur et si recepti de ea fuerint gaudent quasi invenerint thesau
rum. Solent prudentes huius seculi timere quod non fide iubeant pro aliquo propter pericula que ex

fideiussione solent euenire. ad fideiussionem non longe periculosiorem multi se offerunt. Unde prov. xxii. Noli esse cum hiis qui defigunt manus suas et qui uades se offerunt pro debitis. Si enim non habes unde restituas quid cause est ut tollat operimentum de cubili tuo qui curam animarum suscipit manus suas defigit i. obligat. ¶ Primo ad extollendam curam ecclesie. Unde Jer. i. Ecce constitui te hodie super gentes et regna ut euellas et dispergas et dissipes et edifices et plantes. ¶ Secundo ad liberationem. Unde in prov. xxiiii. Erue eos qui ducuntur ad mortem et cetera. ¶ Tercio ad spiritualium infirmitatum curationem. Unde dominus in euangelio Matth. ix. Non est opus ualentibus medicus sed male habentibus. Et uidentur medici spirituales deteriores esse corporalibus medicis triplici de causa. ¶ Primo quia nullorum egrorum curam recusant quantumcumque incorrigibiles uideantur. ¶ Secundo quia licet de arte spiritualis medicine non nouerint tamen curam recipiunt et de infirmis se non intromittunt. Hec enim tria in medicis corporum quantumcumque mali sint non solent inueniri. ¶ Quarto obligat se ad prouisionem eorum que spirituali uite sunt necessaria. Unde Matth. xxiiii. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram. Bene debet premeditari qui tantam familiam suscipit utrum habeat unde possit ei prouidere. ¶ Quinto obligat se ad prebendum ducatum. Jo. x. dicitur de pastore cuius proprie oues cum emiserit ante eas uadit et oues eum sequuntur. ¶ Sexto obligat se ad placandum dominum pro populo quia oportet quod ipse placeat. Quomodo enim placabit qui non placet? Sed in predicto uerbo. Si enim non habes restituas et cetera. Operimentum quod cubile gratie debet esse ornatum ut deus ibi quiescat uel gratia dei hoc operimentum amittit qui super uires suas curam animarum suscipit. Unde prov. xx. Tolle uestimentum eius qui fideiussor extitit alieni et pro extraneo aufer pignus ab eo. Idem uocatur hic uestimentum quod prius operimentum sensus est. Tolle uestimentum i. tollendum predicat. Et subditur ibi. Suauis est homini panis mendacii et postea os eius implebitur calculo. Panis mendacii uocatur qui acquiritur ex mendacii promissione cupidi qui curam animarum suscipit. Et postea os eius calculo ardenti implebitur. Unde alibi in prov. Affligetur malo qui fidem facit pro alio.

¶ Ve multi sunt qui post fideiussionem gaudent. Unde dicitur in prov. xvii. Stultus plaudet manibus suis cum spoponderit pro amico. Causa hec est quia non intelligit quid fecit. Pro infirmis enim de quorum salute desperatur sponsorem constituit cum curam animarum suscipit. ¶ Tercio reprehensibiles in talibus quia post fideiussionem non curant de hiis pro quo fideiusserunt. Non attendentes quod legitur prov. vi. Fili mi si spopondisti pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam illaqueatus es uerbis oris tui captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi et temetipsum libera quia incidisti in manum proximi tui. Discurre festina suscita amicum tuum ne dederis sompnum oculis tuis nec dormitent palpebre tue. Fideiussionem istam attendebat abbas quidam de Grandisilua. In cuius domo dominus Guillelmus de monte pessulano factus monachus abbatem pro salute sua fideiussorem recepit qui diu conuersatus ibi honeste migrauit ad dominum. Ad quem

abbas. pactis exequiis direxit sermonem in hunc modum. Frater Gwille. vellem scire si deo placet
verum de sideriussione (?) quam tibi feci absolutus sim. qui licet per dimidiam diem mortuus fuisti. Ben
edic divino miraculo. domne abbas absolutus estis. Quinto reprehensibile est in talibus quod ipsi
defraudant plurimos. Primo dominum honore et servitio. debet enim habere duplex servitium de duobus
beneficiis et non habet nisi unicum. Secundo corpus ecclesie debilitat membri unius ablatione sicut corpus hominis de
bilius est ex defectu pedis. Tertio defraudat aliquem pauperem clericum qui deberet alterum eorum beneficium
habere. Quarto vicarium cum vicarius habeat laborem et iste mercedem. Quinto subditos a quibus me
tit carnalia cum non eis serviet spiritualia. Sexto reprehensibile est in talibus personis quod ipsi re
putant beneficium quod est honus valde periculosum. Unde luc. xxii. Reges gentium dominantur eorum
et qui potestatem super eos habent benefici vocantur. Vos autem non sic. supple vocandi estis beneficii.
Solam enim dispensationem aliorum bonorum habetis contra quod (?) quia quis committit alicui dispen
sationem que laboriosa est licet victum et vestitum in ea ei concedat. potius eum onerat quam benefi
cium ei impendat. multiplici autem ratione periculosa est dispensatio bonorum ecclesiasticorum. Primo quia dif
ficile est quod dispensator placeat domino et familie simul. difficile enim est gratiam familie non querere
cum ipsa presens sit et deus sit quasi absens. unde relinquitur quod difficile sit dispensatores bonorum ecclesie
gratiam dei habere. Secundo periculosa est quia computatio multum differtur. computatio autem dilata multa
facit oblivisci. sicut dicit Beatus B. dilatio et ulla (?) securos reddit dispensatores et absque timo
re furentes. Unde eccles. viii. quia non profertur cito contra malos sententia filii hominum absque ullo timo
re perpetrant mala. Et math. xxiv. si dixerit malus ille servus moram facit dominus meus venire et
ceperit percutere conservos suos. manducet autem et bibat cum ebriosis. veniet autem dominus servi illius in die
qua non sperat et hora qua nescit vel ignorat et dividet eum. partemque eius ponet cum ypocritis
illic erit fletus et stridor dentium. Tertio periculosa est quia deus omnia videt que fiunt a dispensatoribus.
Si dicunt aliqui dispensatione plurium [illegible] quod multi habeant plura beneficia. Respondeo. quod si plurimi
omnia bona facerent non dixisset deus de ipsis. math. xxiii. secundum opera eorum nolite facere. Unde B. non sum
mea vidis ut ignorem vos potiores dispensatores. Sed in edificationem non in destructionem
si necessitas urget. excusabilis dispensatio est ubi utilitas provocat. dispensatio ubi utili
tas laudabilis. utilitas dico communis non propria. nam cum nichil horum est non plane fidelis dispen
satio. sed crudelis dispensatio est. De pluralitate missarum.

Dictum est de primo signo avaricie quod apparet in ecclesia dei. scilicet de pluralitate beneficiorum.
Nunc dicendum est de secundo signo. scilicet de pluralitate missarum. Et verum est quod in die natalis
domini licet celebrare tres missas in aliis diebus in tribus casibus licet celebrare duas. Primus
casus est quando necessitas requirit ut una de die celebretur et alia pro defunctis. Secundus est
cum necessitas peregrinorum vel hospitum vel infirmorum hoc requirit. Tertius casus est cum tempo

nuptiarum laboret. tunc cum necesse sit pro quibus plures missas propter nuptias celebrare. ita tamen quod numquam propter ali-
quam necessitatem debet celebrare nisi duas. nec duas in causa adulationis vel cupiditatis. quod tunc esset pec-
catum mortale. Quod autem cupiditas habeat pluralitatem missarum adinvenit videri [illegible] ex hoc quod ille qui habet du-
as vel tres ecclesias in utraque vult missam celebrare. Cum ante horas canonicas vix in altera
earum ubi vult dicere tamen vel alia causa non [illegible] esse nisi quod ad missam offeratur et ad horas canonicas non. Primo dicitur
ostendi multipliciter quod hoc sit malum scilicet aliquem plures missas in die celebrare. Primo per verba [illegible]
[illegible]. Cotidie eucharistiam sumere nec laudo nec vitupero. qui non audebat laudare cotidie semel
sumere eucharistiam numquid laudasset eam bis in die sumere. immo forsitan gravius plures sumen-
tem puniuisset. Secundo per idem ostendi per hoc quod maius est conficere quam simpliciter communicare. Unde cum
non liceat alicui communicare pluries. dico non est licitum alicui pluries celebrare. et forsitan si nichil
offeretur celebrantibus sicut nichil offertur laico communicanti numquam fuisset pluralitas missarum introducta in
ecclesia dei. Tertio per idem ostendi per hoc quod dicit Glossa super illud ad Hebreos vi. terra sepe super se venientem
imbrem bibit. et cum predicatio [illegible] est non sufficit si assidua vilescit. idem verum est de
celebratione missarum. Si enim aliquis pluries in die celebraret vilesceret ei opus. Glossa super Anglicum
non enim concessum est Anglo ut ad placationem talium [illegible] sub specie panis gloriosum corpus immo-
lare esse nec exhibet reverentiam presentie creatoris sui quam debet. Quarto per idem ostendi
per hoc quod filii Israel non colligebant de manna nisi gomor unum per singula capita. Manna enim
[illegible] figuram fuit divini corporis. De hoc legitur Exodi xvi. Quinto per ostendi idem per hoc quod agnus pascha-
lis semel in anno immolabatur. de quo legitur Exodi xii. Sexto per idem ostendi per hoc quod verus
agnus scilicet Christus semel tantum immolatus est et sacerdos in veteri testamento semel in anno cum sanguine
intrabat in sancta sanctorum. De pluralitate officiorum in eadem missa.

Sequitur de tertio signo avaritie scilicet de pluralitate officiorum in eadem missa quod licet multi
ex devotione fiat verius tamen quod cupiditas hoc adinvenerit. In eadem enim matutinis mul-
tis laudes triplicantur. In missis vero hoc cupiditas adinvenit. ut si non offeratur ad unum offi-
cium ad aliud saltem offeratur. Quartum autem signum est multiplicatio altarium absque ne-
cessitate facta non ex devotione sed ex cupiditate. Unde Osee viii. Multiplicavit Effra-
im altaria ad peccandum facte sunt ei are in delictum hostias offerent et immolabant
carnes et comederunt et dominus non suscipiet eas. Magna insania est quod altaria multiplicentur ad
peccandum que pure debent fieri ad dominum placandum. Corpus dominicum super hec altaria ex cupiditate
immolatum adeo non suscipitur quantum ad operationem sic immolantis. sicut legitur. In Ieremia
ubi sic legitur. Numquid carnes sancte auferent a te malicias tuas. Quintum signum
est avaritie conservatio fructuum in eis qui habent annuos redditus sufficientes. Quod
[illegible] multipliciter potest ostendi. Primo per hoc quod ipsi videntur esse similes cuidam stulto qui

uideus quendam magnum fluuium impetuose fluentem cogitauit quod cito preterfluxisset et mutuatus est uasa a uicinis suis et repleuit ea. de qua illa uice cum preterfluxisset aqua fluuii indigenciam habere. annuos redditus quos habent alia. sunt uelud fluuius iugiter manans sed diuicie laicorum que non habent ita annuos redditus sunt uelud torrens qui quandoque siccatur. Unde non est mirum si ipsi reseruant de fructibus suis. Secundo potest fatuitas talium ostendi per hoc quod ipsi de porcione pauperum thesaurum facere uel possessiones acquirere cum pauperes fame et frigore moriantur. Contra quos dicit Jeronimus. accepisse pauperibus eroganda et esurientibus plurimis uel cautum esse uel timendum uel quod apertissimi sceleris est aliquid exinde subtrahere omnium predonum crudelitatem superat. Idem optimus dispensator est qui nichil sibi reseruat. Suspecta est michi illa caritas que aliter diligit preueniunt. alter seipsum porcionem suam de bonis ecclesiasticis integre accipit. videlicet uictum et uestitum suum pauperes uero esurientes et nudos thesaurizare facit de sua porcione. non attendens quanta iniquitas sit quod pauperum est successori suo diuiti reseruare cum uniuersaliter dissuadeat deus in terra thesaurizare. Matthei vi. Non uidetur esse concessum prelatis ecclesie qui exemplo suo debent alios ad contemptum terrenorum prouocare quod ipsi in terram thesaurizarent.

Tercio potest fatuitas eorum per hoc ostendi quod ea que ipsi subtrahunt pauperibus auferet eis tyrannus uel maior prelatus. Iuxta illud Augustini. hoc tollit fiscus quod non accipit Christus. Quarto potest fatuitas eorum per hoc ostendi. quod ipsi ignorant qualem successorem habituri sunt. Unde ecclesiastes ii. Detestatus sum omnem industriam meam qua sub sole studiosissime laboraui. habiturus heredem quem ignoro utrum sapiens an stultus futurus sit et dominabitur in laboribus meis. Consonum esset ut prelatus qui bona ecclesiastica pure a Christo recepit membris Christi ea impenderet. Iuxta illud ecclesiastes i. ad locum unde exeunt flumina reuertuntur. Fatuum uidetur esse quod hoc bonum potest dispensare reseruare eius dispensatori qui forsitan in uoluptates et uanitates expendet. Dicitur ex materia peccati quod potuit esse materia uirtutis. Contra illum qui sic facit uidetur esse quod dicit Jeronimus. da indigentibus pauperibus non locupletibus non superbis. da quo necessitas sustentetur non quo augeantur opes. Sacrilegium est rem pauperum non dare pauperibus. Quinto potest ostendi fatuitas eorum per hoc quod melius esset quod ipsi de eis que sibi habundant elemosinas facerent ante mortem quam fieret illa elemosina postquam mortui essent. Elemosina enim ante mortem facta est uelud lucerna que prefertur homini custodiens eum ne cadat in foueam inferni. Elemosina uero post mortem facta est quasi lucerna que fertur homini post tergum que custodit eum a casu fouee. Si enim in peccato mortali decesserit nulla elemosina que pro eo fiat liberabit eum ab inferno. Unde elemosina facta per aliquem in uita ipsius ualde melior est quam ea que fit post mortem. Illa enim que fit post mortem non ualet ad plus nisi liberacionem a pena purgatorii. Illa enim que fit in uita potest homini mereri graciam et gloriam et liberacionem a debito pene eterne et a pena purgatorii et habundanciam bonorum temporalium et multa alia. pietas enim ad omnia utilis est pro-

missionem huius vite que nunc est et future. Vnde legitur .j. ad Thimotheum .iiij. De promotione puerorum ad sacros ordines et dignitates.

Sequitur de .vi. ramo avaricie quod est promotio puerorum
ad sacros ordines et ad ecclesiasticas dignitates a quo peccato valde esset cavendum ecclesie dei. Val-
de enim est nocivum quod innuit Salomon ecclesiastes .x. dicens. Ve tibi terra cuius rex puer est. et dominus Ysa. iij. com-
minatur sinagoge tanquam magnam penam dicens. Dabo pueros principes eorum. Mul-
tiplici autem ratione cavendum esset ecclesie ab hoc. Primo propter defectum sapientie qui est in pueris.
Vnde dicitur. Nemo iuvenes eligit duces eo quod non constet eos esse prudentes. et Job .xij.
In antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia. et si scientia esset in talibus personis non haberent
tamen experienciam que valde necessaria est rectoribus. Vnde ecclesiastici xxxiiij. Qui non est temptatus
quid scit. Vir in multis expertus cogitabit multa. et deinde subditur. Qui non est expertus
pauca recognoscit. Secundo defectu virtutis. Vnde ecclesiastici vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas
virtute irrumpere iniquitates. Ibi dicit glosa: idest cuius per alas vires perpende et per quantitatem virium
tuarum aliorum suscipe vel dum delectaris glorie loco fiat subditus actor ruine. Oportet prelatum esse
inflexibilem esse. etas vero puerilis vel iuvenilis tenera est. Initium sicut virga antequam adul-
ta sit flexibilis est. Vnde glosa super illud ecclesiastes .x. Ve tibi terra cuius rex puer est. cuius etas levitati et
inconstantie proxima est. Tercio cavendum est ecclesie a promotione iuvenum quia incertum est quales
futuri sunt. Vnde proverbiorum penultimo. Tria sunt difficilia mihi et quartum penitus ignoro. Viam aquile
in celo viam colubri super terram. Viam navis in medio mari. et viam viri in adolescen-
tia. et si valde incertus sit volatus aquile in celo eo quod divertat se ad cadaver. et incertus
cessus serpentis quod tortuose incedit. et via navis in medio mari. quia variatur secundum quod
ventus variatur. nullum tamen horum dicit se Salomon penitus ignorare. sed solum viam viri in
adolescentia. Vnde sapientiores Salomone videntur se facere illi qui propter signa aliqua bona
que videntur in iuvenibus asserunt eos futuros bonos. et faciunt eos promoveri non at-
tendentes quod oportet columpnam prius robur suum accepisse quam ponatur in edificio. Sibi enim
non accipiet robur. illi etiam qui boni in prelatione bonitatem suam amittunt vel per super-
biam vel per aliquod aliorum viciorum. Vnde de superbia habetur .j. ad Thimotheum iij. non neophitum
ne in superbiam elatus incidat in laqueum diaboli. Vbi dicit glosa. in arrogantiam que est
ruina diaboli incidunt qui primo ore nondum discipuli fuerint magistri. tales volupta-
tibus vacant. Vnde post idem ecclesiastes .x. Ve et terre cuius rex puer est. subditur et cuius princi-
pes mane comedunt. et super illud ecclesiastes adolescentia et voluptas vana sunt sicut
dicit Ieronimus. quod voluptas carnis comes est adolescentie ignis concupiscentiarum quasi aliter
in iuvenibus est cum igni ministrantur. materia quam prelati efficiuntur. hunc enim divi-
cias que sunt materia eorum et habent mulieres quarum custodes fiunt. Vnde consequens est

ut gule et luxurie incendant ex quo gallo non succincto lumbos galline traduntur unde per quibus
cogitare quod ex hoc possit sequi prius temptandi esse qualiter ipsi regerent se prius quam alii regendi com
mitterentur eis. Unde Aug. prius vide si nosti diligere teipsum et committo tibi proximum sicut teipsum. Si
autem non nosti diligere te timeo ne despicias proximum sicut te. Attendendum est esse antequam committetur
alicui familia ad pascendum an habeat unde eam pascat. Ridiculum est quod famelici et nudi vesti
menta et alimonia aliis promittunt. ulcerosi medicos se iactant. possunt dicere tales illud Ysa. iii.
Non sum medicus et in domo mea non est panis etc. ¶ Quarto cavendum est ecclesie a promotione
iuvenum propter derisionem hostium deridentium eam. Per ecclesia ab inimicis suis cum ipsa senium simulat pu
ero et habeat pro sponso quem debeat portare in gremio et lactare lacte simplicis doctrine et per ei
dici illud Ps. pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Quod enim debuit nubere alicui qui pater possit esse ipsa
nubit illi cui opus est nutrice. ¶ Quinto cavendum est ecclesie a promotione talium quod scandalizatur
populus de talium subita promotione. Unde super illud i. ad Thy. iii. non neophitum etc. dicit glo. Heri in
theatro hodie in ecclesia. vespere in circo hodie in altari. dudum fautor hystrionum nunc consecra
tor virginum. Et quod legitur ibi opus est patrino in palatium descensorem et cui opus est pedago
go in instituunt doctorem. ¶ Sexto cavendum est ecclesie a tali promotione que facit senectus
coronat quidam in ecclesiasticas dignitates sicut pueritia que deturpat eas. ¶ Ad primum pertinet quod legitur
eccl. xxvi. Quam speciosum canicie iudicium et presbiteris cognoscere consilium. quam speciosa veteranis
sapientia. ¶ Ad secundum pertinet illud quod dicitur quidam de leone vero cum quosdam ornare vellet non
ipsos ornavit sed ornamento deturpavit et in veritate cum presbiter idem sit quod senior ordo sacerdotalis
ad senes iure pertinere et qui contra videntur dici de aliquo cum dicitur esse iuvenis presbiter. Idem enim est ac
si diceretur iuvenis senior. Unde David in ps. cathedram senio attribuit dicens et in cathedra
seniorum laudent eum. ¶ Septimo cavendum esse ecclesie ab huiusmodi promotione quod multis exemplis
monetur ad hoc. Primo exemplo domini qui xxx anno incepit agere opera que ad prelatos pertinent
differt donec maior pars fructuum esset collecta. Sic cum confessio preparat ad fructum bo-
norum operum fatuus est qui confessionem vult differre donec maiorem partem fructus xle
collegerit. Idem facile est videre in purgatione segetum. Nullus enim differt purgationem segetum
in agris donec maiorem partem fructus messuerit. ¶ Item tales tunc primo medico spirituali
infirmitatem anime ostendunt quando casualiter medicinas sibi exhibuerit et quando tempus ap-
tum curationi vel ex toto vel ex maiori parte preterierit. ¶ Item tales tunc primo ferrum de
vulnere movere volunt quando iam curationem impediunt cum tamen dicat auctoritas. Quod dum
ferrum est in vulnere non est malagma apponere. dum peccatum est in homine et dum hoc est non valent
opera que homo facit ad vitam eternam. ¶ Tales etiam in cibo domini apponunt fel. iuxta illud psalmi.
Dederunt in escam meam fel. id est amaritudinem peccati. In escam domini fel dat qui bonis operibus
quibus deus debet delectari peccatum admiscet. Et ut breviter dicam quando ieiunium amiserit tunc primo
ad illud preparare se volunt. ¶ Fatuus reputaretur ille qui crucem transmarinam susce-
pisset et nollet confiteri donec perfecisset peregrinationem suam. cum premenda est peregrinationi
confessione ut sit deo gratior et ut similiter ieiunium. ¶ Tales etiam tunc primo vas lavare
volunt cum iam vinum infuderint et non evacuata materia morbum curare presumunt

Tales prius redemptionem suam in magna parte exsoluunt quam de liberatione sua tractauerunt.
unde accidit ut soluta magna parte redemptionis adhuc ex capti sunt a diabolo sicut prius. tales
morsum serpentis infernalis uolunt sanare adhuc ueneno in eis remanente.

De uitio tarditatis

Sequitur de tarditate que est vi. uitium pertinens ad accidiam. Sicut tardus accidiosus
differt inchoare opus quod facturus est sic tarde procedit in opere iam inchoato. ¶ Sex uero sunt que
possunt dissuadere uitium tarditatis. ¶ Primum est ipsa angustia siue breuitas presentis temporis. unde
in eccl. Noli contractari in tempore angustie. ¶ Secundum est uelocitas ipsarum rerum que uelociter
qui cursum pertranseunt unde sap. v. Transierunt omnia illa tanquam umbra et tanquam nuncius
percurrens. ¶ Tertium est uelocitas et uelocitatis strenuitas quam mali habent in eis que sibi inutilia
uel noxia sunt. unde i. prouerbiorum. Pedes eorum ad malum currunt et festinant ut effundant sangui-
nem. et psalmus. ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Item eunuchus. Impiger extremas currit mercator
ad indos. per mare pauperiem fugiens per saxa per ignem. et Bernardus. Magna confusio. ardentius
desiderant seculares semper uitiosa quam nos utilia. alacrius currunt ad mortem quam nos ad uitam.
unde cum in passione domini ceteri apostoli sompnolenti essent ut legitur xxvi. capitulo. solus iudas sompno
non opprimebatur sed procurabat ut eos adduceret qui dominum comprehenderent. ¶ Quarta est magna
offensa dei que ex tarditate ista incurritur. unde x. prouerbiorum. Sicut acetum dentibus et fumus oculis sic
piger hiis qui miserunt eum in uia. Sicut acetum molestum est dentibus et fumus molestus est oculis
sic deus molestatur in nimia tarditate eorum qui sibi seruiunt. nec mirum cum uideat eos
qui strenui erant antequam ad seruitium eius uenirent tunc tardos et pigros fieri cum ad eius
uenerunt cum uolare deberent. iuxta illud ysa. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitu-
dinem assument pennas ut aquile uolabunt et non deficient. ¶ Quintum est magna gratia
quam habent apud dominum seruientes dei qui ei uelociter et strenue seruiunt. unde xxii. prouerbiorum. uidisti
uirum uelocem in opere suo coram regibus stabit nec erit ante ignobiles. ¶ Sextum est utili-
tas quam habent tales ex sua uelocitate et strenuitate. opera enim illorum non impediuntur uel tedio uel
alia de causa cum perficiantur. unde ix. eccl. Omni opere tuo esto uelox. et omnis infirmitas non occurret.

de negligentia

Sequitur de negligentia que est vii. uitium pertinens ad accidiam.
et attenditur in hoc negligentia quod homo non curat qualiter opus inchoatum faciat utrum bene
uel male. sed hoc solum curat ut ab onere laboris inchoati se expediat. Negligentia uero hoc modo sump-
ta contraria est diligentie et attenditur diligentia in hoc quod homo ad hoc studeat quod opus incho-
atum bene fiat. De hac diligentia commendatur mulier habens x. dragmas. luc. xv. ubi sic legitur de ipsa
quod amissa dragma una accendit lucernam et euertit domum et querit diligenter donec inueniat.
ad hanc diligentiam monemur xxvii. prouerbiorum. ubi sic legitur. uigil diligenter agnosce uultum pecoris tui.
¶ Sex uero sunt que possunt ualere ad detestationem negligentie. ¶ Primum est illud ie. xlviii.
Maledictus qui facit opus dei fraudulenter. uel negligenter secundum aliam litteram quam litteram ponit
glossa interlinearis. super illud uerbum fraudulenter. ¶ Secundum faciens ad detestationem huius negligentie. diligentia quam habent

creature et rationales circa opera sua. Diligentia quam habet natura circa fructus arborum satis patet per hoc quod eos ita obuoluit duris uel amaris dulcedinem intus reponens. Diligentia etiam quam habent animalia ad fetus suos satis est manifesta. ¶ Tertio potest ualere ad detestationem negligencie diligentia quam homines circa ea que pertinent ad utilitatem corporis uel ad honorem mundi uel circa ea quibus intendunt placere alicui homini. De illis autem solum que propter deum fiant non curant homines qualiter fiant. De negligencia malorum legitur capitulo ii. ubi sic legitur de herode. Diligenter didicit ab eis tempus stelle et subdit. ite et interrogate diligenter de puero. ¶ Quarto facit ad detestationem huius uicii sublimitas personarum coram quibus negligencia talis committitur quia coram deo et angelis eius committitur. Magna diligencia adhibenda esset in psallendo et aliis operibus que fiunt coram deo specialiter et angelis eius. unde in psalmo. Quoniam rex omnis terre deus. psallite sapienter. Et sapiens tanto maiori studio placendi opus est quanto maior est cui placendum est. et deus. In conspectu angelorum psallam tibi. et in canticis. Que habitas in ortis amici ascultant te. amici isti angeli sunt qui psallentes ascultant te. ¶ Quinto potest ualere ad detestationem negligencie utilitas magna que prouenit ex diligencia in seruicio diuino. plus enim ualet una oratio bene facta quam mille cum negligencia facte. plus etiam ualet una dies ieiunii si fiat eo modo quo debet quam ieiunia x. annorum si in mortali fiant. ¶ Sexto facit ad detestationem negligencie hoc quod diligencia in seruicio dei ualde honorificata est a deo. unde prouerbiorum xii. Mulier diligens corona est uiro suo. Anima que debitam diligentiam adhibet in dei seruicio glorificat christum qui est sponsus animarum. sicut corona reddit gloriosum illum cuius capiti imponitur. Precipue uidetur facere ad detestationem negligencie hoc quod ex negligentia ista prouenit quod ex seruicio illo unde deberet acquirere apud deum gratiam reportet eius offensam. Contra hanc negligenciam duo sunt specialia remedia. ¶ Primum est timor. unde ecclesiastes vii. Qui timet deum nichil negliget. ¶ Secundum est amor dei. Qui enim deum perfecte diligit diligentiam adhibet in eis que ad eum pertinent. Sicut ille qui aliquem recipit in hospicio quem multum amat et de susceptione letus est cum magna diligencia preparat que ei necessaria sunt. unde ecclesiastici xxxi. Splendidum dedit cor bonum in epulis. Epule enim illius diligenter fiunt.

De tribus que impediunt diligentiam studii

De negligentia studii specialiter notandum est quod tria sunt que impediunt illud. ¶ Primum est nimia uelocitas. Quidam enim sunt qui cum cursum confundant ea in quibus student nec possunt expectare donec ueritas quam ipsi querunt sibi occurrat. Similes pilato de quo legitur xviii. Johannis quod cum quesiuisset a domino quid esset ueritas exiuit ad iudeos non expectata domini responsione. Quod autem talis uelocitas diligentiam studii impediat ostendit sapiens nobis dicens. Nichil magna rerum natura cito effici uoluit proposuitque pulcherrimo operi cuique difficultatem nascendi. hanc legem fecit ut maiora animalia uisceribus parentum diutius sit tardior dum diligens sit stilus queramus optima non protinus gaudeamus se offerentibus repetenda sepius erunt scriptorum proxima. Sic namque melius iunguntur prioribus sequentia omnia nostra. dum nascuntur placent sed reddantur ad iudicium cito non fit uerbum scribatur et bene scribendo non fit cito. ¶ Secundo impedit diligentiam studii

curiositas que uult uidere omnia que sequuntur contra quam remedium est animo uelud quoddam
frenum imponere et non permittere uagari ad sequentia. unde sapiens. Resistamus et prudeamus
ut offerentes equis frenis quibusdam coherceamus. Oculus cordis semper noua uidere appetit
sicut et oculus corporis. iuxta illud ecclesiastes. Non saciatur oculus uisu nec auris auditu. totum responden-
dus est. ¶ Tercio impedit diligentiam studii fatigacio. unde bonum est ut cum aliquis uidet
se fatigatum contra materiam aliquam studendo quod ipse quiescat et post quietem ad eandem
materiam redeat. unde sapiens obstat diligentie. scribendi et fatigato non dubium est opti-
mum emendandi genus esse si scripta in aliquod tempus reponantur ut ad ea post inter-
uallum aliquod uelut noua atque aliena redeamus. et ut nobis tanquam recentes fructus blandiantur.

Sequitur de uicio viii. pertinente ad accidiam quod possumus **de uicio inperseuerantie**
uocare uicium inconsummacionis seu inperseuerantie. hoc uicio laborant illi qui raro ad perfectio-
nem ducunt aliquod opus quod inchoant. ¶ Quod detestandum sit hoc uicium. ¶ Primo potest ualere exemplum
christi. de quo legitur math. xxvii. quod obtulerunt ei iudei quod crederent in eum si de cruce descenderet.
ipse uero et pro tanto munere sibi oblato noluit opus redempcionis nostre inconsummatum relinquere.
ad idem potest referri quod ipse dicit io. iiii. Cibus meus est ut faciam uoluntatem eius qui misit
me et perficiam opus eius. et io. xvii. Ego te clarificaui super terram opus consummaui quod dedisti
michi ut faciam. Legitur et xxxii. deut. quod dei perfecta sunt ~~omnia~~ opera. ¶ Secundo potest ualere ad detestacionem huius uicii
hoc quod hoc uicium adeo placeat diabolo cuius signum est hoc quod ipse tantum conatur ad hoc ut
homines non perseuerent. unde dictum est serpenti gen. iii. Tu insidiaberis calcaneo eius. id est fini. cui pre-
cipue diabolus insidiatur. sciens enim finem optimum esse in re. et certa ab eo habet potestatem suam. ideo
finem precipue impedire conatur. ¶ Tercio potest ualere ad detestacionem huius uicii hoc quod uicium illud ualde est
nociuum est homini. Quasi enim perdita sunt certa que facta sunt nisi finis sequatur. ~~ps~~. Parum enim
prodest fundamentum et parietes fecisse si tectum non sequatur. Parum enim prodest per mare laborasse
nauigando si nauis perierit cum portui proxima per leucam unam fuit. prouerbiorum. xviii. dicitur. Qui
mollis est et dissolutus in opere suo frater est opera sua dissipantis. quasi enim idem est si ea non perficit.
Nec solum est dampnosum uicium illud homini sed et uerecundum et irrisione dignum. Dicitur enim
iste homo cepit edificare et non potuit consummare. secundum quod legitur luce. xiiii. Indecens animal sine cau-
da et ridiculosum ut patet in simia. sic opus sine consummacione. ¶ Ultimo potest ualere ad detestacionem huius uicii
magna utilitas que prouenit ex perseuerancia. Tantum enim ualet ultimus dies quo aliquis
bene uiuit quantum omnes dies precedentes quantum ad hoc. quia si illo die male uixisset tota uita
precedens perdita esset. Sola perseuerancia hominem saluat dicit beatus Bernardus. Quod sola perseuerancia est
singularis filia summi regis. Illa enim sola heres est regni eterni. **De uicio remissionis**

Sequitur de uicio remissionis quod est nonum uicium pertinens ad accidiam. hoc uicio la-
borat ille qui cotidie remissior efficitur. Si inchoat aliquod opus. ¶ Primo die aliquantulum
strenue operatur. ¶ Secundo die minus. ¶ Tercio minus. et ad ultimum nichil. De tali dicitur xxii. ecclesiastici.

filia fatua in deminoratione fiet. filia fatua est anima sale sapientie non condita semper que decrescendo
procedit. Sicut econtrario uita iusti procedit crescendo. unde prouerbiorum iiii. Iustorum semita quasi lux splendens
procedit et crescit usque ad perfectum diem. et xxi prouerbiorum. Cogitationes robusti in habundantia. Homo
robustus cotidie aliquid lucratur contra hostes suos spirituales. Remissus uero cotidie aliquid amittit.
Remissionem uero istam ¶ Primo sequitur paupertas. unde prouerbiorum x. Egestatem operata est manus re-
missa. Manus autem fortium diuicias parat. ¶ Secundo sequitur remissionem istam seruitus maior.
unde xii prouerbiorum. Manus fortium dominabitur: que autem remissa est tributis seruiet. Sequitur et remissio-
nem istam frequens fractio propositi. unde Seneca. Arcum frangit intensio uel remissio. De

Sequitur de x uicio quod pertinet ad accidiam quod possumus uocare dissolucionem. hoc vicio
uicio laborat ille qui inueniens difficultatem in suo regimine se dimittit omnino absque dissolucionis.
gubernatione. iuxta illud prouerbiorum xxiii. Eris sicut dormiens in medio mari et quasi sopitus guber-
nator amisso clauo. Talis animum suum non recolligit. dispersus enim est et diuisus adeo quod non tenet
se adeo unum frustrum cum alio. unde xxii ecclesiastici. Qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam
in minutas partes confracta non de facili conglutinatur nec animus hominis dissoluti de facili re-
colligitur. est enim tanquam puluis quem proicit uentus a facie terre. si aliquod bonum uel sciencia uel aliud illi
infunditur nichil in eo retinetur. est enim uelud dolium non ligatum. unde xxi ecclesiastici. Cor fatui
quasi uas confractum et omnem sapienciam non tenebit. ¶ Ex hac dissolucione sequitur penuria omnium
bonorum. unde xix prouerbiorum. Anima dissoluta esuriet. Solet autem uicium illud prouenire ex quadam
diffidentia de deo. uidentes enim aliqui infirmitatem suam diffidunt posse regere se ipsos quia
de diuino auxilio non confidunt. unde ecclesiastici ii. Ve dissolutis corde qui non credunt deo et ideo non pro-

Sequitur de xi uicio quod pertinet ad accidiam De incuria. tegentur ab eo.
quod possumus uocare incuriam. hoc uicio laborat ille qui suorum debitam curam non habet.
Talis sua non excolit culta non colligit collecta non custodit. Et notandum quod sapientia conseruan-
di non minus ualet ad hoc quod aliquis ditetur et habundet quam sapientia acquirendi. Unde quidam
sapiens. non minor est uirtus quam querere parta tueri. Parua uasa quandoque tenent licet habundanter
recipiant tamen non implentur ut patet in cribro uasa uero magna que tenent licet non ita ha-
bundanter recipiant paulatim replentur. Scriptor unus totam bibliam scribendo in anno
uno sibi acquirit quantum aliquis per totam uitam suam addiscere non potest. et tamen aliquis citius ad-
discit unam propositionem quam scriptor scribat unam dictionem. Sed hoc ideo accidit quia illud quod addiscitur
non memorie retinetur. Unde ei qui in studio uellet proficere summe necessarium esset ut illud
quod addisceret pro posse suo memorie infigeret. deinde quia memoria labilis est scribentem et quasi
de pergameno aliquam memoriam sibi faceret. prouerbiorum ii. prodest quod aqua ita de facili impressiones
recipit cum eas non custodiat De ignauia.

Sequitur de xii uicio quod pertinet ad accidiam quod possumus ignauiam uocare. hoc
laborat ille qui pocius eligit in miseria magna permanere quam aliquantulum labo-

ris subire et possumus assignare .xii. ignavias que solent inveniri in hominibus accidiosis. ¶ Prima
est quod homo accidiosus potius eligit carnes suas comedere quam labore acquirere quid comedat. Unde
Eccl. iiii. Stultus complicat manus suas et comedit carnes suas dicens. melior est pugillus
cum requie quam plena utraque manus cum afflictione et dolore animi. accidiosus quodammodo carnes
suas comedit cum potius vult eas attenuari paupertate et inopia quam labore proprio acquirit quod sibi
necessarium est. ¶ Secunda est quod potius eligit fame perire quam laborem pascendi se sustinere. Prov.
xvi. absconditur piger manus suas sub ascella et laborat si ad os suum eas convertat. ¶ Ociosus
totus famelicus est ut prius ostensum est. fames non ei sedaretur si operaretur. Unde cum pigritatur
operari ut famem repellat quodammodo vult se potius famelicum esse quam laborem pascendi se susti
nere. ¶ Tercia est quod ipse potius eligit illotis manibus manducare quam in ablutione aque
aliquantulum laborare. Hec ignavia manifeste potest videri in eis qui per totum annum inmundi come
dunt quia manus suas id est opera sua per confessionem lavare nolunt. ¶ Quarta est quod cum ipse a
demonibus ad patibulum infernale trahatur non vult cum se signare cruce penitentie ut ab eis li
beretur. ¶ Quinta est quod cum stillicidium pravarum cogitationum super oculum cordis cadere sentit pre
nimia pigricia oculum non advertit. sed eum stillicidio corrumpi permittit. ¶ Sexta est quod
si ignem pravi desiderii super pedem affectus cadere senserit ipse potius eligit quod ignis pedem su
um comburat quam ut ipse laborem excuciendi ignem sustineat. ¶ Septima est quod cum dominus
offerat ei et bona gratie et bona glorie. ipse tamen ex pigricia suscipiendi ea remanet in sua pau
pertate. Unde Eccl. xv. ante hominem vita et mors bonum et malum quod placuerit dabitur illi. ¶ Octa
va est quod ipse potius eligit in lecto per annum permanere quam insurgendo aliquantulum laborare
contra ignavia quod per pigricia aliquis iaceat in luto qui posset iacere in lectulo florido. Unde in
Cant. lectulus noster floridus. ¶ Nona est quod postquam ipse posuit unum pedem id est intellectus
vel boni propositi in via mundicie alium tamen pedem id est affectus inopis differt movere per duos
annos vel amplius tamen remanens in inmundicia ex pigricia removendi pedem illum. mul
ti enim sunt qui postquam iudicaverunt bonum esse inchoare novam vitam. et proposuerunt
vel voverunt se ingressuros religionem tamen differunt multis annis implere id. ¶ Decima
est quod cum ipse in profundum stulticie ceciderit potius tamen eligit ut stulticia submergat eum quam
ut ad occupationem per quam evadere possit manum extendat. Seneca. a stulticia nemo emer
git nisi manum extendat ad laborem. ¶ Undecima est quod cum ipse potius eligit per aquam di
viciarum et deliciarum ire ad mortem suam quam aliquantulum laborando per terram siccam paup
ertatis ad portum pervenire vite. divicie et delicie quasi aque sunt tendentes ad mare infer
ni. Ideo prohibemur ponere pedem nostrum super aquam in Ps. ubi. divicie si affluant no. c. ap.
¶ Duodecima est quod ipse potius eligit in carcere in mundo in quo ad mortem servatur remanere
quam per evasione sui laborem exeundi sustinere. carcer iste est carcer peccati. De indevocione.
Sequitur de vicio indevocionis quod est .xiii. et est indevocio quedam ariditas spiritualis

vnde in ps. aīa mea sicut tīa sine aq̄ tē. ⁊ in ysa. xi. aīa nr̄a arida est nich̄ respiciunt oculi nr̄i
ī manne. puenit aūt ista ariditas multis de causis. quiq; ex sup̄bia que est mons gelboe in
qua nec ros nec pluuia descendit. Vnde b̄. loquens in psona eius qui deuotōne amisit occasiōne
sup̄bie. dicit ab heu ⁊ nudius t̄cius inuasit me languor aīe ⁊ inde hebetudo insolita quedam ī
heretica spē. sup̄bia inuenta ē in me ⁊ deus declinauit a seruo suo in ira nō ↄpungi ad lacri
mas q̄m tanta est duricia cordis nō sap̄. ps. nō lege libet nō orare delectat meditatōnes
solitas nūc inuenio. ideoq; ad opus manuū piger. ad uigilias sompnolentus ad iram p̄ceps
ad odium p̄tinax lingue ⁊ gule. indulgencior segnior q; ⁊ obtusior a p̄dicatōne. heu om̄s
montes in circuitu. tercio uisitat dn̄s ad me aūt nō ꝓpinquat. Qm̄ aūt puenit ariditas ista
ex defectu cibi spūal. aruit cor meū q2 oblitus sum co. pa. me. puenit ⁊ quiq; ex accidia cū
cetere creature ex ocio impinguant. ⁊ ex labore attenuent. aīa h̄uana econtrario ex labore impin
guat ⁊ ex ocio ⁊ deliciis attenuat. Vnde pu. xiii. uult ⁊ nō uult piger. aīa aūt laboran
cium impinguabit. q2 ideo accidit q2 bona opa cibus sunt eorum qui eam faciunt. Vnde uita
spūalis sustentat ⁊ roborat. hoīes qui paciunt istam spūalem ariditatem. duri sunt six
quiter ad ea que sunt preciosis ⁊ inflexibiles ad ea que sunt obedie. dura enī facilius fran
gunt q̄m flectant si ad ignem tribulatōnis ponant uel spūal pinguedinis carent. q2
nec gaudent nec gr̄as agunt. s; ⁊ statim ardent ⁊ exurunt p impaciam ad modicū fla
tum temptatōnis igne pcti succendunt. ad bona opa steriles sunt que aliis q̄ facilia
sunt uel ⁊ iocunda eis uident eis importabilia. sicut panis aridus transglutiri nō p̄t q̄ tū
adiutorio liquoris delectabilis efficitur. De tristicia diuino seruicio.

Sequit de tristicia que est xiiii. uiciū ptinens ad accidiam. Et notand q2 tristicia est
uiciū ualde detestabile in seruicio diuino. Valde enī displicet deo. ⁊ dyabolo ualde placet
⁊ hoī ualde nocet. Primū patet p co. ii. cor. ix. hylarem datorē diligit deus. econtrario tristē
datorem odit deus. ⁊ merito. tristicia enī in seruicio dei est q̄si absinthiū potuū in esca do
mini. bonū enī opus esca dei est sicut ostensum est prius. preterea. cū omnia bona nr̄a di
uine ⁊ solū ea que de manu eius accepimus demus ei sine tristicia debemus eē cū oportet nos ei da
re. ꝓrem cū eis qui nullius ualoris uel parui sunt pua uel nulla occōne adeo leti efficia
mur. satis p̄t displicere deo ut eius obsequio ubi tot sunt cause leticie letificari nō possimus
cause leticie quas debemus h̄re in diuino seruicio. hee sunt cāe. q2 tanto dn̄o seruim9 c̄
seruire regnare est ⁊ q2 in domū dei imus. Vnde d. letatus sum in hiis que dic. s. m. in
do. do. ibi ⁊ q2 tm̄ lucramur. s. gl̄iam etiam. Vnde in ps. Et cantent in uiis dn̄i quo. m.
ē glo. do. q̄d ū tristicia ista ualde placeat dyabolo p̄t ostendi p sum̄ simili. s. p h; q2 leticia spūa
lis ualde ei displicet. Vnde i. Re. iiii. dn̄e phylistum. Ve nobis. nō enī fuit tanta exul
tatō heri ⁊ nudius tercius. Ve nobis. Beatus antonius dicit q2 unica ratō uincendi inimicū est
leticia spūalis. legit mach. iii. de iuda q2 p̄liabat plm̄ israel cū leticia. ⁊ subdit q2 di

latauit gloriam populi sui. Nocet enim ista tristicia homini tripliciter. scilicet eum affligendo. Unde prov. xxv. Si-
cut tinea vestimento et vermis ligno. sic tristicia viri nocet cordi. Nocet enim homini eum exceca-
do in hiis que ad dominum pertinent. Unde in vitis patrum. Vincula pedis impedimenta sunt cur-
soris. et tristicia impedimentum est divine visionis. Nocet enim tristicia spirituali occidendo. frequen-
ter enim occasio alterius peccati. Unde eccl. xxx. Tristiciam longe expelle a te. multos enim occidit

Sequitur de tedio vite quod est xv. vicium pertinens ad accidiam. **De tedio vite.** ¶ Tristicia
est proveniens ex longa tristicia in divino servicio. postquam enim aliquis tristiciam patitur
paulatim corrumpitur adeo ut non solum displiceat ei deo servire sed etiam vivere. Notandum tamen est
quod tedium huius vite frequenter provenire ex diversis causis. quandoque enim provenit ex dei amore et desiderio celestis
patrie. Unde Greg. Sancti gemunt tollant quicquid non sonat id quod amant. Quandoque etiam provenit ex
consideratione malorum quibus mundus plenus est. Unde eccl. ii. Taeduit me vite mee videntem ma-
la universa esse sub sole. et cuncta vanitatem et afflictionem spiritus. Et eiusdem iiii. Vidi calumpnias que
sub sole geruntur et lacrimas innocencium et neminem consolatorem et non posse resistere eorum
violencie. etc. Quandoque venit tedium vite ex vehemencia tribulationis. Unde Job x. Tedet a-
nimam meam vite mee. et ad Cor. i. Supra modum gravati sumus ita ut tederet nos etiam vivere. Quandoque etiam provenit
ex accidia ad quod possumus referre quod legitur Reg. xix. de Helya qui petivit anime sue ut moreretur
proiecitque se subter unam iuniperum et obdormivit. et ecce angelus domini tetigit eum. et subditur quibus-
dam impositis quod iterum obdormivit. **De desperatione.**

Sequitur de desperatione que est ultimum vicium pertinens ad accidiam. Solet enim provenire
desperatio ex nimia tristicia. Unde prov. xvi. In merore animi deicitur spiritus. scilicet in profun-
dum desperationis. et xvii. eiusdem. Spiritus tristis exsiccat ossa. Tristicia enim fortem animum exsic-
cat ab humore gratie ut per peccatum valde displiceat deo. Unde in eccl. Felix qui non habuit ani-
mi tristiciam et non excidit a spe sua. Et notandum quod peccatum desperationis valde displicet deo
Unde dicit Jero. super ps. cviii. quod magis offendit Iudas dominum in hoc quod se suspendit quam in
hoc quod dominum tradidit. Valde etiam placet dyabolo quod ille qui dicit verbum desperationis dicit malum
verbum quod dico illi qui victi sunt et ideo dyabolo valde gratum est qui est adversarius nostri
hominis. et valde nocet quod peccatum hoc homini aufert quasi totam fortitudinem. Unde prov. xxiiii. Si
desperaveris in die angustie lapsus minuetur fortitudo tua. Multum valet spes seu fidu-
cia in deo ad fortitudinem. Unde Ysa. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Dei enim fortitudo
quodammodo eorum efficitur quia de ipsa satis eis subvenitur. Ideo in ps. Sperans in domino non infir-
mabor. Cum fortitudo dei sit eorum qui sperant in deo sicut deus non infirmatur ita nec
illi qui in deo sperant. Hac de causa dictum est in ps. Non delinquent omnes qui sperant in eo
Sicut vanitatis est fulcimentum negare innitenti. ita veritatis est non negare. Unde
cum deus veritas sit confidenti de se non negat auxilium. ideo ipse dicit in ps. Quoniam in
me speravit liberabo eum. **De remedio contra desperationem.** Summum remedium contra peccatum despa-

tonus est memoria dominice passionis. Unde B. peccavi peccatum grande conscientia mea turbabitur set
non perturbabitur quoniam vulnerum domini recordabor quid tam ad mortem quod non xpi morte solua
tur. Si in mentem venit tam potens tamque efficax medicamentum nulla iam possum mor
bi malignitate terreri. Secundum est remedium consideratio magne virtutis quam habet penitentia
est enim penitentia medicina contra quam nulla spiritualis infirmitas prevalet. Eccl. x. Si spiritus potestatem
habentis super te ascenderit locum tuum ne dimiseris quia curatio cessare facit peccata maxima.
Et beatus martinus legitur dixisse dyabolo. Si veniam penitentiam posses habere adhuc consequi posses veniam.
Tertium remedium est illarum personarum cum quibus dominus legitur misericorditer egisse. Unde B. odore tuo in mansu
etudine que in te predicatur currimus post te domine ihesu audientes quod non spernis pauperem non
horreas non horruisti confitentem latronem non lacrimantem peccatricem non supplicantem cha
naneam. non deprehensam in adulterio non sedentem in theloneo. non supplicantem publicanum
non negantem discipulum non persecutorem discipulorum. non impios crucifixores tuos. in odore
unguentorum tuorum currimus. Per hoc quod valet contra desperationem videtur quod legitur luc. xv. Dico vobis. gau
dium est angelis et cetera. ad idem valet quod legitur de filio prodigo. de quo dicitur quod cum adhuc longe esset vi
dit eum pater eius et misericordia motus est et occurrens cecidit super collum eius et osculatus est eum. Preterea
quis dominus exheredatus a terra sua et hominibus suis non gaudeat de eorum recuperatione. Similiter ergo non
gaudebit dominus de conversione peccatorum. ad idem valet si ostendatur magnitudo odii quod habet deus
contra peccatum. de quo dictum est supra in principio. Ex hoc patet quod destructio peccati plus placet deo quam ipsi
peccatori. Preter istam divisionem peccatorum cuius membra iam prosecuti sumus. sunt multe alie divi
siones pertinentes ad peccatum accidie quas pretermittemus ubi quod de una hic tangemus. De accidia
Notandum ergo quod accidia potest dividi in accidiam secularium et accidiam claustralium. claustralium.
De accidia secularium nichil dicemus. sed contra accidiam claustralium ostendemus. xii. mala que in claustra
libus solent invenire ex peccato accidie. xii. mala que claustralibus proveniunt ex accidia.
Primum est quod licet die et nocte in ore habeant cibum regium qui de ore dei procedit. scilicet verbum dei.
tamen ex pigricia terendi illum famelici remanent nec reficiuntur de cibo illo. Item aroma
ta nocte et die versantur et tamen ex pigricia applicandi olfactum odore eorum non confortantur. Sacra
scriptura est apotheca est spiritus sancti. Unde eccl. xxiiii. de sapientia. Sicut cinamomum. bal. a. o. d. Secundum
est quod cum ipsi de nocte sint et de die in colloquio cum deo. permittunt tamen multos dies transire
quod non aperiunt oculos cordis ut videant quis loquatur cum eis vel quid loquatur. Sic dicit Greg.
Cum oramus ipsi cum deo loquimur. cum legimus loquitur nobiscum deus. Magna ergo pigricia est non
attendere cum quo loquimur quando cum deo loquimur precipue cum ipse moneat nos ad hoc dicens. Va
cate et videte quoniam ego sum deus. Tertium est quod ipsi non proficiunt in hiis que religionis
sunt immo quanto diucius in religione sunt tanto magis dissoluti sunt quod valde verecundum
est sicut in scolis diu esse et in scientia non proficere. Tales religiosos non iuvat assuetudo ut
faciant melius ea que religionis sunt. sed potius nocet. quanto enim orant diucius tanto orant in

deuotius. Quartum est quod quanto diutius deo seruiunt tanto minus certi sunt quod hanc gratiam ipsius et in iudicio satis dolere. Pro qui reliquid mundum ut deo seruiret et diu seruiunt et nullam cum eo familiaritatem habent pauca uel nulla signa habent quod seruicium eius sibi placeat. Inmundum tamen accidit quod dominus minus bonos consolatur et tamquam infirmos et tamquam eos qui in propriis expensis non sufficiunt ei seruire. Meliores uero inconsolatos relinquit tamquam fortiores et tamquam eos qui propriis expensis sibi seruire sufficiunt. Unde Luc. xv. ait maior filius patri. Ecce tot annis seruio tibi et cetera. Et respondit pater. Fili tu semper es mecum et cetera. Quintum est quod quanto diutius in camino paupertatis existunt tanto meliores et delicatiores exeunt. Caminus uasa lutea consolidat. Sic paupertas claustrales illos qui molles et delicati erant in seculo consolidare debet. Sed multi cum debent consolidari potius dissoluuntur quam tribulationes paupertatis et huiusmodi excoquunt et consolident. Patet hoc ex Vitas patrum. Ubi legitur quod cruda regula si ponatur in flumen dissoluitur, cocta uero non ita et ideo carnalem hominis sapientiam quod non est temptationis igne decoctus. Item Ysa. xlviii. Ecce excoxi te sed non quasi argentum. Excoquitur quidem sed quod excoquitur feces assumunt non deponit in camino paupertatis dominos suos uel eligit uel assumptos alibi reponit. Sextum est quod quanto diutius soli iusticie appropinquauerunt tanto frigidiores existunt et satis admirandum est. Unde sic accidit quod cum propriores fiunt tanto minus quam feruentiores esse debent. Sed timendum est ne nubes alicuius peccati interposita sic impediat uel ne per aliquem errorem fiat ut cum progredi debent regrediantur uel cum credunt appropinquare terre promissionis ab ea elongentur sicut accidit filiis Israel qui xxxviii annis in deserto errauerunt qui cum credebant appropinquare terre promissionis ab ea elongabantur. Septimum est quod quanto diutius existunt in loco impinguationis et saginationis spiritualis tanto magis macilenti inueniuntur. Locus in quo anime repleri debent pinguedine et adipe spirituali est pax et tranquillitas claustri. Sed accidiosi quanto magis ibi sunt tanto magis inueniuntur macilenti quod bene ostendit ignis tribulationis quem sustinere non possunt quin statim per iram exurant. Octauum est quod in statu in quo non solum currere sed et uolare debent uiri contemplatiui cum sint aues spirituales pigri et tardi efficiuntur et illi qui strenui erant in seculo immodum desidiosi efficiuntur in claustro. Nonum est quod in loco ubi maior est conflictus securi et sompnolenti efficiuntur. In maiori conflictu belli spiritualis sunt claustrales quam alii. Plus enim dyabolus gaudet quando cum claustralem aliquem ad hoc deducit ut mulierem mala intentione tangat quam gaudeat de adulterio unius hominis secularis sicut ostensum est prius in tractatu de luxuria. Unde claustrales non debent esse securi sed cum timore et sollicitudine salutem suam operari. Decimum est quod ipsi uolunt esse ociosi ubi minime locus est ocii. Licet aliquis tolleret quoque arbores steriles in terra sua deserta, tamen in terra bene culta sicut in orto non tollerat eas omnino. Sed constat quod claustrum est uelud quidam ortus conclusus. Iuxta illud Cant. Ortus conclusus soror mea sponsa. Unde in claustro minus tollerabiles homines quam in aliis locis. Undecimum est quod ibi procrastinantes et differentes fiunt ubi debent esse omnino parati. Sed si fatua est procrastinatio seu dilatio secularium in hiis que pertinent ad salutem eorum, quanto magis in claustralibus qui

iam sunt mortui iudicanda est fatua pertinatio [ ]pe correctionis vel meliorationis eorum
duodecimum est quod ibi precipue tristes sunt ubi precipue vel solum leti esse deberent. In divino ser-
vitio precipue locus est gaudii et vita illa que ibi precipue facit homo utilitatem suam. De reme

Sequitur de remediis contra acidiam. de quibus sufficiat ponere octo. licet diis contra acidiam. ooo
sint multo plura. Primum est occupatio manuum divisitas. hoc remedium habemus in vitis patrum ubi
legitur quod beatus antonius temptatus fuit spiritu accidie et residens in heremo dicebat. domine salvari
desidero sed vane cogitationes non permittunt me quid faciam in tribulatione vel quomodo debeam sal
vari dignare ostendere. et respiciens vidit quendam astantem torquentem funiculum qui sibi similis
erat. deinde ex opere surgentem et orantem et iterum sedentem et plectas facientem de palmis et inde
rursus ad orationem surgentem. erat autem ille angelus domini et dixit ei et tu ita faciens antoni sal
vabis. Secundum est consideratio pene future. hoc habemus in psalmo. Ier. i. Quid tu vides Ier. et dixit virgam
vigilantem ego video. virga evigilans a sompno vel pigricie vel accidie est consideratio pene fu-
Tercium est consideratio premii eterni. Unde dicitur. labor te terret vide mercedem. et Gen. xv. factus est sermo
domini ad abraham per visionem dicens. Noli timere abraham. ego protector tuus et merces tua mag-
na nimis. si terret pigrum labor attrahat eum merces. Secundum et tercium similiter habemus in vitis patrum
ubi dicitur quod quidam frater interrogavit abbatem achillem dicens. Cur sedens in cella mea patior acci
diam. cui senex. quia quod nondum vidisti requiem quam speramus neque tormenta que timemus. Si enim ea
inspiceres diligenter et non vermibus esset plena cella tua usque ad collum et in ipsis permanens sine acci
dia iaceres. Quartum est societas bonorum. hoc remedium possumus habere ex illo. exo. xvii. ubi dicitur quod
pugnante Iosue contra amalech orabat moyses. levans manus ad dominum cumque manus erant graves. hur
et aaron sustentabant manus eius ex utraque parte per quos figurantur duo genera hominum quorum socie
tas amanda est. per hur qui interpretatur lumen doctrine. per aaron qui interpretatur mons fortis signantur illi
quorum intuentu venit homini auxilium. Iuxta id. levavi oculos meos in montes unde veniet auxilium michi. illis ergo
qui manus habent graves ex accidia necessarium est ut habeant tales in societate sua qui eos exemplo
suo et doctrina illuminent et orationibus iuvent. Quintum est exemplum illius qui piger non
fuit. sed exultavit ut gigas ad currendam viam. hoc remedium habemus Mat. xxvi. ubi dominus ait
discipulis. non potuistis una hora vigilare mecum. cum domino vigilare est exemplo eius a sompno accidie
cavere. hoc remedio utitur apostolus ad hebr. xii. dicens. Recogitate eum qui talem sustinuit adver
sus semetipsum a peccatoribus contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes. Sextum est consideratio periculorum in quibus
sumus in presenti quod dominus insinuat. Mat. xxvi. dicit. Vigilate et orate. ne intretis in temptatio-
nem. Tria genera periculorum specialiter consueverunt homines excitare a sompno. periculum ignis aque et latro
num. que pericula spiritualiter sepe nobis imminent. non enim est dies in quo fluctus malarum cogi
tationum super caput cordis nostri non ascendant. non est et dies in quo ignis pravorum desideriorum in
domo consciencie nostre non succendatur. latrones semper et assunt. et illi qui deberent esse servientes
nostri depredantur nos. Unde Ier. Oculus meus depredatus est animam meam. Septimum est

quod docet nos dominus in leuit. vi. ubi dicitur. Ignis in altari meo semper ardebit quem nutriet sacerdos. Glo-
ma. p. s. de. uult deus quod semper in altari cordis ardeat ignis feruoris. hunc ignem debet nutrire
sacerdos in subditis suis ut quilibet in semetipso subdendo ligna per singulos dies recolendo
beneficia dei. quibus debemus reddere ut mala nostra recordando pro quibus deo satisfacere debemus. ut pre-
mia promissa que promereri debemus. Precipue debent in nobis istum feruorem accendere beneficia
que xpc nobis exhibuit in carne mortali assumpta. unde B. quid dulcius suaue cum recordatus fueris
infantilium necessitatum xpi. labor in predicando et cetera quis amplius gemet dicens. nimium
ieiunauimus cui nec millesime partis debitorum reddere ualeamus. Octauum et summum remedi-
um est gratia dei. hoc remedium insinuat B. super cant. ubi. trahe me dicens in persona eorum
qui pigri sunt opus huius tanti quod refrigescunt paulisper igne amoris. c. nec ualemus a
facie frigoris hic currere sicut heri nudius tercius. curremus postea cum reddideris leticiam
salutaris tui. cum redierit melior temperies gratie. Unde cum aliquis sentit se accidiosum. in-
stare debet orationi ut orando gratiam que ab eo expellatur. Et notandum quod omnia que dicta sunt
ad detestationem accidie possunt esse remedia contra accidiam. Ideo de remediis accidie hic finem facimus.

Sicut in uicio auaricie tractauimus de uicio prodigalitatis **De indiscreto feruore.**
Ideo quod auaricia et prodigalitas uicia sunt opposita. sic cum accidia tractabimus de indiscreto
feruore. accidia enim et indiscretus feruor quodammodo uidentur esse uicia opposita. Ad cuius detestationem
possunt ualere. Primo testimonia scripturarum sicut dicitur ad Ro. xii. Rationabile sit obseq-
uium uestrum. Tria sunt que exigunt ut homo cum discretione et rationabiliter deo seruiat. Pri-

Tria que exigunt ut deo discrete seruiatur


mum est nobilitas eius cui seruit persone. Unde honor regis iudicium diligit. id est iudicium discreti-
onis. Secundum est humana natura. homo enim rationalis creatus est. et ideo rationabiliter operari de-
bet. plus debet uinci sapientie quam fortitudini. bellum enim est uiribus decertare sicut dicit
philosophus. Tercio requirit hoc ipse hostis contra quem pugnamus huius. dyabolus enim contra hominem potius pug-
nat astucia et sapientia quam uiribus. fortitudinem et nos sapientia contra eum pugnare oportet non
uiribus. Vires enim non sufficiunt resistere sapientie. quia melior est sapientia quam uires et uir
prudens quam fortis. Sap. vi. Ad signandum quod non placent deo opera sine discretione facta. non
offerebatur in lege animal cecum. Ideo et in omni sacrificio offerebatur sal sale condimentum cibi. ut
hominibus bene sapiant. per quod significatur discretio que facit opera grata deo. Ad idem. pro. iiii. palpe-
bre. c. p. g. t. i. considera opera tua. et i ad ap. ad thi. vi. noli adhuc aquam bibere. sed modico
vino utere. Glo. prudenter sibi uult seruiri non ut immoderate debiles fiant et post me-
dicorum suffragia requirant. temperandus est enim ut si fieri potest ceptum obsequium grauitati pre-
hatur potius quam in consideratione minuatur. Ad idem. i pe. iiii. karissimi nolite peregrinari in fer-
uore qui ad temptationem uobis fit. et eccles. vii. Noli esse iustus multum. ibi interlinearis. quod summum
ius summa iniuria est. Sunt aliqui qui in nullo uolunt condescendere carni. quorum
iusticia magna est. Ad idem ualet quod i. phi. arbitror primo inuita utile esse ne quod nimis.

ambulet sicut dicit B. Tertio possunt valere ad detestationem huius vicii stulticie que ostenduntur in
hiis esse qui laborant in vicio que sunt .xii. vii. stulticie ex indiscreto fervore sequuntur
Prima est quod ipsi contra ordinem ecclesie crucem lumini preferunt ut post crucem lumen ferat. Ordi-
natum est in ecclesia quod lumen cruci preferatur. ad significandum quod lumen sapientie cruci penitentie preferendum est.
Unde Prov. in fi. legitur de sapiente muliere quod ipsa operata est consilio manuum suarum. manus hic que
non solum hunc cogitationem sed et operationem bonam quorum consilio penitentie adquiescendum est. Ex hiis autem
quod tales crucem penitentie sine lumine consilii ferunt. accidit frequenter quod ipsi innocentem crucifigunt qui
latronem crucifigere debuerunt. scilicet novum hominem qui debuerunt crucifigere veterem. Homo vetus intelligitur
ex peccatis compositus velud ex membris. Unde ad Col. iii. mortificate membra vestra que sunt super terram fornicationem etc.
Homo vero novus intelligitur compositus ex virtutibus velud ex membris. novus vero homo tunc crucifigitur. quando propter
nimiam penitentiam virtutes operari non possunt. Secunda stulticia quod ipsi assumunt arma nimis
ponderosa que pondere suo eos detinent et que debuerunt eos ab hoste protegere postea eos capiunt
hosti non attendentes quod fecit David. i. Re. xvii. quando arma Saul nimis ponderosa deposuit. quibus
depositis Goliam deiecit. Sic aliqui devincerent dyabolum cum mediocritate ieiuniorum et vigiliarum
qui cum nimietate propter iram vel impatientiam devincuntur. Tertia stulticia est quod cum ipsi habeant equum
valde impetuosum non curant tamen ei frenum imponere sed solum calcaribus sunt contenti. cum tamen
constet frenum non minus esse necessarium equo quam calcaria. non minus periculosum est alicui inter hostes
esse sine freno quam sine calcaribus. B. bone voluntati non semper credendum est sed servanda est et regenda
est maxime incipiente. Et Iac. iii. frena equorum in ora mittimus ad consentiendum nobis etc. Quarta
stulticia est quod cum infirmitas que est ex calida causa periculosior sit quam que est ex frigida. ipsi tamen
se sanos omnino putant licet ex causa calida infirmentur. accidia enim velud infirmitas ex frigi-
da causa est. unde et tepiditas vocatur. Indiscretus vero fervor est velud infirmitas ex cali-
da causa et ideo periculosior esse videtur. Quinta est quod cum ipsi habeant dominum ditissimum et liberalissi-
mum credunt tamen placere ei si servientes ipsius adeo se fame affligant quod impotentes
fiant ad serviendum ei cum tamen sciant hoc non placere hominibus pauperibus atque avaris et de
ministris suis. nullus enim vult quod minister suus tantum ieiunet quod ei servire non possit.
Sexta est quod cum magis periculosum sit navem esse nimis honeratam quam vacuam ipsi
tamen non curant cavere navi sue a periculo nimii honeris. Homo in mundo isto est velud
navis in medio maris. Unde facta est quasi navis institoris. ut dicitur de sapiente muliere
Prov. in fi. Imminet autem huic navi duplex periculum. scilicet submersionis ex nimio honere. et versa-
tionis per fluctus temptationum ex vacuitate. sed tales periculo submersionis non curant
subvenire. Septima est quod ipsi iudicant abusum esse subtrahendum filiis dei qui digni
essent cibari auro et potari balsamo. Et iuxta id B. Da mihi album Tymotheum et ego eum simul
cibo auro et poto balsamo. ad cumulum huius stulticie facit hoc quod ipsi videntur tot filios
dyaboli qui omni bono sunt indigni ita large bona domini sui expendere. Octava est quod cum

Sed p ualet ad detest. indiscreti feruoris. si ostendamus mala que ex eo sequuntur. Et ostendit
beat. B. .iiii. mala ex eo sequi dicens. qui indiscretionis uicio ieiunia et uigilias et h. sic
agit ut deficiente spiritu uel corpore languente spiritualia impediantur. abstulit corpori suo
opus exterum spiritui affectum. primo exemplum deo honorem. sacrilegus est et omnium hominum in deum
reus sacrilegus talis dicitur quia uiolat templum dei. s. corpus suum. Salomon et ostendit quod malum se
quitur ex indiscreto feruore. prouerbiorum .xix. dicens. Qui festinus est pedibus offendit ille ex festi
natione offendit qui ex indiscreto feruore infirmitatem corporis seu anime incurrit et licet
ex festinatione possit sequi casus in quocumque ambulante. tamen precipue in eo qui per scalam
uadit. propterea talis casu suo multum descendit. Vnde tamen consilio uni religioso sit qui ascensum
per scalam cum discretione debet ascendere. Si enim per infirmitatem ceciderit ipse descendit usque
ad imum scale. oportet eum cum comedere carnes et alia facere que faciebat in seculo. Vnde dicit
Bernardus B. nemo repente fit summus ascendendo non uolando apprehenditur. summitas scale de
indiscreta et festinatione legitur prouerbiorum .xiii. et substantia festinata minuetur. .xx. eidem. hereditas ad
quam festinatur in principio in fine. he. ca. Et licet ista festinatio in omnibus timenda sit pre
cipue tamen in nouiciis. ille qui equum suum nimis fatigat in mane non uidetur uelle facere in die bo
nam dietam. Sequitur quod ex indiscreto feruore peccatum superbie et uane glorie. Vnde quidam. corpus non
frangendum sed regendum est. Sicut ergo moderata ac sancta et simplicia in omni humilitate ieiunia
que ita corpus attenuent ne animam eleuent. ne res humilitatis signat superbiam et ui
cia de uirtute nascantur que super erit spes salutis si et ipsa anime remedia sunt uenena. de
superbia et talium dicit B. que maior superbia quam ut unus homo toti congregationi iudicium suum
preferat. tamquam ipse solus habeat spiritum dei. De uana et gloria dicit B. ad fratres suos non legitimis in
.iiii. quod siquis sine uoluntate uel consensu patris spiritualis fit uane glorie imputabitur non mer
cedi. Et ergo .vi. exterminant enim faciem suam ut appareant hominibus ieiunantes. Sequitur et ex feruore scandalum
maxime aliorum in congregatione. B. de talibus. hii sunt unitatis diuisores inimici pacis.
Casus et unius talium multos exterret et tepescere facit a desiderio proficiendi et cuius exemplum
debuit alios attrahere facit eos formidare austeritatem religionis si impleatur illud in ps.
posuisti firmamentum eius formidinem. Videtur et sequi ex feruore indiscreto quedam
ydolatria. Vnde B. scelus est ydolatrie non acquiescere et quasi peccatum ariolandi nolle obedi
re et subditur. Cauete et nunc qui se faciunt religiosiores aliis qui non sunt sicut ceteri
hominum. ecce pagani et ydolatre sunt. in .i. Re. .xv. dicit samuel quod peccatum ariolandi est
repugnare et quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. Sequitur et ex indiscreto feruo
re quedam rapina. iudicium enim quod debet esse apud prelatum spiritualem usurpant sibi tales
persone. et cui renunciauerunt. Vnde B. qui non tantum semel nobis commisistis quod rursus
de uobis nos intimatis et ut hoc dicam non habet callidus hostis efficaciorem machinamentum
ad tollendam de corde dilectionem quam si efficere possit ut in ea incaute et non cum ratione

ipsi multum velint deo servire ita tamen volunt ei servire quod non possunt diu ei servire. Sapiens
quid stultius quam quod libenter facias curare ut diu facere non possis. Nona est quod cum equis suis
subtrahunt avenam volunt facere maiorem dietam male proportionantes ea que asino debentur
Cibaria virgam et honus. Virgam et honus duplicant, cibaria autem dimidiant. De his Ecclesiastici
xxxiij. Cibaria et virga et honus asino etc. Decima est quod ipsi se perfectos non estimant nisi magistrum
suum Christum excedant cum scriptum sit Luce vi. Perfectus omnis erit si sit sicut magister eius. Constat
tamen fidelibus Christum perfectissimum fuisse et tamen comedebat et bibebat mediocriter. Undecima est
quod ipsi credunt se sanctos esse non posse nisi prius fuerint homicide. Sed ille qui aufert vitam
alicui qui victurus esset per annum homicida iudicaretur quanto magis ille qui nimiis ieiuniis
et afflictionibus efficit ut x annis citius moriatur quam esset moriturus. Duodecima stulticia
est quod cum ipsi aliis boni sint et caveant a nocumento omnium tamen sibi ipsis mali sunt et inmiseri-
cordes. Sed qui sibi nequam cui bonus. Qualiter sumendus sit cibus. Sciendum est quod in cibis
qui sumentur valde timenda est delectacio quia frequenter nimis sumuntur de cibis delectabilibus et
cum nimio ardore. Preterea gulositas in cibis delectabilibus quandoque prohibet hominem a divina gloria
ne secundum B. nimis delicata est divina gloria que non datur admittentibus alienam. Sed si quis
in cibis quos sumit et in quantitate et in ardore caveat et creatori de creatura eius quam sumit
gracias agat non solum absque peccato sed et meritorie potest sumere de cibis illis quantum necesse est ad susten-
tacionem corporis. Deus enim creavit cibos ad percipiendum cum graciarum actione fidelibus ad Thi. iiij.
Et ut breviter dicam sic debemus tractare corpus sicut egrum commendatum cui multum volenti inutilia sunt
neganda. Utilia vero et nolenti ingerenda. Et notandum quod sicut apud viros religiosos preci-
pue oportet novicios cavere ab indiscreto fervore sic oportet spirituales patres quandoque descen-
dere [illegible] superioribus. Unde legitur de beato Antonio quod quidam venator vidit eum gaudentem
cum fratribus [illegible] superbia [illegible] sui et displicuit ei. Cui Antonius volens ostendere quod quandoque oportet con-
descendere fratribus [illegible] superbie [illegible] ait: pone sagittam in arcu et trahe. Et fecit sic. Et rursum
dixit: trahe. Et traxit. Et [illegible] rursum trahe. Et respondit sagittarius: si supra mensuram traxero
frangetur arcus. Respondit Antonius: ita est in opere dei. Si supra mensuram tenderimus fratres deficiunt.
Expedit ergo aliquando relaxare rigorem. Simile est de cordis cythare que parum tendantur minus
sonant. Si nimium rumpuntur. Si moderate dulcem sonum reddunt. Impetus animi obice in
vento intumescit. Ideo aliquid solacii concedendum est interdum fratribus ne sicut accidit in doliis
fervidis circuli in eis rumpantur et fundus exiliat. Castanea vero non incisa in igne posita
aut crepat aut exilit. Dicitur enim quod terre motus fit ex multiplicibus vaporibus inclusis in visce-
ribus terre meatum non habentibus. Ideo non oportet homines nimis ab hominibus coartari. Immo aliquis
locus relinquendus est gracie et libero arbitrio. Incipit de superbia.

Dicto de vicio gule, luxurie, avaricie et accidie. Dicendum est de tribus sequentibus viciis
scilicet de vicio superbie, ire et invidie cum ordine. Non quia post ordinem [illegible] de viciis.



Notandum est quod vicium superbie bona siquam sunt in aliquo expellit si non sint ea intrare non permittit. si qua remanent ea falsificat inquinat. Ad primum pertinet illud. Ag. alta secantes et yma replens. et illud B. superbia sic iam existens sibi non semper cum erit subtracte gratie. Nam quid qui humilibus dat gratiam superbo aufert datam. Quod augmentum superbie est subtractio gratie. Et illud Greg. sicut humilitas omnia vicia enervat omnesque virtutes colligit et roborat sic superbia omnes virtutes destruit et enervat. Ad secundum pertinet illud. timor infusa replet [?] sicut humilitas non solum gratia est sed est vas aliarum gratiarum. sic superbia non solum malum est sed impedimentum bonorum. Unde quidam sapiens ait Alexandro cum agnosceret eum superbum. Deus presto est largiri sapientiam sed non habes unde eam recipias. Quod autem superbia bona falsificet patet per hoc quod ea que sunt de genere bonorum si ex superbia procedant ut scilicet fiant propter vanam gloriam non sunt meritoria immo demeritoria. Et illud [?] bonum dives esse et mihi habere [?]. Unde B. magna virtus humilitas sine cuius obtentu non solum virtus sit sed et in superbia erumpit. Quod autem superbia bona inquinet dividat patet per illud poete. Inquinat egregios adiuncta superbia mores. Unde quidam. Si tibi copia sapientia formaque detur. Inquinat omnia sola superbia si comitetur. Superbia est velud quedam vestis maculata qua superbi se et suos induunt. Unde Eccli. xiii. Qui communicaverit superbo induet superbiam. Et valde mirum est de superbo qui super omnia amat honorem quomodo vult induere vestem ita maculatam quod quicquid in eo est maculat. Preterea cum ipse vestem istam pallio humilitatis optat. Iuxta illud Greg. Gloriosa res est humilitas qua se palliari appetit superbia ne vilescat. Mirum est quomodo superbus vestem superbie ex toto non deponit et vestem humilitatis non assumit. Qualiter superbia se habeat ad alia vicia.

Consequenter videndum quomodo vicium superbie se habeat ad alia vicia. Notandum est quod vicium superbie quasi rex est viciorum. Unde maximum peccatum videtur in Ps. Ubi dicitur emundabor a delicto maximo. id est a superbia dicit Glo. Et coronam dicitur habere sed maledictam. De qua legitur Ysa. xxviii. Ve corone superbie etc. Et ad modum regis. quando hoc vicium venit ad aliquem non venit solum sed adducit magnam societatem viciorum. Unde Eccli. x. Inicium omnis peccati superbia. qui tenuerit eam adimplebitur maledictis. id est viciis. Ubi dicit Hugo [?]. De superbia nascuntur hereses. scismata. contentiones. Et illud B. Inicium omnis peccati et causa totius perditionis est superbia. Propterea quisquis es qui salutem tuam studes operari adversus hanc. super caput tuum cornu cavas habere memento ut non eleveris in superbiam. Hoc vicium est ad modum regis magnas expensas requirit. quod superbis hominibus non sufficiunt episcopatus. archidiaconatus. episcopatus vel regna. Unde in Eccli. xxi. Domus que nimis locuples est adnichilabitur superbia. Et cum superbia maiores expensas requirat quam cetera vicia nimis utilitatis habet ex viciis que pertinent ad concupiscentiam carnis vel concupiscentiam oculorum. Consequitur autem utilitas saltem corporalis. Superbia autem anime nocet corpori vero non prodest. Unde Sap. v. dicunt dampnati in inferno. Quid nobis profuit superbia aut divitiarum iactancia quid contulit nobis. Vicium est [?]

Cuius ordinis ratio sic potest manifestari. sicut virtus secundum Augustinum amor est ordinatus sic vitium amor est inordinatus. Amor vero duabus de causis potest esse inordinatus. si sit amor mali et hoc. et sic amor boni. est tamen inordinatus si sit nimius vel nimis parvus et hoc secundum duas species bonorum quedam enim bona sunt parva scilicet temporalia vel corporalia. quedam vero magna ut sunt bona gratie et bona glorie. bona vero gratie intelliguntur ipsam gratiam et opera. Inicio amor huius boni magni inordinatus est si sit parvus. et talis amor videtur esse index in vitio accidie. accidia enim videtur esse parvus amor magni boni. unde tepiditas amor vero parvi boni inordinatus est si sit nimius. et iste amor videtur esse index in peccato gule et luxurie. avaricie. et diversificatur amor iste quia bona parva amari possunt quo ad divinum seu possessionem vel quo ad usum delectabilem. Primo amat ea avarus. Secundo vero gulosus vel luxuriosus. Vitium vero gule et luxurie in hoc differunt quia vitium gule inordinatus est amor delectationis que est secundum gustum. Vitium vero luxurie amor est precipue illius delectationis que est secundum tactum. amor vero qui est inordinatus in eo quod est amor mali videtur posse distingui amorem proprii mali et alieni mali. Sed quia nullus proprium malum amat in quantum tale sed quandoque ideo quia estimat esse bonum corporis. ideo tamen amor alieni mali index est in tribus vitiis que secuntur et diversificantur. propter hoc quia in peccato superbie est amor proprii boni cum alieno malo. amat enim superbus suam exaltationem et proximi deiectionem. In peccato vero ire et invidie est amor alieni mali pure. Sed in hiis videntur differre illa duo vitia. quia in peccato ire amor alieni mali ortum videtur habere a malo alterius. ille enim qui irascitur alicui ideo vult ei malum quia malum ab eo recepit. ira enim appetitus est vindicte. In peccato vero invidie amor alieni mali ortum habet a propria malicia scilicet a superbia. invidus enim ideo vult malum alterius ne ille sibi preficiatur. Unde peccatum invidie in [illegible] communicat cum peccato ire. sed finem recipit a peccato superbie. hiis habitis de facili [illegible] potissimum [illegible] patet videre quare de superbia ira et invidia potius tractetur. quia hec tria [illegible] vitia amorem nostrum inordinatum reddunt ad proximum. vitia vero precedentia [illegible] inordinatum reddunt ad nos ipsos. inordinatio vero alicuius in se prior est quam inordinatio ipsius ad alium. preterea prius est quod animale deinde quod spirituale. Unde cum .iiii. prima vitia humana sint et tria quodam modo carnalia in ordine doctrine priora sunt. Tria vero que secuntur que diabolica sunt et spiritualia posteriora sunt et inter ista tria primum est vitium superbie quia est occasio aliorum et quia precedentibus magis assimilatur. Unde de ipso primo hoc ordine dicemus. Primo ponemus ea que valent ad detestationem superbie. Secundo ponemus diversas divisiones pertinentes ad hoc vitium et de membris eorum prosequemur. Tertio tangemus aliquid de remediis contra superbiam.

Ad detestationem vero huius vitii primo ostendemus Qualiter superbia se habeat ad bona. Quomodo se ipsum habeat ad bona. quomodo ad cetera mala. quomodo ad diabolum. quomodo ad proximum quomodo ad deum. quomodo ad proprium subiectum.

De hiis que valent ad detestationem superbie.

et Greg. euidentissimum signum reproborum est superbia et humilitas electorum. cum ergo quam quisque habeat
cognoscatur sub quo rege militet inuenitur. Vnusquisque enim quendam titulum portat operis quo facile
ostendit sub cuius seruiat potestate rectoris. Vnde in magno dolore et timore debet esse qui
se agnoscat superbum. Superbia est uelud quedam ymago dyaboli est. Vnde homo superbus expresse
similis est dyabolo. Iuxta illud Greg. apostate angelo homo similis efficitur. dum homo hominibus similis esse dedig-
natur. Dyabolus est in homine superbo quiescit. quasi ad umbram. Superbia enim uelud mons est solis iusti-
tie oppositus lucem gratie repellens. Vnde umbram facit dyabolo. De qua umbra legitur Iob. xl.
sub umbra dormit. Superbus est munitio dyaboli fere inexpugnabilis eo quod in altitudine
montis superbie situs sit. Sequitur uidere quomodo se habeat superbus ad proximum. Notandum
ergo quod superbus proximum quo angustat dum se dilatat et dum se ei preponit. quasi quandam honorem ei im-
ponit de dilatatione superbi legitur Matth. xxiii. dilatant phylacteria sua et magnificant fymbri-
as. et prouerbiorum xxviii. Qui se iactat et dilatat iurgia concitat. de homine uero superbo dicit Sapiens. Qui
se supra modum extulit preterire ac despicere uult supra modum. ille se extollit qui extollit se supra
debitam mensuram. De tali dicitur uulgariter. Iste homo sedet in super collum. Superbus est proximum
corde contempnit et illis molestat et facto. Ad primum pertinet illud eccl. xiii. sicut abhominatio
est superbo humilitas. sic execratio est diuiti pauper. illis autem molestat superbus proximum mul-
tipliciter. et se iactando et cum eo litigando et contumelias ei dicendo. Ad secundum pertinet illud Amos.
vi. Numquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. et illud eccl. xii. sicut eructant precor-
dia ferentium. sic et cor superborum. ad litteram stomachus uentositate inflatus eructare so-
let. sic et homo superbia inflatus uentosa uerba emittit. Ad tertium pertinet illud prouerbiorum xiii. Item
superbos semper sunt iurgia. Ad quartum uero pertinet illud prouerbiorum xi. Vbi fuerit superbia. ibi et contume-
lia. Factis similiter molestat fratribus proximum multipliciter et corporaliter eum affligendo et suis eum
spoliando. Ad primum pertinet illud prouerbiorum xxii. arma et gladii in uia superbi. custos autem anime sue
longe recedit ab eis. et illud eccl. xxvii. effusio sanguinis in rixa superborum. Ad secundum uero pertinet
illud prouerbiorum. xvi. Melius est humiliari cum mitibus quam diuidere spolia cum superbis. nec solum superbi
molestant proximos. immo et sunt occasio ut ab aliis molestentur. Vnde illud. quicquid delirant
reges plectuntur achiui. et illud in ps. Dum superbit impius incenditur pauper. Quomodo se habeat
Quomodo se habeat superbus ad proximum satis ostendit ps. dicens. superbus ad proximum.
Superbi inique agebant usquequaque. et iterum. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me.
Sapiens et describit quomodo se habeat superbus dicens. Omnis superbus est intollerabilis habitu super-
fluus. in incessu ponposus. ceruix erecta. facies torua. truces oculi. de loco superiore.
dictat melioribus se preferri affectat sensias suas et facta et uerba iactat reuerenciam et ob-
sequio non seruat. nec solum malum temporale infert superbus proximo. sed et spirituale. cor-
rumpit enim eum suo malo exemplo. Vnde superbus dicitur sedere in cathedra pestilencie
et superbia uocatur pestilencia super ps. Vbi sic dicit Glo. pestilencia est morbus late peruagata

Superbia sibi non cum ratione et quia rationem. superbus et apostatat a deo. Unde eccl. x. Initium superbie hominis
est apostatare a deo. Verum tamen finis superbie est valde malus ex quo initium ita ma-
lum est. Incipit enim ab apostasia. Superbus ergo apostatat quoniam illi rei in qua solum habet auxi-
lium est. Incipit enim ab apostasia. Superbus ergo apostatat quoniam illi rei in qua solum habet ad-
ministratione sibi usurpat dum bona sua fidei commissa perdiciose sua faciens. Et qui
debuit esse fidelis servus vult esse dominus. Unde deum negat in quantum dominus est. Item superbus
id quod spirituali domini voluit habere non timet sibi assumere scilicet gloriam. Unde Bernardus: fornicator
semetipsum dehonestat, linguosus proximum molestat, elatus quantum in se est deum inho-
norat. Gloriam meam ait dominus alteri non dabo et fratribus ego in eam et si non dederis. Usur-
pabo. Sicut humilitas spiritualis debet deum honorare. Eccl. xiii. et ibi sic legitur: Magna poten-
tia dei solius et ab humilibus honoratur. Sic superbia deum spiritualiter inhonorat et humilis
solam potenciam dei magnam reputat et ei bona sua attribuit et eam glorificat
superbus vero suam potenciam magnam reputat et ei sua bona attribuit atque
eam laudat. Et si non exterius saltem interius. Unde Greg. dicit de eo qui laudes suas
tacitus clamat. Unde dicitur manum suam osculatur. Et Job. xxi. Ubi sic legitur: Si osculatus
sum manum meam ore meo quod est iniquitas maxima et negatio contra deum altissimum. Dicit ibi
Glo.: manum suam ore suo osculatur qui laudat quod facit quod est iniquitas maxima
quia auctoritatis sui gratiam negare convincitur quisquis sibi tribuit quod operatur. Superbus seipsum
sepius glorificat de bonis que a deo recipit vel que deus per eum operatur quam deum. Unde se
ipsum quodammodo deificat dum seipsum preferendo et est ydolatra sui ipsius et ydolum seipsum
colens. Item sicut dicit Greg. cum omnia vicia fugiant a deo sola superbia se deo oppo-
nit. Unde Job. xv. legitur de superbo: Tetendit adversus deum manum suam et contra omnipoten-
tem roboratus est. Cucurrit adversus eum erecto collo et pingui cervice armatus.
Ubi dicit Glo.: quod deum manum tendere est in operatione perversa despectus eius iudicia perse-
verare. Contra deum roboratur qui prosperari in mala sua actione permittitur. Erecto collo ad-
versus deum currit dum que creatori displicent cum audacia perpetrat. Pinguis cer-
vix est opulenta superbia affluentibus rebus. Sicut amplius displicet alicui principi 40
et maiorem contumeliam reputat quando hostis ipsius qui minoris potencie et nobi-
litatis est depredatur castrum in quo ipse est personaliter quam si predaretur alia castra vel si
rapiat ea que sibi ipsi principi apparata sunt ut proprium equum vel proprias vestes maior est
sua contumelia quam de eo. Superbia magis displicet deo quam contumelia quam in-
fert ei cupiditas vel aliud vicium. Alia enim vicia deum fugiunt convertentes
se ad aliquam creaturam ut cupiditas ad aurum et argentum. Sed superbia vult u-
surpare ubi quod dei est scilicet dominari et preesse hominibus. Sicut non est mulieris preesse vel dominari
aliis mulieribus sic non est hominis preesse vel dominari aliis hominibus. Unde Sen.: Si videas mu-
lierem velle dominari aliis mulieribus numquid risum teneas. Superbus peccat directe

gatus. omnis autem pene involvens. et subditur. Hic est amor dominandi. quo vix caret aliquis.
fornicatores usurarii et alii peccatores occultant peccata sua quantum possunt. sed fratribus peccatum suum
publice committit. nec de ipso erubescit. et ideo peccatum superbie adeo mundum corrumpit ut iam
non reputetur superbia neque peccatum. quod quandoque magnum peccatum reputatum fuisset. ornatus ille vesti
um qui in primitiva ecclesia pro magno peccato habitus fuisset hodie non reputatur peccatum. Quo
Sequitur videre quomodo se habeat superbia ad dominum. Notandum. se habeat superbia ad deum.
Secundo quod superbia primam contumeliam deo intulit que in primo angelo ei illata fuit. Unde
Thob. iiii. Superbiam in tuo sensu aut in tuo verbo numquam dominari permittas. ab ipsa enim
sumpsit initium omnis perditio. Nulla enim contumelia ei infertur quin superbia assit quia nul
lum peccatum committitur cum superbia sicut ostensum est prius. superbia deum impugnat omni loco. omni
tempore et in omni persona. Fornicatio autem numquam aut raro in sacro loco committitur. sed su
perbia in sacro potius committitur quam in alio. tunc enim magis superbe induti incedunt. Muli
eres quando ad ecclesiam vadunt. Multa etiam sunt peccata a quibus cavetur in precipuis sollempni
tatibus. sed superbia tunc maxime exercetur. Multe etiam persone sunt que fornicari dedignarentur
que tamen peccatum superbie recipiunt. Superbia enim latitat sub cinere et cilicio. Iuxta verbum
beati Gregorii. Item certa vicia deo auferunt pauperes et ignobiles. sed superbia aufert ei nobi
les et potentes et divites. Unde Saul et Ionathas in montibus Gelboe interfecti sunt ut
legitur ii. Re. in principio. Item alia contrarium vicia in malis operibus exercentur ut fiant
Superbia vero bonis operibus insidiatur ut pereant sicut dicit beatus Augustinus. Unde opera de genere bo
norum que in proprium dominum debent cedere non timet sibi usurpare. Superbia immo et opus
bona intentione inchoatum quod iam est in manu domini nititur ei auferre. et quandoque dum
dat illud opus cum domino ut superbia habeat illius operis finem cuius dominus habuit principium. Pre
fatibus inde sumunt occasionem impugnandi. Unde occasionem debuit sumere ei serviendi.
Ideo enim superbit et contempnit deum. quia de bonis suis deus plus contulit illi quam aliis qui
busdam. et quia deus fecit eum gloriosum ipse vult facere eum ingloriosum superbus deum odit
in quantum deus deus est. Nullum enim vult sibi preesse et ita non vult deum sibi preesse. vel deum
esse. De hoc odio habetur in psalmo. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. altissimo equalis
esse cupit dominium affectat preesse et nulli subesse. altissimus enim est qui omnibus preest et nul
li subest. Unde non solum primus superbus equalis voluit esse altissimo. sed etiam quicumque
superbus nec solum equalis sed etiam superior deo vult esse. Apostolus loquitur de illo verbo. ii. ad Thes. ii.
Qui extollitur et adversatur super omne quod dicitur deus. aut quod colitur. Honoret deus in quod hu
manus intellectus verbum ut honoret sibi cogitatum malignum peccatum et affectum. dico
enim vobis quod non ille tantum sed omnis superbus extollitur super deum. vult enim deus fieri volun
tatem suam. vult et superbus fieri suam. Iam videtur equalitas sed inde male con
servant proportionem. deus enim in hiis que non apparebat suam vult fieri voluntatem.

superbie postquam dominium habet in aliquo non amittit illud de facili. sicut reges de facili non amittunt castra que semel possident quia potenter illa defendunt. Unde Ecclesiastici iii. Synagoge superborum non erit sanitas. Et in tanto timore et angustia sunt infirmi cum infirmitas eorum incurabilis esse dicitur in quanto timore debent esse qui vitio superbie laborant cum spes s. dicatur eis quod vitium illud non sanetur. Vitium et superbie caput est antiqui serpentis. cuius capitis contritioni magis esset insistendum. Unde dictum est Genesis iii. serpenti de muliere que ecclesie tenet figuram ipsa conteret caput tuum. Serpens modica percussione capitis extinguitur. si enim capiti parcatur frustra cetera membra ipsius percutiuntur. amputatam enim caudam incisionum vivit. Sic frustra alia vitia amputare a se nititur qui superbiam in se reliquit. Unde Jo. Lubricus est antiquus serpens et nisi capite teneatur totus statim illabitur. Et Ecclesiastici xxi. Quasi a facie colubri fuge peccatum. In colubro caput precipue fugimus. sic superbia precipue fugienda est que caput est malorum. De hoc capite potest intelligi illud Ecclesiastici xxv. Non est caput nequius super caput colubri. contrito hoc capite cetera vitia facile extirparentur. Unde Jo. Crisostomus. tolle hoc vitium ut non volunt homines apparere hominibus et sine labore omnia vitia resecantur. Vitium superbie est presentatus philisteus in cuius morte filii israel liberantur. Golias in fronte percussus a David cecidit in faciem suam et prevaluit David adversus eum. ut legitur i Regum xvii. Sic qui superbiam que caput est diaboli in se vincit percusserit adversus diabolum prevalebit. Superbia et est turris babel de qua legitur Genesis xi. cuius culmen attingit celum. quia hoc vitium et celestes vires et spirituales impugnat. Iuxta illud Gregorii. Superbia natione celestis celestes appetit mentes. cetera vitia que sunt cum superbia se habent sicut domus iuxta turrim que non de facili expugnatur quia turris defendit eas. sic vitia que sunt cum superbia non de facili expugnantur quia superbia ea defendit sicut patet in usurariis et raptoribus qui ab usuris et rapinis cessare nolunt. quia si ab eis cessarent. inter vicinos suos honorifice vivere non possent ut ipsi dicunt. Unde manifestum est quod superbia peccatum rapine et usure conservat in eis. ideo necesse esset ut predicatores conarentur diruere turrim superbie in talibus personis. qua diruta nulla pars castrorum hostis se tenet. Superbia post animam aggreditur et ultima cessat ab eius impugnatione. Unde super illud psalmi. Si mei fuerint dominati. dicit Glossa. Vitium superbie ultimum est redeuntibus ad deum. et primum recedentibus aliis vitiis in fugam conversis. sola superbia in campo remanet non cessans ab impugnatione hominis dum ipse vivit. Unde quidam. cum bene pugnes que post infestat vincenda superbia restat. Superbia fuit primum peccatum mundi illud Ecclesiastici x. Initium omnis peccati superbia. Et in mundo non invenitur aliquod peccatum absque superbia quia omne peccatum est superbia. aut ex omissione aut ex transgressione. et in utroque casu non invenitur esse sine inobedientia. inobedientia vero non invenitur esse sine superbia. et ut breviter dicamus. superbia causa est omnis peccati. Unde Glossa super illud. Si mei non fuerint dominati. Superbia est initium et causa omnis peccati quia qui caret vere immaculatus.

Quomodo habeat se superbia ad diabolum.

Consequenter videre quomodo habeat se superbia ad diabolum. Notandum ergo quod superbia signum est quo diabolus suos distinguit ab aliis. Unde legitur Job. de ipso quod ipse est rex super omnes filios superbie.

in dominum. et hic multiplex. deus enim ad creaturas operatur ut principium et ut finis. Est enim alpha et
o. ut legitur apo. i. et est et deus. Unde dicitur. Qui ascendit super occasum dominus nomen illi. Ille quia habet
potestatem super mortem. qui scilicet post restauravit que perierunt. Ille est verus deus et sepe dicitur in
veteri lege. Ego dominus ego deus hoc est nomen meum. Est et largitor omnium bonorum. Superbus peccat
in dominum in quantum deus est principium. dum opera quorum deus principium est sibi attribuit non attendens
illud verbum quod in iohe legitur. Ego principium qui et loquor vobis. hoc modo peccaverunt in dominum
philosophi qui dixerunt linguam nostram magnificabimus labia nostra a nobis sunt. Peccant et su-
perbi in dominum in quantum ipse est finis dum omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. legitur
mathei. xxiii. Peccant vero in dominum in quantum ipse est deus. dum in se et in rebus suis volunt habere
dominium. ubi debent habere dispensationem solum. sic peccabant illi qui dicebant. quis
noster dominus est. Peccant vero in dominum in quantum ipse est largitor dum donis dei dominum impugnant
accipientes materiam superbiendi et dominum contempnendi. unde debuerunt sumere materiam
serviendi humiliter et devotius ei. Peccant et in dominum in quantum ipse est largitor dum dona
ad voluntatem suam que dispensare debuerunt secundum voluntatem dei vertunt. Qualiter se habet

Viso qualiter se habeat superbus ad dominum. videndum est qualiter se habeat deus ad superbum. superbus ad deum
superbum. Notandum quod deus superbum vilipendit et detestatur odit et abhominatur.
Ad primum pertinet quod dicit Greg. Quanto coram hominibus gloriosior tanto coram deo et angelis
eius est vilior. Signum vero huius contemptus est hoc quod deus superbum deponit et pauperes
et viles loco eius exaltat. Unde beata virgo. Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles. Et eccli.
Sedes ducum superborum evertit et sedere fecit mites pro eis. Preterea vilibus impugnat deus
superbos ad eorum ignoranciam. Unde Aug. potuisset deus ursis et leonibus domuisse
populum superbum. sed ranas et muscas immisit ut rebus vilissimis domaretur humana
superbia vilibus et evitat eos. quandoque enim permittit deus superbos cadere in aliquod turpe
peccatum ut turpitudine illius peccati careant superbia. Unde Greg. qui se de virtutibus
extulit ad humilitatem per vicium redit qui acceptis virtutibus extollitur non gladio
sed medicamento vulneratur. quia quod de medicamento vulnus facimus. facit ille de vulnere
medicamentum. ut qui de virtute percutitur vicio curetur. ad hoc possumus referre quod legitur
Jo. ii. ascendet fetor eius et ascendet putredo eius. quia superbe egit. permittit enim deus aliquem
diffamari super aliquo peccato ut superbia eius humilietur. Quod autem deus superbum detestetur
habetur amos vi. Ubi legitur. Iuravit dominus deus in anima sua dicit dominus deus exercituum. de-
testor ego superbiam iacob. Et prov. viii. arroganciam et superbiam et viam pravam
et os bilingue detestor. De odio vero quod habet deus ad superbum habetur prov. vi. ubi sic legitur.
Sex sunt que odit dominus et septimum detestatur anima eius oculos sublimes. i. superbiam oculorum. Et
Nota. eccli. x. odibilis est coram deo et hominibus superbia. Multo autem odibilis est superbia deo et ho-
mini. quia deo et homini iniuriosa est deo quia usurpat sibi quod eius est. s. dominium. homi

si quis uult eum sibi subiicere quem natura ei equauit. Vicium superbie a deo est odibile quod et
a suis odio habetur. Vnde enim superbus habet odio alium superbum et eius superbiam. cum tamen duo superbi
velud fratres sint in hoc uicio eiusdem patris filii scilicet dyaboli. Vnde in superbo uerum est illud quod legitur
Eccli. Omnis homo similis sui associabitur et id quod legitur .xxvii. eiusdem. Volatilia ad sibi similia
conueniunt. Similis enim superbus non amat societatem alterius. humilis uero fere omnes diligit
tamquam rem suam quia omnibus se subdit. et quia sub aliis dum se humiliat quodammodo eos
exaltat. Superbus uero in hoc quod se super alios exaltat quodammodo alios deprimit et ideo intol
lerabilis est eis. Vnde philosophus habet. mens nostra natura sublime quiddam erectum et impaciens
superioris. Seneca. Natura contumax est animus humanus et in contrarium atque arduum nitens.
Multa autem signa sunt huius specialis odii quod habet deus Sex signa quod deus superbiam odio
ad inicium est superbie. Primum signum est hoc quod et in presenti ita adnichilat eos. Vnde
Eccli. x. Perdidit deus memoriam superborum. et ibidem. Radices gencium superborum arefecit
et in psalmo. Vidi impium superexaltatum et eleuatum sicut cedros libani. Et transiui et ecce non erat et non est inuentus locus eius.
Signum et huius odii est hoc quod deus auxilium suum ab eis subtrahat. Vnde inicium super
bie specialiter dicitur auferre deum homini. quia deus superbum non iuuat. Ideo dicit magister hugo
de sancto victore. Superbia aufert mihi deum. inuidia proximum. ira meipsum. e contrario hu
militas habet deum paratum sibi auxilium. cuius causa est hoc quod humilitas totam gloriam
deo attribuit. et ideo per consequens totum pondus laboris et prelii in eum ponit. eiusdem
enim est gloria et pugna dicit David. dominus uirtutum ipse est rex glorie. humilis habet deum ut
regem glorie. quia gloriam ei reddit. ideo deus se habet ad eum ut dominus uirtutum quia per eum
uirtutem operatur. Superbus uero seipsum regem glorie constituit. et ideo deus renuit ei esse
dominus uirtutum. nec solum deus superbo auxilium suum subtrahit immo etiam ei resistit. Vnde
Iac. v. deus superbis resistit humilibus autem dat graciam. sicut natura nichil uacuum patitur
quin repleat illud. Sic gratia non patitur uacuum humilitatis quin impleat. Et si super
bus sibi relinqueretur ut nec adeo iuuaretur nec ei resisteretur. ipse non posset as
cendere in celum. quanto minus cum deus ei resistat. nullus tamen miretur si deus su
perbum permittat ascendere ad aliquam dignitatem. tollitur enim in altum ut lapsu gra
uiore ruat. Signum autem huius odii est hoc quod uterque aduentus domini contra superbiam specia
lis est. In primo aduentu uenit ipse ut medicus leniter sanans superbiam exemplo
humilitatis sue. Vnde Augustinus. propter magnum peccatum superbie deus humilis uenit. Iste
ingens morbus animarum omnipotentem medicum de celo deduxit usque ad formam
serui humiliauit contumeliis egit ligno suspendit ut salute tante medici
ne curetur. Hic tumor iam tandem erubescat homo esse superbus. propter quem factus est
humilis deus. Secundus et aduentus erit contra superbiam non sanandam sed punien
dam. Vnde Ysa. ii. Dies domini exercituum super omnem superbum excelsum et super omnem

scorpionibus. est autem scorpio virbus cum aculeis ut flagellum virgarum nodosum vel
scutica habens in summitate glandes plumbeas. de roboam vero humiliatione subditur ibidem.
misit ergo rex aduram qui erat super tributa ad populum post divisionem istam et lapidavit
eum omnis populus et mortuus est. rex roboam festinus ascendit currum et fugit in ierusalem.
recessitque israel a domo david usque in presentem diem. Quintum exemplum est de sennache
rib. de cuius superbia legitur ysa. xxxvii. superbia tua ascendit in aures meas. ponam
ergo circulum in naribus tuis et frenum in labiis. et reducam te in viam per quam venisti
et subditur ibidem de eius deiectione. Egressus autem angelus domini percussit in castris as
syriorum c. lxxxv. milia et iterum reversus est. sennacherib rex assyriorum et cum adoraret
in templo deum suum filii eius percusserunt eum gladio. Sextum exemplum est in nabugodonosor.
de cuius deiectione sic legitur. Dan. v. quando elevatum est cor eius et spiritus eius obfirmatus est
ad superbiam. depositus est de solio regni sui et gloria eius ablata est a filiis hominum.
Septimum exemplum est in holoferne et exercitu eius propter quorum superbia legitur Judith
vi. factum est autem cum cessasset loqui achior. indignatus holofernes dixit ad eum. quoniam
prophetasti nobis dicens. quod gens israel defendatur a deo suo ut ostendam tibi quoniam non est deus
nisi nabugodonosor. cum percusserimus eos quasi unum hominem. tunc et ipse cum eis assyriorum gladio
interibis. De superbia vero exercitus sic legitur. Judith xiiii. excitate illum quoniam mures egressi
de cavernis suis ausi sunt nos provocare ad prelium pro magnitudine superbie in
deos mures reputabant. de deiectione vero eorum legitur. Judith. xv. Cum omnis
exercitus decollatum holofernem audisset fugit mens et consilium ab eis solo timore
et metu agitati fuge presidium sumunt ita ut nullus loqueretur cum proximo suo.
Octavum exemplum est de amana. de cuius superbia legitur hester. iii. cum vidisset mardo
cheum aman ante fores palacii et non solum assurrexisse sibi sed nec motum quidem de loco suo
indignatus est valde. et de deiectione vero eius sic legitur in fine capituli eiusdem. suspensus
est itaque aman in patibulo quod paraverat mardocheo. Nonum exemplum est in
antiocho. de cuius superbia legitur sic. ii. mach. ix. locutus est superbe antiochus ven
turum se esse ierosolimam et congeriem sepulchri iudeorum eam facturum. et subditur
de eius deiectione ut finivit hunc sermonem apprehendit eum dolor dirus viscerum et
itm quibusdam impositis hiis qui sibi videbatur et fluctibus maris imperare super
humanum modum superbia repletus et montium altitudines in statera appenderet
nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur et cetera. Decimum exemplum est
in iudayco populo qui propter superbiam populum gentilem reputabant quasi stillam si
tule. unde ysa. xl. ecce gentes quasi stilla situle et quasi momentum statere repu
tate sunt et cum dominus gentilem populum iudayco populo superbo pretulit. Undeci
mum exemplum est in superbo phariseo. qui non erat sicut ceteri hominum ut ipse dixit.

ut patet in uestibus lineis. Unde multum displicet deo si homo ex parte corporis ex qua ita
pauper est superbiat diues dicitur pro ipso cum mendacium multum displicet deo. ut cum dicat
se a corpe uinci non posse grauere cum tamen deus melius sciat pretere eius qui ei corpus subdi
dit et grauencia ei precepit. Seuex fatuus et insensatus est mundus iste qui quanto am
plius senescat tanto magis diligit uanitates et puilitates et magis decipitur mendaciis
rerum temporalium licet infinitis uicibus mendaciis earum expertus sit qui contra naturam uidetur
esse peccatum superbie in homine precipue ex parte corporis. Unde eccl. x. non est creata hominibus super
bia. Ieronimus. quam superbiat qui semper socium sentinam portat. Mirum est quando aliquis superbit
quando cor eius quod est nobilissimum membrum eius super stercora iaceat. Et licet in omni homine super
bia multum displiceat. precipue tamen in christianis qui in ipso ingressu christiane religionis
abrenunciant specialiter superbie. et cum dicunt abrenuncio diabolo et pompis eius pudebat ipso quod
multa christiani qui aliis peccatis renunciarent pompam superbie retinere uellent. ideo or
dinauit ut ipsi specialius profiterentur hanc abrenunciationem. Preterea dominus ecce christus seruus
hominum uoluit esse. humiliauit enim se usque ad pedum ablutionem. Unde et nullo christia
no locus superbie relinqui debet. inordinatum enim ualde est quod seruus uelit esse dominus
cum dominus efficitur seruus. Unde Io. xiii. Si ego laui pedes uestros dominus et magister. et uos
debetis alter alterius lauare pedes. et Mt. x. non est discipulus super magistrum nec
seruus super dominum suum. Unde et qui primus est in ecclesia. scilicet dominus papa. seruum seruorum se no
minat. Ista et multa alia habet deus speciale odium contra superbiam precipue in christianis.

Sequitur de abhominatione superbie. de qua prov. xvi. abhominatio domini est homo arrogans.
Et luc. xvi. quod altum est hominibus abhominatio est apud deum. Sequitur uidere quomodo se
habeat ad proprium subiectum superbia. Unde notandum est quod superbia hominem inflat. de
qua inflatione legitur sap. iiii. Disrumpet deus illos inflatos. Et apostolus. Sciencia in
flat caritas autem edificat. Reddit et hominem ualde infelicem. consistit et infelicitas
superbi in hiis octo. Octo in quibus consistit infelicitas superbi.

Primo de bono sciencie purum messem colligit quod semen melius est quam grandi
ex qua ei oritur uicium superbie. ipse colligit de uite spinas et de ficu tribulos.
Superbia enim quoddam monstrum est quia quicquid ex suo genere oritur. numquid monstruosum esset
si ex muliere buffo nasceretur. Sic monstruosum esset cum ex gratia a deo data ali
quis superbus efficitur. Secundo sibi bona mala fiunt. Et sicut de uiro iusto
quod nox sicut dies ei illuminabitur. ita econtrario dicitur quod superbo dies in noctem
uertitur. et lumen eius in tenebras. Unde Mt. vi. Si ergo lumen quod in te est tenebre
sunt ipse tenebre quante erunt. Ideo lumen tenebre sunt cum opera de genere
bonorum mala sunt eo quod fiant propter uanam gloriam uel alia mala intentio
ne. Tercio superbus de uita moritur. de sanitate egrotat. de medicamine

ut qui non uident uideant et qui uident ceci fiant. Super illud qui non uident dicit
Innocencius. ad iudices ceci et superbi dicit alia inclinacionis in tribus specialibus principalibus
speciebus superbie. scilicet in presumpcione. et arrogancia. et appetitu excellencie. Quod presump
tio stulta sit patet cum superbi uires suas presumunt. Unde dicitur Ier. xlviii. legitur. audi
uimus superbiam moab superbus est ualde sublimitatem eius et arrogantiam. et superbiam
et altitudinem cordis illius ego scio ait dominus. Iactanciam eius et arrogantiam quod non
sit iuxta eam uirtus eius. et ideo superbia plus audet quam audere possit. De appe
titu excellencie et arrogancia legitur. Prov. xxi. Superbus et arrogans uocatur
indoctus superbus. hic sumitur pro illo qui appetit esse super alios. arrogans est ille qui
sibi falso aliquid attribuit et uterque uocatur indoctus. et de arrogante est hic planum
cum arrogancia uideatur esse quidam error appetente uero propriam excellenciam quam
ipse stultus sit inferius patebit. Signum hic quod superbus stultus sit et cecus potest esse hoc
quod seipsum non agnoscit. nescit enim se hominem esse. i. de humo. Si enim de humo se
uenisse esse cognosceret nouissimum locum contenderet tenere ad similitudinem terre
et humilis esset. Unde rogat ps. Sciant gentes quoniam homines sunt. Signum et cetera
tale est hic quod superbus discernere nescit inter aliquid et nichil putans se quid magnum
esse cum nichil sit in ualore iuxta uerbum apostoli dicentis. Qui putat se aliquid esse cum nichil
sit ipse se seducit. Quod superbia hominem quinque modis infatuat. oooooooooooo

Infatuat autem hominem superbia quinque modis. Primo ad modum ebrietatis. Unde
abac. ii. Quomodo uinum potantem decipit sic erit uir superbus. Uinum autem hoc modo
decipit potantem. Ingreditur enim blande ut legitur Prov. xxiii. Postquam uero recep
tum est in mensurate ipsum dominatur in homine et facit eum fatue credere et fatue loqui
sic postquam superbus recipit excellenciam in affectu per amorem ipse postea de
facili recipit eam in intellectu ut alta de se credat et in ore ut alta de se
loquatur. et est uelud ebrius. Altitudo enim quam appetit facit eum fatue cre
dere et fatue loqui. exemplum habemus de hoc Ysa. xiiii. In lucifero dicente similis ero
altissimo quod non dixisset nisi amore illius altitudinis ebrius fuisset cum certum sit
illud quod dicitur per supplantationem uni soli conuenire. Secundo infatuat superbia eo modo
quo inflatio faciei solet ipsum uisum impedire. Superbia enim est inflatio fa
ciei rationis. Unde Iob. xv. operuit faciem eius crassitudo. et alibi. facies mea in
flata non sinebat me uidere. Tercio modo aufert superbia sensum hominis eo modo
quo frenesis uel pelesis ualde magis solet homini sensum auferre. Ad primum
pertinet quod dicit Greg. loquens de illo uerbo. Luc. vii. Uidens autem hoc phariseus qui uo
cauerat eum ait intra se. hic si esset propheta sciret utique que et qualis est. m. g. r.
Ecce inter egros duos adherant medicus. sed unus eger in febre integrum sensum

interficit. Unde Greg. Qui de virtutibus se extollit non gladio sed medicamine se inter-
ficit. Superbus de hiis que se inmune credit et sanum esse superbit. Et sic ex sanitate infirmi-
tatem recipit et ex vita moritur. Quarto superbus ab eo quem vincit vincitur
et qui de ictu suo corruit. Unde Greg. Difficile est valde vitare peccatum quod de victo-
ria nascitur victor. Quinto superbus a mortuo occiditur. Unde supra i. Mach.
vi. Eleazar legitur elephantem occidisse. Dicit Greg. Sub hoste quem occidit moritur
qui de culpa quam superat elevatur. Sexto superbus sua preciosa vili vendit dum
pro laude vel gloria humana se et sua gloriatur. Unde Greg. Valde bona sua diiudicant
qui ad mercedem eorum sufficere favores humanos putant. Idem cum pro sancto opere
laus transitoria queritur res eterna retributione digna pro vili precio venditur.
Septimo vilia care emit dum pro vento superbie regnum celorum amittit. De hiis ven-
to dicit Aug. Qui non timet vento superbie non crepabit igne gehenne. Octa-
vo infelix est superbus quia ignominiose a vento modico deicitur. Unde Job xx. Tol-
let eum ventus et auferet eum turbo de loco suo. Ventus omnia bona urens
est superbia. Item superbia arefacit hominem et omnia bona que in homine sunt
et quasi preparat eum infernali incendio. Unde Eccli. vi. Non te extollas in cogita-
tione anime tue velud taurus ne forte elidatur virtus tua per stultitiam et fo-
lia tua comedat et fructus tuos perdat et relinquaris velud lignum aridum in here-
mo. Ex elatione eliditur virtus corporis quandoque quia homo elatus presumit opus quod
supra vires suas est. Unde rupturam quandoque incurrit vel debilitatem tantam quandoque
incurrit quod inutilis efficitur. Sed frequencius animi eliditur per elationem. Debiliorem
invenit se homo sepe postquam se de aliquo opere extulit exemplum habemus de beato
in Petro. Mt. xxvi. Qui se extulit super alios apostolos dicens. Et si omnes scan-
dalizati fuerint in te numquam ego scandalizabor. Et post debilem valde se invenit ut habetur
ex eodem capitulo. Superbia est folia et fructus comedit dum quo ad virtutem aridum et
opera hominis consumit que in ipsa est que hominem et bona hominis quasi imperceptibiliter
occidit. Unde Job xviii. Consumat brachia illius primogenita mors. Glo. primo-
genita mors est superbia inicium omnis peccati. Item superbia hominem decipit excecat
De primo dicit Aug. quod superbia hominem decipit excecat et infatuat. C. Et infatuat.
Superbia meretur illudi. Unde omnes hereses et omnes alii periculosi errores ex super-
bia provenerunt. Unde supra i. Jer. xlix. Arrogancia tua et superbia cordis tui
decepit te. Dicit Glo. Omnis hereticus arrogans quia superbia facit hereticum
non ignorancia. Ad secundum pertinet i. Apo. iii. Dicis quod dives sum et locu-
pletatus sum et nullius egeo et nescis quia tu miser es et miserabilis et
nudus et pauper et cecus. Et i. Jo. ix. In iudicium ego in hunc mundum veni.

luc. xviij. Sed ipsa veritas publicanum peccatorem ei pretulit dicens. descendit hic iusti
ficatus in domum suam ab illo ut audistis dictum. Duodecimum exemplum est
in petro. qui se ceteris pretulit dicens. Et si omnes scandalizati fuerint
in te numquam ego scandalizabor. ut legitur. Math. xxvi. et cuius cecidit
cum ad vocem ancille negavit ut legitur. ex ca. Ad ostensionem vero huius odij
valet illud. psalmus. oculos superborum humiliabis. et iterum. dominus concidet cervices pecca
torum. possunt dici cervices quando manus vel pedes cervice preponderant. spiritualiter super
bia ad idem valet quod legitur. Num. xv. anima que per superbiam aliquid con
miserit. quia rebellis sit ille qui perversus qui adversus dominum rebellis fuit peribit
de populo suo ubi dominus peccatum per superbiam commissum tamquam valde exosum
morte punit. alia vero peccata oblatione pepercit expiari. Quod odium sit inmediatum
Odium vero illud quod est dei ad superbiam quasi inmediatum est. incepit enim quando
superbia incepit. Unde Judith. ix. superbi ab initio non placuerunt tibi sed hu
milium et mansuetorum placuit tibi deprecatio. causa vero huius odij in magna
parte potest parere per ea que dicta sunt ut prius ostensum est qualiter se ha
beat superbia ad deum. Potest tamen adhuc aliis rationibus idem ostendi. inter
Unde notandum quod peccatum superbie est ita exosum deo quia eum exheredat quantum
in se est. divinum enim quia hoc donum in creaturis usurpat superbus sibi
prius. sed non erubescat superbus de peccato suo. Impudentia vero peccatoris multum
displicet deo. Unde B. quantum displicet deo impudentia peccatoris. tantum pla
cet ei erubescentia penitentis. Item alij peccatores ex peccatis suis humi
liantur. superbus vero non quod multum displicet deo. Unde Ambrosius. nichil adeo dis
plicet deo sicut cervix erecta. post peccatum. superbus et dominum multum contemp
nit. dum nemini vanitatis ei preponit. Item maximum peccatum. peccatum super
bie. sic enim vocatur in psalmo. ubi dicitur. emendabor a delicto maximo. et Job.
xxx. ubi sic legitur. si osculatus sum manum meam quod est iniquitas maxi
ma. preterea homo multa habet de contrario a superbia. et ideo magis displicet
deo superbia in homine quantum ad hanc conditionem quam et in diabolo. Quis
enim nesciat superbiam intollerabiliorem esse in divite quam in paupe
re homo quasi pauper creatura est respectu angeli. Unde Eccl. xxv. tres species
odivit anima mea et aggravor valde anime illorum. pauperem superbum divitem
mendacem. et senem fatuum et insensatum. pauper est homo ex parte corporis
interio et paupertum. oportet enim eum mendicare victum et vestitum a ceteris
creaturis. quis unde ubi Ambrosius. mandatum evangelicum implens de duabus
tunicis dat homini non habenti. et adhuc bis mendicat homo vestitum suum

arrogantie et humiliabitur. Signum est huius odii est hoc quod dominus tot humiliationes facit
superbie. Unde Mich. i. Exaltabit dominus super excelsa terre. et Ysa. xxviii. Ve corone
superbie. et Sam. In eodem. Pedibus conculcabitur corona superbie. et Ier. l. Ecce ego ad
te superbe dicit dominus exercituum. quia venit dies tua tempus visitationis tue et
cadet superbus et corruet et non erit qui suscitet eum. Item eiusdem. Ecce ego
ad te mons pestifer qui corrumpis universam terram extendam manum meam
super te. et Abdie. i. Si exaltatus fueris ut aquila et inter sydera posueris nidum tuum inde
extraham te dicit dominus. et Iob. Si ascenderit in celum superbia eius et nubes tetigerit quasi ster
quilinium in fine perdetur. et Amos. vi. Iuravit dominus in superbia Iacob. si oblitus
fuero usque ad finem omnia opera eorum. Signum est huius specialis odii est hoc quod dominus in
nullis miseretur puniet superbos quam alios peccatores. Unde in psalmo. Retribuet habundan
ter facientibus superbiam. et Sap. vi. Exiguo conceditur misericordia. potentes enim potenter
tormenta patientur. et Ysidorus. Fortioribus fortior instat cruciatio. Signum est huius
specialis odii est hoc quia superbos qui inferiores suos opprimunt facit deus opprimi ab ali
is superioribus. Unde Eccl. xi. Multi potentes oppressi sunt valde et gloriosi. traditi
sunt in manus alterorum. Ad ostensionem est huius odii valere possunt exempla plu
rimorum que leguntur in sacra scriptura. deiecte propter suam superbiam. De quibus ex
emplis sufficiat ponere duodecim. xii. exempla ad hoc odium ostendit. oooooo

Primum exemplum est in lucifero de eius deiectione. sic habetur Ysa. xiiii. Quomodo
cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Luc. x. Vidi sathanam quasi fulgur ca
dentem de celo. adeo autem deiectus est lucifer propter superbiam suam. ut cum esset an
gelus factus sit dyabolus. Cum esset nobilissima creatura. factus est sanguis
suga sanguinem super sugens. Unde Prov. xxx. Sanguisuge due sunt filie dicen
tes. affer affer. de celo precipitatus est in abyssum. et de primo ordine creaturarum
positus est in novissimo. Secundum exemplum est in homine qui voluit esse
sciens ut deus et insciens factus est ut pecus. Unde Bernardus. Puto iumenta dicerent
si fas loqui esset. Ecce adam factus est quasi unus ex nobis. et David. Homo cum in hono
re esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Tercium exemplum est
in saule qui cum humilis esset in regem sublimatus est. Unde i. Reg. xv. Non
ne cum parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus israel factus es. Superbus
autem factus est a regno deiectus est. Unde subditur ibidem. quia proiecisti ser
monem domini. proiecit te dominus ne sis rex super israel. Quartum exemplum est de
Roboam filio salomonis. de cuius superbia legitur iii. Reg. xii. Minimus digitus
meus grossior est dorso patris mei. pater meus aggravavit iugum vestrum. ego
autem addam iugo vestro. pater meus vos flagellis cecidit. ego autem cedam vos

tenebat. alt̄ ū in febre ⁊ sensū ꝑdiderat mentis in egritudine sensū ꝑdidat qui ꝗ
ipsū qđ longe eēt a salute ignorabat nec solū uelud freneticus est sꝑbus. ſꝫ
uelud paralyticus. cū enī hūilitas sensus sit ꝓꝑe paupertatis. sꝑbia est insensibili
tas ꝓꝑe paupertatis. Unde uelud quedā paralysis est. ¶ Quarto ū infatuat sꝑbia
hoīem q̄ facit eū alta solū respicē. Ex quo enī ħo alta amat ipē ad alta oculos
hꝫ. q̄ ubi amor ibi oculus. Unde pu. vi. Sex sunt que odit dn̄s ⁊ septē detestatur
aīa eī oculos sublimes. ⁊c̄. Unde sꝑbꝰ que sunt infima in se ⁊ infima nō uidet.
¶ Quīto ū infatuat sꝑbia hoīem q̄ est uelud moles soli iusticie opposita nō ꝑmit
tens lumē ipsū ad sꝑbū uenire. Unde ꝯ. xi. absconditi ħ a sapientibꝫ ⁊ prudentib;
⁊ reuelasti ea ꝑuulis. ⁊ Greg. dicit de sꝑbis. Tanto a dei luce longe sūt quāto apud
se hūiles nō sunt nec solū una stulticia laborat sꝑbus ſꝫ multis quarū. xij. po
¶ Est aūt ꝑma stulticia sꝑbi. qđ sꝑbꝰ. xij. stulticijs laborat. ¶ Que nō sufficiat
q̄ ipē uult altū edificiū ꝯstruere ⁊ absq; fundamento. ⁊ ideo certus ꝑ ee de ruina sui
edificij. Unde dicit Greg. de sꝑbis. Soli ruine crescit q̄ edificant q̄ aū molē fabri
ce fundamēta hūilitatis nō parat. ⁊ pu. xvij. Qui altam facit domū suam querit
ruinā. Aug. magnꝰ ee uis a minimo incipe. cogitas magnā fabricā ꝯstruere cel
situdinis. de fundamēto cogita hūilitatis. quāto altiꝰ erit edificiū tanto altiꝰ fodit
fundamētū quo ꝑuentum est cacumen edificij. ecce dico usq; ad ꝯspectū dei. quōm
aliquis aūt fundamētū facē debeat hꝫ. ysa. ij. ubi sic legit. abscondē in fossa hu
mo. ad litā fundamētū in trā absconditur. ⁊ sapiens uitā suam abscondit
ꝑcipue in ꝑncipio. Unde pu. x. Iustus q̄ fundamētū sempitnū. istā stulticiā
sꝑbi ostendit Aug. alijs uerbis dicens. arborem attendite fig. indicem i hu
mili ut uītice tendat ad celū sū hūilitate uis excelsa apphende sū radice
aurās petis. ruina est illud nō incrementū. ¶ Sc̄da stulticia sꝑbi ē q̄ ipē appe
tit exaltacōne q̄ fit ad eiꝰ maiorē ꝑcipitacōne. legit. Luc. iiij. Quod cū dūs uenisset
nazareth ⁊ dixisset ꝓphīam illam. Spc dni sup me ⁊c̄. hodie eē impletā i aurib;
eoꝝ ipi duxerūt eū ad supciliū montis sup quē ciuitas eoꝝ erat edificata ut
ꝑcipitarent eū. nūquid ista exaltatō bona erat ⁊ appetenda dn̄o que fiebat ad
eiꝰ ꝑcipiciū. talis est exaltatio ipsiꝰ. tollunt eū in altū ut lapsu grauiore ruant.
Dyaꝰ facit sicut cornix que eleuat nucē in altū. ⁊ ꝑmittit eam cadē ut cominu
atur. ⁊ statim descendit ⁊ cōminutā comedit. Sic dyaꝰ quē in statu humili
nō ꝑ aliquē frangē ꝑualet ut eleuetur ad aliquā dignitatē ⁊ diuiciās ut ipsā
dat uel in infernū in futō uel in ꝑsenti ꝑ depōnem. tūc ꝯfractū deuorat
uel ad penā etnam uel q̄ cadit in odiū uel inuidiam erga eū qui sibi succe
dit ad istam fractōnem ꝑ referri r̄. Iob. xxix. Eleuasti me ⁊ q̄i sup uētū

tollens allisisti me valde de precipitio superbi. dicit beatus Gregorius loquens ad superbum paula
tim et quasi per gradus ascendis. sed uno paulatim descendis. illec tamquam fulgur in spiritu
vehementi. Et ideo luc. x. discipuli dicunt domino. domine et demonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. ipse ait illis. videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem
insinuans eis quod qui ad modum sathane superbiunt. ad modum eius precipitantur
ad illud etiam precipitium pertinet illud Job. xxiiij. elevati sunt ad modicum et non subsis
tent. Et hoc est quod legitur Mt. iiij. quod cum dominus esset super pinnaculum templi. ausus est dyabolus
ei persuadere precipitium dicens. si filius dei es. mitte te deorsum. fiduciam autem accepit
dyabolus ex hoc quod multos in altitudine positos precipitaverat. ad idem etiam pertinet illud.
luc. xviij. omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se exaltat humiliabitur semper et in pre
senti autem non est insinuans nobis sapiens dicens. abiectos et submittentes se liben
ter allevamus quia hoc facere tamquam maiores videmur. ac qui se supra modum extulit
premere ac deprimere videtur. nec tam se maiorem quam ceteros minores facere. et ideo
alii eum libenter humiliant. in futuro autem qui se exaltat humiliabitur. est enim ex vi
bat homini propria pulchritudo non habebat tamen aliquid erubescere. Unde non erat
necesse ut sub veste absconderet sicut sol vestimento non indiget. Sufficit enim ei
pulchritudo luminis sui per vestimento sicut rosa ornatu aliquo non indiget. suf
ficit enim ei pulchritudo coloris sui ad vestimentum et sic de ceteris floribus. Unde
matthei vi. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem vobis
quoniam salomon in omni gloria sua coopertus non est sicut unum ex istis sed per peccatum incurrit homo
turpitudinem et erubescenciam. Ideo necessarium est ei vestimentum quod est remedium
turpitudinis et erubescencie. sicut ergo ad gloriam loripedis non cedit quod pedem habet
ligneum cum sit remedium infirmitatis. nec ad gloriam scabiosi quod scabiem ve
lat. sic in veritate non cedit ad gloriam hominis ornatus. et si aliter videatur. augustinus. Qui
superbit ex habundancia temporalium est tanquam egrotus qui superbit ex habundan
cia medicamentorum et emplastrorum. a simili possumus dicere quod ille qui superbit ex pulchritudine

nec in quibus iuxta duplex erit ei. Et id. prov. xvi. spirituum ponderator est deus. Faciunt cor
pora pondant et iudicant hominem ex ea parte ex qua non est homo. deus vero spiritum ponderat
Unde i. reg. xvi. dixit deus ad samuelem cum precepisset ei de unctione david in regem ne
respiciat vultum eius et altitudinem stature eius quoniam abieci eum nec iuxta intuitum hominis
iudico. homo enim videt ea que parent. deus autem intuetur cor. preciosiores species aromatice
in sacculis minoribus solent reponi ne evaporentur et sicut eodem vicio laborant do
mine que longas caudas trahunt post se preciosis vestibus tiram moventes et de
nuditate xpi. De caudatis vestibus mulierum. oooooooooooooooooooo
In pauperibus non curantes caudis suis pulveres colligunt et pulverem hominibus movent
xpm vero quem in tot pauperibus nudum inspiciunt non operiunt. timendum est ne in caudis
earum diabolus quiescat. Unde legitur de quodam sancto quod ipse vidit quendam diabolum videns
tem et quesivit ab eo quare rideret qui dixit ei. Vidi socium meum equitantem super cau
dam cuiusdam mulieris que dum retraheret caudam cecidit socius meus in lutum
et in derisum. Sexto enim est superfluitas in illis qui volunt habere diversa paria vestium
et postea volunt vestimenta sua a tineis comedi quam inde xpm in pauperibus induere.
Unde Jac. v. agite nunc divites plorate ululantes in miseriis que evenient
vobis. divicie vestre putrefacte sunt et vestimenta vestra a tineis comesta sunt
et c. Clamant nudi. Clamant famelici et queruntur nos fame et frigore mi
serabiliter laborantibus quod conferunt tot mutatoria vel extensa in perticis vel plica
ta in manticis. Quinto potest esse reprehensibilis habitus propter materiam ut sit materia sit
serica vel aurea vel argentea. Et notandum est quod materia vestium multum processit
ut postea defecit curiositas humana. post enim fuit materia vestium pellis cum lana
Unde Gen. iii. fecit quoque deus adam et uxori eius tunicas pelliceas. Deinde pro
cessum est ad lanam puram que levior est quam post in processu est ad cortices her
barum scilicet ad linum iii. ad stercora vermium scilicet ad sericum. deinde ad aurifrigium
et ad lapides preciosos. Inter ornatus sunt qui propter materiam reprehensibiles sunt specialiter
videntur esse reprehensibiles corrigie serico deaurate vel deargentate. et hoc multipli
ci ratione. Primo quia superbia talium corrigiarum in loco humiliationis est. Unde mi
chee vi. humiliatio tua in medio tui. Unde sicut superbia in paupere amplius
displicet deo quam in divite. quia pauper habet materiam humilitatis que est quedam
repressivum superbie. sic potius displicet deo superbia circa ventrem ubi tanta mate
ria humilitatis est quam displiceat in alia parte hominis. Preterea. sicut ignis vehe
mens est qui ardet cum aqua que ei contraria est. sic valde magna superbia est
que durat ubi tanta materia humilitatis est. Bernardus. non magnum est esse humilem in abiecti
one magna prorsus et rara virtus humilitas honorificata. Sic ergo potest dici quod

uocat ornamenta brachiorum scilicet armillas. Murenule sunt cathene circa collum. olfa-
toria uocat ea in quibus continebatur muscus et alia aromata. teristra uocat uestes
estiuales ualde subtiles [illegible] pluuias. et dicuntur a tira quod idem est quod estas. tunc mulie-
res que se quasi alienis plumis pulchras se fecerunt ad modum cornicule. amissis plu-
mis illis turpissime apparebunt nec solum deficiet glorie ornatus tunc. sed et commuta-
bitur in ignominiam et quanto plus habent de gloria plus habebit tunc de ignominia. Unde Osee
iiii. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et Ysa. iii. Erit pro suaui odore fetor et
pro zona funiculus. pro crispanti crine caluicium. pro fascia pectorali cilicium. Econuerso
sed que corpora sua fuerunt superbe ornata tunc a Christo non ornabuntur. Unde B. nunc tamen
nunc uideant qui corpora sua pellibus mortuorum et stercoribus uermium informant. quia
cum deus ad iudicandum uenerit non reformabit nisi quod humilitatis et abiectionis inueni-
et. Unde apostolus ad Phil. iii. Saluatorem expectamus. super quod B. dicit. Requiesce i(n) ho(c)
spe misera caro qui propter adam uenit propter te quoque uenturus est qui reformabit
illam tu quoque non obliuiscere saluatorem expectamus qui reformabit corpus humi-
litatis nostre. Quartum est magnus contemptus glorie eterne qui est in eis qui se
ornant. multum enim contempnunt eternam gloriam qui ei preponunt gloriam et laudem ho-
minum. Carius enim habent ut pulchri dicantur quam ut consequantur regnum eternum. nec
et laudem semper habent quam intendunt. In archa enim non seruata thesaurum suum faciunt
et ideo de facili illum amittunt. Unde B. Insipiens tu qui thesauros congregas in saccum
pertusum quod thesaurum tuum alieno in ore constituis ignoras quod archa ista non clauditur
nec seras habet. Quintum est ingratitudo magna que est in eis qui se superbe ornant
Valde enim ingrati sunt deo qui eum inhonorant in hoc in quo ipse uoluit eos pre ceteris creaturis
honorare. In hoc deus hominem specialiter honorauit quod eum ad ymaginem et similitudinem su-
am creauit. Unde multum ingratus est ei qui ymagini sue contumeliam facit
et quasi non timeant irreuerentiam aliquam facere ymagini beate uirginis uel ymagini
Christi hominis scilicet crucifixo quare non timent homines irreuerentiam seruare ymaginem
beate trinitatis. illi qui exterius se ornant similes sunt sepulchris dealbatis que exte-
rius apparent hominibus speciosa sunt ossibus mortuorum. Corpus enim peccatoris anime mor-
tue est sepulchrum. sicut dicit Au(gustinus). Unde dominus Mt. xxiii. Ve uobis scribe et pharisei ypo-
crite quia similes estis sepulchris dealbatis que a foris apparent hominibus speciosa. intus
uero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. ad quod potest induci quoddam exemplum
barlaam. Rex quidam magnus gloriosus pergens in curru obuiam habuit duos ui-
ros habentes uestes attritas et sordidas et attenuatas facies et psallebant deo
Rex autem de curru prosiliens amplexatus est eos. quod uidentes magnates eius
indigne tulerunt. et cum per se non auderent corripere eum rogauerunt fratrem eius

ut quereret ab eo

arboribus quoadusque signemus servos dei in frontibus eorum. Ezech. ix. Transi per mediam civitatem
in medio Ierusalem et signa thau super frontes virorum gementium. Thau signum fuit crucis. Crux
enim tria brachia tantum habuit ad modum T. Sed postea addita est quedam tabula a parte superiori ad
scribendum titulum crucis. Ergo quod per thau intelligitur voluit deus signari in frontibus fidelium. Sed mulieres
abiecto signo domini posuerunt signum diaboli in frontibus suis. Unde in ps. Posuerunt signa sua
signa. Et apoc. xvii. Mulier circumdata erat purpura et coccino et inaurata auro et lapide
precioso. Et subditur. Et in fronte eius scriptum nomen misterii. Unde timendum est eis illud quod legitur Ezech. ix.
de non habentibus thau. Percutite non parcat oculus vester neque misereamini. Et subditur. Omnem super quem vide-
ritis thau ne occidatis. Et a sanctuario meo incipite. Duodecima stulticia ornantium se est quod
ipsi habent caram pulchritudinem corporis sui que adeo parva est ut pellibus murium et stercoribus
immundis adiuvetur. Pulchritudinem vero anime que similis est divine adeo vilipendunt quod eam non
reputant. Cum demones eis nasum et aures precidunt. Iuxta illud Ezech. xxiii. Nasum tuum et aures
tuas precident. Dicendum quod non fit sine magna contumelia dei cum homo potius velit assimilari muribus
in pulchritudine quam deo. Pulchritudinem et sotularium suorum habent homines curam singulis
diebus eos tergendo. Ad pulchritudinem vero anime sue que dei ymago est vix semel in anno
volunt cogitare. Immo quod plus faciem peccatorum que sunt facies demonum super induunt. Iuxta
illud ps. Et facies peccatorum sumitis non attendentes illud Eccli. iiii. Non accipias faciem adversus fa-
ciem tuam. Non offenditur parum deus ex contemptu ymaginis sue. Unde super illud ps. In ci-
vitate tua ymaginem ipsorum ad nichilum rediges dicit Glosa. [illegible] Iusto ymaginem ipsorum ad nichilum redi-
get deus in celesti civitate quia ipsi in sua terrestri civitate ymaginem ipsius ad nichilum
redigunt. Preter ista sunt multa alia que debent homines cohibere ab amore superflui ornatus.

Primum est dei ordinatio. *De hiis que debent homines cohibere ab amore superflui ornatus.*
que vult ut in presenti tempore intendatur reformationi animarum. Et ad hoc spatium fuit primus
adventus filii dei in mundum. In futuro vero vult ut fiat reformatio corporum et ad hoc erit secundus
adventus. Tunc enim resurgent corpora sanctorum et gloriam suam habebunt que hic sine gloria
fuerunt. Unde Bernardus: Noli corpus preripere tempora. Potes enim impedire anime salutem. Tuam
operari non potes. Omnia tempus habent. Patere ut nunc anima pro se laboret. Magis autem et colla-
borabis ei. Tamen et si compateris et conregnabis. Secundum est quod ornatus iste tunc deficiet
quando magis esset necessarius. Quando scilicet anima venire debebit ad illam magnam curiam in qua
congregata erunt et que sub terra et que in terra et in celo sunt. Unde Ysa. iii. De-
calvabit dominus verticem filiarum Syon et dominus crinem earum nudabit. Et ibidem. In die illa au-
feret dominus ornamentum calciamentorum et lunulas et torques et monilia et armillas et
mitras et discriminalia et periscelidas et murenulas et olfactoriola et inaures et gem-
mas in fronte pendentes et mutatoria et lintheamina et acus et specula et sin-
dones et vittas et theristra. Armillas vocat Glosa ornamenta brachiorum. Periscelidas

uestitum est tanquam egrotans qui superbit ex multitudine emplastrorum. Et sicut ridiculum esset si
aliquis loripes pedem ligneum depingeret uel deauraret sic ridiculum est cum homines se or-
nant. Tertio per idem ostendi potest quod illi qui ornant se mendicant pulchritudinem
suam a creaturis uilioribus quam ipsi sunt. Unde sicut aliquis nobilis homo erubesceret si opor-
teret eum aliquid mendicare. sic a personis ignobilibus et potius uellet magnam inopiam susti-
nere quam ab eis mendicare; sic erubescere debet homo quod a muribus et uermibus oportet eum pul-
chritudinem suam mendicare. Unde super illud Guido. Cantuariensis. Quoniam non gloriabitur de pul-
chritudine qui gloriatur de turpitudine. Vestes te ornant pulchritudo esset si eas ornares.
Nona stulticia est eorum scilicet quod ipsi credunt se bene indutos et ornatos cum equis eorum. Si tem-
pus bene ornatus est cum tamen omnino nudi sint. Unde in Apocalypsi. Beatus qui custodit uestimenta
sua ne nudus ambulet et uideant homines turpitudinem eius. Et Ezechielis xxiii. Denudabunt
te uestimentis. Et ibidem. Dimittent te nudam et ignominia plenam. Ipsi sunt similes cuidam clerico
qui in festo stultorum equum suum induit scarleta et ipse indutus erat tiata. Decima
stulticia erat quod ipsi turpitudinem suam discooperuerunt quam eam cooperire debuerunt
Illi enim qui uident superbum ornatum eorum malam opinionem habent de eis. Unde super illud
ad Thimotheum ii. non in tortis crinibus aut auro aut margaritis aut ueste preciosa dicit Glossa.
Superbus habitus nec recta de se facit credi. Et Ecclesiastici xix. Amictus corporis et risus dentium
et ingressus hominis enunciant de illo. Si nux relinquit corticem exteriorem ante tempus signum
est interioris corruptionis. sic si christianus non habeat exterius habitum quem christiana religio
requireret. signum est quod in animo alicuius peccatum intus lateat et magis erubescibilis est cul-
pa quam nuditas hominis cum nuditas a culpa habeat quod sit erubescibilis. Unde magis erube-
scere debent illi quorum peccata apparent hominibus quam si ipsi nudi hominibus apparerent. Illi
qui ornant se dum uolunt uitare turpitudinem corporis turpitudinem assumunt mentis
et dum se ornare uolunt inquinant se admixtione uicio superbie. quod inquinat omnia bona
que sunt in homine iuxta illud poetarum. Si tibi copia sapientia formaque detur. Inquinat
omnia sola superbia si comitetur. Undecima stulticia eorum scilicet est quod mulieres uolunt
uideri fatue uolunt esse. et potius uolunt assimilari fatuis quam matronis. Si equus
uenalis non est quare ergo signum uenalitatis gestat in fronte. circulus quare est ante domum
si non est ibi uinum uenale. uel quare ouis que est dei uult habere signum ouium diaboli. Nun-
quid nimo dicit ei pastor ecce non noui te et capieris a lupo infernali. Signo autem
tali debent esse signati omnes fideles. omnes enim debent ostendere crucem penitentie in se ip-
sis. Unde ad Galatas. Stigmata domini Ihesu in corpore meo porto. Precipue tamen in capite
debent apparere signa penitentie et humilitatis. Pro illis qui baptizantur uel confirmantur
imprimitur signum crucis in fronte. In capite ieiunii aspergitur cinis capita
fidelium. De significatione illa legitur Apocalypsis vii. Nolite nocere terre et mari neque

in festo beati vincencii. tunc enim accipiunt ancille vestes diuersarum sudarium. ista prosi-
tas est similis illi prosperitati quam ponit salomon. eccles. x. dicens. Vidi servos in equis
et principes quasi servos ambulantes super terram. et est prosperitas ista valde nociua ecce
dei. Vnde prov. xxx. per tria movetur terra et quartum quod non potest sustinere per servum cum reg-
nauerit. Tercia stulticia est eorum. scilicet quod ipsi valde care emunt quod nichil
valet scilicet. gloriam humanam que non valet est quo ad animas cum animabus sit valde
nociua nec quo ad corpora. Vnde. Jo. viii. Si ego glorifico me ipsum gloria mea nichil
est. nichil in quantum in valore. Quarta stulticia eorum est quod ipsi plus expendunt
ut pascant oculos aliorum quam ut pascant ventrem proprium. Vnde Seneca. non sunt
homines ad popinam dentibus et ore et ventre contenti oculis quoque gulosi sunt. si
aliquis erat per civitatem aliquando plures artifices inveniet qui operantur ut pascant oculos
quam qui operantur ut pascant ventrem. Vnde dixit quidam. mundum esse animal mi-
rabile quod maiores habet oculos quam ventrem. potius voluit homines bona sua perde-
re divitibus hominibus qui per oculos ponere quam os dei famelicum in pauperibus pascere.
Jnvenerunt curiosi quo delectarentur et non invenerunt miseri quo sustentarentur.
cum periculo anime sue adquirunt. Vnde oculos hominum delectent. Mira fatuitas cum
videas in pulchritudine rei vise habeat delectari naturaliter. potius quam res visa eo
quod iam melius videretur parere ad inspicientes pulchritudinem eorum quam inspiciunt
prouide quam ad eos que inspiciunt. debet quoque homo pulchritudinem exteriorem neglige-
re autem eam si voluit qui habet eam inspicere. Quinta stulticia eorum. scilicet est quod ipsi
similes illi qui ex preciositate selle et freni equum estimat. Vnde. Seneca. quemadmo-
dum stultus est qui equum empturus non ipsum aspicit sed stratum et frenos. sic
stultissimus qui hominem aut veste aut ex condicione vestis que in nobis circum-
data est estimat. Jdeo cum volueris verum estimationem inire et scire qualis sit.
nudum inspice. et sicut ait quidam. ex auro frenum non meliorat equum. Sex-
ta stulticia est quod ipsi volunt omnia sua habere pulchra et se turpes. Vnde
Aug. ecce omnia pulchra sunt cum iniquis et ipsi sunt turpes. ita accidit peccatoribus
qui se ornant exterius sicut accidit cuidam regi qui convocatis omnibus ma-
gistratibus circa [?] se fecit convivium magnum et non erat aliquis angulus in do-
mo qui non esset coopertus purpura et aliis preciosis. et astitit quidam philosophus. qui
cum vellet expuere expuit in faciem regis. et cum ministri ipsius vellent eum
ducere ad suspendium non permisit eos rex. sed quesivit a philosopho. quare hoc fecisset qui
ait. Vidi alia loca plena auro et argento gemmis et purpura. et video in
barba regis maculata ex pinguedine ciborum. me mundam. non vidi
enim locum esse mundum. quod audiens rex compunctus est. sic diabolus videns hominem

ut quereret ab eo quare in illis personis tantam reverenciam exhibuisset. Et rex volens osten-
dere magnatibus suis errorem eorum precepit fieri .iiii. archas. duas deauratas in quibus
posuit ossa mortuorum oblinivans eas aureis seris. alias duas de pice et bitumine in
quibus posuit preciosas margaritas et unguenta optima ligavitque eas funiculis cili-
cinis et posuit omnes autem magnates ut estimarent quid singule valerent. At illi
deauratas maximi precii iudicaverunt. Quibus ait rex. Certis omnia oportet inspici
intimis oculis non exterioribus sui honorem suum grumeliam. apertis ergo deauratis archis
ait rex. iste est cibus qui exterius sunt gulosi. intus repleti mortuis et fetentibus
operibus. Deinde apertis aliis duabus archis ait. iste est cibus eorum qui exterius sunt sordidis
vestibus induti vel operti interius preciosis bene redolentes. Et quales erant illi. De quorum
veneratione me fecistis reprehendi. Et sic confudit eos. Item orantes se similes sunt
aerario simile coopto. De causis ex quibus potest habitus alicuius esse culpabilis.

Notandum ergo quod superbus habitus potest esse culpabilis ex multis causis. Prima
causa est preciositas. Unde super illud Luc. xvi. ubi dicitur de divite qui induebatur
purpura et bysso dicit Glo. Si cultus preciosarum vestium culpa non esset sermo di-
vinus tam vigilanter exprimeret quod dives purpura et bysso indutus apud inferos
torqueretur. Item Greg. Nemo preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriam querit
scilicet ut honorabilior ceteris videatur. nemo vult preciosis vestibus indui ubi a
nemine potest videri. Secunda est mollicies vestium. Unde Matth. xi. Qui mollibus indu-
untur in domibus regum sunt. Et super illud Matth. iii. Ipse Iohannes habebat vestimenta de pi-
lis camelorum dicit Glo. servus dei non debet habere vestimentum ad decorem vel ad
delectationem sed tantum ad tegendam nuditatem. Greg. Nemo existimet in fluxu atque
studio preciosarum vestium peccatum deesse. quia si hoc culpa non esset. nullo modo dominus Iohannem de
vestimenti sui asperitate laudasset. Tercia causa est extraneitas quando scilicet aliquis vult
habere vestes extraneas vestibus aliorum dissimiles. Unde Sopho. i. Visitabo super principes
et super filios regis et super omnes qui induti sunt veste peregrina. Quarta causa
est superfluitas. Potest autem ista superfluitas dupliciter ostendi vel quantum ad magnitu-
dinem vel quantum ad multitudinem. Primo modo est superfluitas in illis qui no-
lunt habere vestes longas ut maiores esse videantur quorum multum vicium habundat in
quibusdam prelatis qui pilleos oblongos in capitibus deferunt calopodia in pedibus
et vestes longas per terram trahunt sic volentes adducere ad staturam suam
cubitum unum. Unde Luc. xx. Attendite a scribis qui volunt ambulare in sto-
lis. Stola vestis longa est. illi enim magnitudine corporis dignitatem volunt
honorare non videntur attendere quod legitur de Saul qui rex malus fuit. altior
fuit universo populo ab humero et sursum. i. Re. x. Et ista que dicit Da. in ps. de domino.

magnū proꝛsus uicıū est sup̄bia cū hūılıtate tantā. Jtē hūılıtas b̄e uirginis omnē
hūılıatōnē pure creatē supauit. ꝫ maioꝛē matiam sup̄biendi hūıt cū fuıt mat̄
dei. sic sup̄bia uentris sup̄biam alioꝝ membroꝝ supat cū maioꝛē matiam hūılıtatis
hēat. p̄tea. cū saccus bono frumēto plenꝰ ꝯpetent ligatur sic fune uniꝰ oboli nō modica
fatuitas est ad ligand̄ saccū inmūdicia plenū q̄rere corrigiam sericam deauratā
uł deargentatā. Jtem cū ad ligandā uasa uini p̄ciū ꝯtinenda circuli lignei suffi
ciant patet ridiculū eē circulos deauratos uł deargentatos q̄rere ad ligandū uas
uentris q̄ ab hoīatōne plenū ē. Preterea quis nō irrideat si uideat ornatū templi
poni circa aceruū sterquilinii aliquem locū in quo inmūdicia ꝯtineatur sic faciunt
mulieres que corpa sua ornant p̄cipue circa mediū corpis. Unde in ps̄. filie eoꝝ
ꝯposite circūornate ut similitudo templi. De sup̄bia corrigiarum.

Ex hoc ꝫ p̄t ostendi magna fatuitas mulieꝝ p̄ciosis corrigiis utentiū. q̄ corrigie
ille care ꝯstant eis. ꝫ nō p̄sunt neq; aīe neq; corpi. immo deus in eis offenditur plurimi
scandalizantur. ipe ꝫ mulieres ex ponderositate grauant̄ inmodū mag̅ ponderose sūt q̄m
circuli ferrei quibꝫ solent penitentes se ligare. multe mulieres sunt q̄ si iniū
gerētur eis p̄ p̄nia ut tam ponderosas corrigias ferrent nō adq̄escerent iniungen
ti. Mira insania taliū mulierū qd̄ tantis expensis diabolo se iungant ꝫ qd̄ tam
care emant. Unde diabolo ligentur. Dyabolꝰ enī bn̄ scit ligare aliquē suo p̄prio cingulo.

Sexto rep̄hensibilis p̄t eē habitus uł ornatus p̄pt̄ colorem ut in uestibꝫ clicoꝝ rep̄
hensibilis uiridis coloꝛ rubeus ꝫ uarius cuiꝰ rei ratō p̄t eē q̄ tales colores i lana
ouiū nō inueniunt̄ naturales. si deꝰ uoluissꝫ lanam taliū coloꝝ eē ouiū. ipe po
tuisset oues depīgere. sicut ꝫ depinxit aues ꝫ forsitan a p̄ncipio cū fuit facta tincti
ua hoiꝰ absq; curiositate ꝫ culpa aliq̄ audiui aliquē uirginē inocentē q̄m re
mordebat gr̄a sua dei qd̄ habebat uestē alteriꝰ coloris q̄m aliis allegantē q̄ se
q̄ ouis q̄ nūq̄m p̄cauiat ꝯtenta fuissꝫ illi colore ipa ū q̄ mltū p̄cauiat p̄ciosiore
coloꝛe uteretur. ꝫ i ciuitate cū ipo uestē diceret ab oue. mx̄ē ubi ū dc̄. Ouis manda
tū euuāglicū implens de duabꝫ tunicis dat unā hoī nō hn̄ti. sufficē debet hoī
mendicanti coloꝛ ille q̄ sufficit oui etiam largienti. Sup̄bꝰ mendicus ē cui non
sufficit qd̄ sufficit illi a quo mendicat. Qd̄ coloꝛ croceus sit rep̄hensibilis in pe

Jnter ornatus ū qui p̄pt̄ colorem rep̄hensibiles sūt sp̄alit̄ uident̄ eē plis. rep̄hensibilia pepla seu uitte crocate mulierū q̄ multiplr̄ p̄t ostendi. Primo
p̄pt̄ h̄ qd̄ multū displicet alicui p̄ncipi q̄ uidet uexillū inimici sui in t̄ra sua. Sꝫ
amplꝰ displicet ei q̄n uidet illud in aliqua de uillis suis plus enī displicet p̄ncipi si
uidat illud in aliquo de castris ꝫ p̄cipue si uideat in supiori pte castri sui. sic deo mltum displicet q̄n uidet signū sup̄bie qd̄ est uexillū dyabolı. in supiori pte castri

sui .s. in capite mulieris et uidet uexillum suum remotum esse a loco quo postquam uoluit
id esse humilitatem primo postquam uoluit deus esse in capite. Unde Ezech. ix. Signa thau super
frontes uirorum gementium in signum huius rei fit signum crucis et illis qui baptizantur
et illis qui confirmantur in fronte et in capite ieiunii capita cinere aspergimus. Secundo
per idem ostendi potest per hoc quod peplum quod est super caput mulieris signum est subiectio
nis. Ideo enim debet uelamen super caput suum ut ostendatur quod superiorem habet .s. uirum
suum. In hoc etiam ostenditur quod preuaricatio ab ea incepit et ideo mulieres post uelami
na deferunt quam uiri et precipue postquam a uiris cognite sunt. Unde super i
ad cor. xi. capilli mulieri pro uelamine dati sunt dicit Glo. ad hoc habet mulier
uelamen ut se ream agnoscat et subditam. Item in eodem capitulo. Super .i. non
est uir propter mulierem sed mulier propter uirum. Ideo mulier debet uelamen habere super caput su
um propter angelos dicit Ambrosius ut .s. ostendatur subiecta uiro et quia per eam preuaricatio
cepit. Unde cum peplum in mulieribus maxime debeat esse humilitatis multum displicet deo quando
inde superbiunt ipse. Si quis iudicat furem cui in signum furti debet suspendi bur
sa ad collum instanter petere ut bursa illa sit purpurea quasi non irrideat eum. sic ir
risione digne sunt mulieres que uolunt habere pepla crocea in obprobrio suo
enim querunt gloriam. uel esse non potest. non cedit ad gloriam furis bursa sibi suspensa
ad collum et si deaurata sit. Tertio per idem ostendi potest per hoc quod mulieres que croceum
colorem in peplis suis deferunt colorem decentem amabilem deo et angelis
et hominibus mundi cordis uili pendunt colorem uero minus decentem non amabilem deo
et angelis eius. Contra doctrinam ecclesie deferunt quia color croceus minus decens est
quam candidus. Patet ex hoc quod nulla est que potius non uelit faciem suam candi
dam esse quam crocei coloris. quod autem iste color placeat deo uideri potest ex hoc quod legitur
Cant. v. Dilectus meus candidus non dicitur quod sit croceus. et Sap. vii. legitur de ipso
Candor enim est lucis eterne. et B. loquitur de sapientia incarnata. candor est lucis eter
ne sapientia et candida oportet esse. animam in qua ipsa sedem elegit. sic etiam placet deo
candidus color in ornatu corporis potius quam croceus. Unde legitur. Math. xvii. quod in
transfiguratione domini uestimenta eius facta sunt alba uelud nix. Magistro etiam spiritu
sanctus institutum est quod sanctissimum corpus domini inuoluatur panno candido non
croceo uel alterius coloris. Unde bene debet sufficere in mundo corpori ad inuoluen
dum color ille qui dominico corpori sufficit quia etiam color ille placeat angelis. ui
deri potest ex hoc quod legitur ultimo Marci angelus apparuisse coopertus stola candida
et Math. ultimo leguntur uestimenta angeli fuisse alba sicut nix. et Jo. xx. legitur
et uidit duos angelos in albis sedentes. quod autem hominibus mundi cordis place
at color iste satis manifestum est. Si enim aliquis occurrat duabus mulieribus

q͞uū alt͞a h͞eat peplū candidū ⁊ alt͞a croceū stat͞i illam q̄ candidū defert honestiore
iudicabit in d͞o sibi mag͞ placebit ū inq̄tas ꝑꝑa cor ei͞ subuēnit. De mulierib; q̄ mult͞ su
Qvarto p̄ idem ostendi p͞ h͞ q͞ cū ornatus p͞p uanitatē rep͞hensibil͞ sit q͞ ua os depin
mus ⁊ mutabili͞ erit in ornatu mag͞ rep͞hensibile erit. Vnde cū croceus color gunt
in peplis ualde mutabil͞ sit ualde rep͞hensibil͞ est tunicā. Si aū mul͞r tunicā
suam singulis septimanis lauaret satis fatua reputaret͞. sic fatue sūt ualde
q̄ singulis septimanis pepla sua ⁊ tingunt ⁊ abluūt. Septimo p̄ ēē rep͞hen
sibilis habitus ul͞ ornatus p͞p p̄sūptōne q͞ui͞ s. aliq͞ p̄sumunt face͞ i͞d q͞d sp͞ali͞ ad de
um ptinet sicut ille que alios crines apponūt capiti ul͞ āliem coloꝛē ponūt
in facie. appone eū crines capiti ul͞ dare colorem faciei sp͞ali͞ ad dm͞ ptint;
que aū talia faciūt cū lucifero uolunt siliēs ēē altissimo. ip͞e sūt uelud sȳ
mie que dū uolūt se decorare sp͞ali͞ se iugulant ip͞e ⁊ sunt angli tenebr͞
rum t͞rāsfigurati in anglos lucis q͞ illas que inatalem coloꝛē ponūt in fa
ciebȝ suis uideo͞ ēē dēm i͞d. ez͞. iiij. Ipse accipias faciem ad ūsus faciem tuam
facies q͞ui͞ mli͞ assumit q͞ faciem inferiorem aīe est q͞ eam decurpat. dū eni͞
uulo extīus h͞re faciem pulchrā. interi͞ assumit faciem diabo͞i. iux͞ i͞d. Et
facies petoꝝ sumitas. facies aū assūpta c͞tra est faciei natali q͞ an͞ t͞pe debi
tum facit eam senescere ⁊ in futo͞ pro ea punietr͞. Iux͞ i͞d. Ioel. ij. omnes
uultus redigent͞ in ollam q͞ntū offendat dn͞a illa que alienū colorem
ponit in facie sua. satis p̄ apparere ex h͞ q͞ uidemꝰ tn͞ offendi pictos arti
fices q͞ui͞ aliq͞ s p̄sumūt meliorare aliquid in opib; eoꝝ. p̄tea. magnam
gauinchiam facit d͞o talis p͞sona q̄ po͞ mult h͞re colorem q͞lem pictor faciat
q͞ū qualem ei deus fecit. De tali mli͞re dicit Io. Qua fiducia erigit ad celos
uultus quos conditor nō cognoscit. Sex sūt q̄ debent cohibe͞ mlieres alienis
Sex u͞ sunt que possunt cohibe͞ mlieres ab alienis crinib; . crinibus utꝫ. osc
si diligent͞ eis ostendat͞. Primū est pena q͞ui͞ sc͞ptura comminat͞ eis. ysa.
iij. ubi sic leg͞r. decaluabit d͞ns uerticem filiarū syon ⁊ d͞ns crine͞ earū nuda
bit. in p̄senti ⁊ q͞nq͞ crines earū nudant͞. Vnde accidit parisiꝰ in q͞dam ge
nerali p͞cessione. q͞d quedam symia cuidam dn͞e peplū suū cū alienis crinib;
quos deferebat coram toto p͞p͞lo abstulit ⁊ turpis ⁊ depilata ad modū cornici
le dep͞ōitas alienis plumis remansit ⁊ iusto iudicio dei h͞ accidit. Iux͞ i͞d. ysa.
Ve qui predaris nōne ⁊ ip͞e predaberis. dep͞data fuīt dn͞a illa mortuam mlie
rem crinib; suis. Ideo eam symia merito dep͞dauit q͞ iux͞ ūbū poete. nō est
lex equior ulla q͞ui͞ necis artifices arte ꝑire sua. Scd͞o debent cohibe͞ muli
eres a uitio isto fatuitas magna que comittit͞ in eū i͞d. que ex h͞ ostendi p̄

qđ cū pugiles crines ſuos abbreuient qñ duellū facturi ſunt ne ab hoſtibꝫ ſuis
ꝑ crines poſſint capi ꝛ ſilr̄ illi q̇ intrant in religionem uelud pugiles ſpūales
fatue cū mulieres crines ſuos augere uolūt. ſcꝫ in bello ꝑiculoſiſſimo ſint qͥ
nolint de manibꝫ dy͞a. euadere nō de facili euadit mlr̄ de manibꝫ dy͞a. ex q̇ tenet
eam ꝑ crines. qñ ſ. mlr̄ nimiū amore hēt ad pulchritudinē crinium. Item mulieres
talem mat̄iam ꝑiculoſe infirmitatis qñ hn̄t augent. qñ deberent eam minu
ere q̇ tamen nollent a ſua infirmitate. Infirmitas ualde ꝑiculoſa eſt ſupbia
ſicut oſtenſum eſt ꝓus q̇ mat̄ia augetur qñ crines alienꝰ ꝓpriis crinibꝫ addunt
ſatis ſunt ibe ſupbe qñ parū hn̄t de crinibꝫ. Tercio de. eo. mulieres a uicio iſto.
ꝑuſitas magna que cōicatur h̄ uiciū. uolunt enī mulieres id facere ad contume
liam dei ꝛ dampnū aīarū ſuaꝝ qđ nullo mō facerent ꝓ honore dei ꝛ ſalutem
ꝓpriam. ſi iniungeretur aliqui mulieri ꝑ pn̄ia qđ hr̄et ꝑ noctē ad capud ſuum
manū alicuius mulieris mortue nullo mō uellet h̄ facere. diceret enī ex timore am
ten fi. Crines aū mulieris mortue uult hr̄e ī nocte ad capud ſuū in dei
contumeliam ꝛ cͦ uoluntatē ecclē nec timet inde neſcio quo dy͞a. mundo.
Quarto. de. eo. muli. a uicio iſto magna ingratitudo que eſt ibi. qñ ſ. ipſe
uoluit hr̄e in loco illo crines ad dei contumeliam. Ubi deus ꝑ amore eaꝝ por
tauit coronam ſpineam. Quinto uͦ contemptus dei qui eſt in uicio iſto. Valde
enī dm̄ contempnūt qui capillos deo ꝓponūt cū capilli illi uideant̄ ſupflu
tas ee hōis ſicut ꝛ ungues de receptaculo lendiū ꝛ pediculoꝝ faciūt mulieres
theſaurū ſuū imo dm̄ ſuū qđ h̄ ab hōie colitur qđ ꝑ ceteris diligit ſicut dicit gloſa
ad eph. xv quoꝝ deus uenter eſt. De ba ꝑ̄catrice legit̄ luc. vij. qđ capillis capi
tis ſui tergebat pedes dn̄i. nō amabat tn̄ eos qñtū amant dn̄e nr̄e. Sexto
de. eo. muli. a uicio iſto multiꝑ malū qđ inde ꝑuenit tam eis qñ ꝓximis eoꝝ.
ꝓximis de facili malū ꝑuenit ex pulchritudine crinium. Crines enī uelud q̇
dam laquei ſunt quibꝫ fatui capiunt̄. Unde ſi iu. xiiij. qđ ipa colligauit
crines ſuos mitra ad recipiendū holofernē. circum dn̄r capilli dependentes a
capite mulieris. hō ꝑin laqͦs faciūt de pilis caude equine ad capiendas aues
ſic dy͞a laqueos facit de pilis mulierū ad capiendos hōies. ipis ꝙ mulieribus
multiꝑ malū facit crinium pulchritudo. accidit enī ſic legit̄ abſalon accidiſ
ſe de pulchritudine abſalon ꝛ multitudine crinium ei. ſic legit̄. ij. re. xiiij. por
ro ſicut abſalon uir nō erat pulchrior in omī iſrl̄. ꝛ ſubdit̄ a ueſtigio pe
dis uſqꝫ ad uerticem nō erat in eo macula ulla ꝛ qñto mag̃ tondebat ca
pillos tanto mag̃ creſcebant. ſemel ī anno tondebant̄ qđ grauabat
eū ceſaries ꝛ ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis ponđe publico

quid autem ei accidit. lib. ij. Re. xviij. s. quod capud eius quercui adhesit et illo suspenso inter
celum et terram mulus cui insidebat pertransijt et ueniens Joab infixit tres lanceas in
corde ipsius. sic pulchritudine crinium adheret fatua mulier alicui uiro luxurioso qui
per quercum designatur. quercus enim fructum debet quo porci pascuntur et luxuriosi opera
faciunt in quibus infernales porci delectantur et ueniens dyabolus infigit tres lance
as in cor fatue mulieris. Prima lancea est uicium superbie. Secunda est uicium luxurie
Tercia uicium discordie inter ipsam et uirum suum. require de materia ista in tracta
tu de luxuria in capitulo de coreis. Unde ponitur etiam ubi Apoc. ix. et similitudines locustarum et
c. Octauo potest esse reprehensibilis ornatus uel habitus propter formam et compositionem. In forma
uero reprehensibilia sunt ista incisio ex parte inferiori sicut fit in uestibus iocula to
rum corrugatio ex parte superiori ut si deo placeret facies earum corrugate fierent
que uestes suas corrugarent. reprehensibile etiam est quod caude assumuntur ubi natura
caudam hominibus negauit sed miseri homines eam sibi assumunt. precipue autem uidentur
reprehensibiles quantum ad formam et compositionem. sotulares rostrati. perforati. et stricti.
rostrum in sotularibus dyabolica uidetur esse adinuentio cum non inueniatur simile in rerum natura. nul
lum animal est quod in pede rostrum habeat et si aliqua habent in capite mulieres uero que nullum
rostrum debent habere uolunt habere ea in pedibus. perforatio autem in sotularibus magne
uidetur esse fatuitatis cum constet sotulares integros meliores esse quam perforatos simi
liter strictura in sotularibus magne fatuitatis est et cum deus in hijs offendatur et pedes christi
grauentur. non ita constringerentur pedes si esset in compedibus sicuti constringuntur quandoque a
sotularibus multi sunt qui non reciperent pro penitencia tale grauamen si sacerdos eorum
uellet eis hoc iniungere. magna etiam ingratitudo est uelle deferre foramina ad con
tumeliam dei in pedibus suis cum deus pro amore eius pedes suos perforari uoluerit. Et
fatuitas uidetur esse pulchritudinem querere in sotularibus ad hoc sotulares inuenti sunt
ut ipsi inquinentur et ut per hoc pedes ab inquinatione seruentur nec in radicibus arborum
nec in fundamentis domorum pulchritudo solet requiri sic nec in sotularibus deberet
requiri pulchritudo. Nono potest esse reprehensibilis habitus uel ornatus. quia est de
re iniuste acquisita sicut accidit in uxoribus usurariorum et raptorum que preciosas
uestes deferunt de lacrimis pauperum. Vestes tales sanguinolente sunt. Unde
Ier. ij. In alis tuis inuentus est sanguis animarum. ale intelligi possunt extremita
tes superborum palliorum. alis istis uolatur in infernum non in celum. in alis istis in
ueniatur duplex sanguis. scilicet sanguis pauperum. spolia enim pauperum ex quibus est uesti
ta. iudicio scripture sunt sanguis pauperum et uita eorum. Unde Eccl. xxxiiij. Pa
nis egencium uita pauperum qui defraudat illum. homo sanguinis est. Alius sanguis qui
in alis istis inuenitur. est sanguis ipsius mulieris. que defert pallium quod emptum est

de usure acq̄sita. mors enim sua iacet ibi cum ad dampnationem suam descendit. cruen
tato ista que est in uestib3 diuitum figurata ē p̄ clamidem coccineam in q̄ illus
est dñs. In illusione enim ista ostensus est p̄ncipium h' mundi status. Decimo p̄ ēē rep̄
hensibilis ornatus ul' habitus pp̄ nimium amorem quem h̄nt mulieres ad pulchritu
dinem. tantus enim p̄ ēē amor ille q' est mortale pc̄m ⁊ q̄si ydolatria ut quum amor
ille amorem dei supat h' enim ab hoīe tollit' q' p̄ceteris diligit sic̄ prius dictum est
Quinq3 u' sunt que de. co. mli. de quinq3 q̄ debent mulieres cohibe a nimio amore
a nimio amore pulchritudinis. Primum est uanitas ipsi' pulchritudinis. de qua
uanitate l'r. p'u. ult'. Fallax gr̄a est uana pulchritudo. mli' timens dñm ipa lau
dabit'. pulchritudo uana est ⁊ q' nichil ualet ei qui eam h̄t post' uū uale illis
qui eam uident ⁊ in ea uisa delectant'. p̄ ⁊ dici uana q' uadit in nichil. pp̄ quod
flori compat'. in ysa. ii sic l'r. Omnis caro fenum ⁊ omnis gl'ia ei' tanq̄m flos agri
licet flores sint magne pulchritudinis tn̄ satis parum amat'. pulchritudo illor' q' ad
eo cito p̄transit. sic parum amanda ēēt pulchritudo corpis q' ita cito amittit' ad mi
nus oportet q' mulieres i morte pulchritudinem istam deserant quam magnē nec̄m
ēēt eis pulchritudo cum d' debent p̄sentari ⁊ angelis ei' cum uenire sunt ad curiam ce
lestis regis. Secundo de. mul. co. ab amore nimie pulchritudinis. h' q' pulchritudo ta
lis frequēter maledicta ē. unde Job. v. uidi stultum firma radice ⁊ maledixi pulch
tudinem eius. statim dicit glo. sup h'. adumbrat statum infirmi cum felicitate rerum uariat'
dum uidet p̄spa laudat cum mutant' nich' ēē iudicat. h' firmus cum ista gl'ia perua
sequentem glidat ⁊ statum dampnat. male sunt inquam pulchr' mulieres ille q' pp̄ pul
chritudinem suam dampnabunt'. maledicta est pulchritudo tal' mulieris potius expe
diuit' q' fuissent leprose ⁊ naso ul' aurib3 mutilate. i utilitate quam q' ēēnt pul
chre. Tercio de. co. mli. a nimio amore pulchritudinis. turpitudo ⁊ inmundicia
q̄ frequēter generant' pulchritudinem corpis. unde dr̄ eze. xvi. ad fatuam mulierem abho
minabilem fecisti decorem tuum. licz est unum de quo multum dolend' ēēt q' mulieres
pulchre q̄ mag' debent abhorrere inmundiciam. hec sunt que amplius se inq̄nant
p̄ pc̄m. pp̄ h' pulchritudinem fatue mulieris compat salon circulo aureo i narib3 suis.
p̄u. xi. ubi sic l'r. Circulus aureus i narib3 suis mli' pulchr' ⁊ fatua. i. pulchritu
do mulieris fatue. sus si circulum aureum h'ret in narib3 ipa distraheret illum p̄
quodcumq3 uolutabrum. sic mulieres fatue pulchritudinem suam distrahunt p̄ quodcumq3
uolutabrum luxurie. sus non parcit ori sicut nec pedi cum illum in lutum infigat. sic nec
mli' fatua parcit faciei sue imo illam p̄ceteris membris opit inquinate ⁊ in p̄
etate sua. ul' circulus aureus p̄ intelligi ipa mli' pulchra ⁊ fatua quam porta
trahit p̄ omnem inmundiciam q' h't eam in p̄tate sua. sicut sus circulum aureum

Si inveni gratiam in oculis tuis accipe munus(culum) de manu mea. acceptum et obliviscere
qui de beneficio est ingratus. id est non attendendo vel oblivioni tradendo. Seneca. lex benefi
cii hec. quod alter oblivisci debet dati alter memor debet esse accepti. Sapiens. Exiguum munus
cum det tibi pauper amicus. accipito placite plene laudare memento. Decimo. eru(bescendum)
est a salutationibus de silentio. quod in duobus casibus precipue intelligendum est. cum . . .
non vult reddere salutem alicui causa superbie vel cum odii. Sapiens. saluta libenter.
ecc(lesiastici). xxii. amicum salutare ne confundaris et a facie illius non te abscondas. nec
est contrarium quod legitur luc. x. Neminem per viam salutaveritis. et reg. iiii. . iiii. quod dixit hely
seus ad Giezi. Si occurrerit tibi homo non salutes eum et si salutaverit te non respondeas ei. per
hoc enim prohibetur prolixitas vel curiositas salutationis. quod autem bonum sit salutare
patet per d. . x. Intrantes autem domum salutate eam. Undecimo erubescendum est
a respectu mulieris fornicarie. ut secundum aug(ustinum). Impudicus oculus impudici cordis est nun
cius. Duodecimo erubescendum est ab aversione vultus cognati. ut sic legitur thi. v.
Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit. et est infideli dete
rior. non solum erubescendum est ab aversione vultus cognati. sed et proximi precipue pauperis.
unde thi. iiii. Noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. ita enim fiet ut non aver
tatur facies domini. Unde sequitur in libro preposito. ecc. iiii. Ne avertas faciem a proximo
tuo. Terciodecimo. erubescendum est ab auferendo proximum et non restituendo sicut
honorabile est dare. sic erubescibile est valde auferre et precipue filii suo fideli
. s. proximum quem pater celestis dedit ei. de rebus huius mundi. spatium autem non restituere
ablata multum est erubescibile. in usurariis et raptoribus qui cum sint condempnati suspen
dio infernali pro male acquisitis. postquam tamen nolunt ea reddere et suspendi quam velle
et liberari. in quo deteriores sunt latronibus. illi enim quando rapta sunt libenter ablata
restituerent si scirent se per hoc posse liberari. Quartodecimo. erubescendum est a respectu
mulieris alterius viri. periculosus enim valde est respectus talis. iste respectus
fuit occasio David adulterii et homicidii. ut legitur. ii. reg. xi. nec solum a respectu isto erubescendum est
sed et a quorumque familiaritate et ad istam vel ad eius ancillam. Unde possit oriri ma
la suspicio. Unde sequitur. et ne scruteris ancillam eius et ne steteris ad lectum
eius. Quintodecimo. erubescendum est ab amicis improperii. et si amicus debet arguere
amicum de sermonibus tamen absque improperio. Unde tullius. de tractatu de amici
cia monere et moneri est proprium vere amicicie. ita tamen quod adulatione careat
admonicio et contumelia. caveat obiurgatio. Sextodecimo erubescendum est. ab impropera
tione dati. imitari dominum debet ille qui dat omnibus affluenter et non improperat. Sic
ut legitur ecc. xx. quod exigua dabit et multa improperabit. homo qui non erubescit male
agere est velud equus absque freno qui non de facili potest regi. duo solebant co

ad personas multas societas coniugalis est. quasi complexus spinarum que simul in ignem
mittuntur quia separari non possunt. est etiam velud complexus aliquorum sese mutuo sub
Mulieres pulchritudinis **de mulieribus se per vicos ostendentibus.** emergenciam.
suam per vicos vel in ecclesia se ostendentes sunt incendiarie sacrorum locorum. quia
liber cuius fidelis templum est operis spiritus sancti in vaso dictatum sicut dicit glosa. super
.i. petri. iii. ad corinthios. Templum dei sanctum est quod estis vos. ipse etiam sunt homicide fratrum suorum
et filiorum dei. ipse etiam sunt venatrices dyaboli. venantur enim filios dei ad mortem. dyabolus
enim utitur eis tanquam esca ad capiendos viros sicut ceteris et aliis vilibus animalibus
excoriatis vulture solent capi. Utitur etiam eis tanquam laqueis. Unde ecclesiastes vii.
inveni amariorem morte mulierem que laqueus venatorum est. legitur quod beato Bernardo.
cum quedam soror eius venisset cum superbo ornatu ad abbaciam in qua ipse erat noluit
exire ad eam. eam asserens rethe dyaboli. que confusa et compuncta mandavit ei
ut non despiceret animam eius et non carnem despiciebat. parata enim erat in omnibus fa
cere voluntatem eius. quo audito vir sanctus gaudens venit ad eam. precipiens
ei ne illum superbum ornatum de cetero portaret que illi acquiescens ita mutata est
ut homines eius mutationem mirarentur. Utitur etiam ipsis dyabolus tanquam gladio ad occiden
dos filios dei. Et si dicatur quod se non habere malam intentionem. Respondeo quod nec gladius
malam intentionem habet quando illo aliquis occiditur. sed utens eo habet ibi malam in
tentionem sic dyabolus qui utitur mulieribus hiis ornatis tanquam gladio habet ibi malam
intentionem. et licet ibi nullus habet malam intentionem nichilominus mortuus
esset. et secundum leges qui occasionem dampni dat dampnum dedisse videtur. dicitur etiam exo.
xxi. Si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam ceciditque bos vel asinus
in eam reddet dominus cisterne precium iumentorum. Cisterna que habet aquam ad remedium sitis
incautis non potest esse occasio periculi. uxor est alicuius que viro suo est remedium forni
cationis. aliis vero potest esse occasio mortalis. sic etiam vocat salomon uxorem. proverbiorum v. Ubi sic legitur
Bibe aquam de cisterna tua. Cisterna aperitur quando mulier ornatur. in eam vero non opertam
bos vel asinus cadit quando ostensioni pulchritudinis quam mulier incaute ostendit aliquis
perit. et in hoc casu anima pereuntis de manu mulieris requiretur. Si quis incaute de
serendo ignem domum incendat alicuius, tenebitur ad emendandum. quanto magis innocens
erit que pulchritudinem suam incaute ostendendo domos spirituales exurit. Quedam
etiam sunt que ideo se ornant quia erubescunt non ornatus quales ferre consueverunt. vel
quos alie mulieres deferunt vel quia timent ab hominibus derideri si ornatus tales
dimiserint. et quoniam verecundia ista multum nocet ecclesie dei. ideo de verecundia hic
tractabimus. et quia quedam verecundia bona est et quedam mala. iuxta illud.
ecclesiastici iiii. Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gloriam. **de erubescencia
bona.**

facte & in ecc̄a qm̄ corpus xp̄i ibi est & angeli assunt & pp̄lus ibi congregat̄ quib
missa celebratur qd̄ angeli ibi assint. patet ex uerbis Greg. sic dicentis. Quis
fidelium dubium possit habere in ipsa imolac̄onis hora ad sacerdotis uocē celos
aperiri atq; in illo ih̄u xp̄i misterio angelorum choros adeē summis yma sociari
terrena celestibus iungi & hec. i. ad cor. xi. ubi dicit ap̄s. qd̄ mulier debet hr̄e
uelamen sup capud dicit Glo. Angelica sp̄c nobis adeē credendi maxīe cū
diuinis obsequijs mancipam̄. i. cū ecc̄am ingressi. in lectionibz sacris
aurē accomodam̄ ut psalmodie opam damus ut orac̄oni incumbim̄.
ut missarū sollempnia celebram̄. Ideo ap̄s. monet nos uelam̄ hr̄e pp̄ an
gelos nec dubitari licet ueri dominica corpis & sanguis misteria geri
tur supnorū ciuiū adeē conuentus qui monumentū quo uenabile cor
pus positum fuiat & unde resurgendo abscesserat tam sedulus excubijs
seruat. Tercio potest eē culpabilis habitus pp̄ intenc̄onem. Multi
plex autē p̄t eē intentio mulierū ornantiū se. de multiplici intentione
Quedam enim ornant se ut concupiscant ab alijs quam a uiris suis. mulierum ornatum.
qd̄ constat eē pccm mortale licet nō heant uoluntatem consentiendi illis
qui eas concupiscunt. qr scdm Aug. Non solū appetē s3 & appeti uelle crimi
nosum est. Alie uero ornant se ex supbia ut excedant alias in pulchritu
dine ut saltem nō excedant ab alijs ut ex amore uane glīe & uane lau
dis ut dicatur qd̄ ipē sunt pulchre. iste uident multū impie eē q nō cu
rant de morte friū suorū. solūmodo ipē heant uentum uanitatis & pul
chre reputentur. non est uerisile qd̄ tales mulieres caritatē heant que
uerba uane laudis cariora hnt quam frēs suos. Alie uero ideo se ornant ut
uiris suis placeant ut sic custodiant eos ab alijs mulieribz. s3 de talibz mu
lieribz accidit qd̄ dum uiros suos custodire uolunt quandoq; spālit eos occi
dunt dum dant eis occōnem qd̄ nimis ament eas nimis amator ppriē
uxoris adulter est sicut dicit Ambr. ex quo amor ille nō est circa diui
nam iudicat mortale pccm. Preterea. si ornatu suo uolunt quodā rethi
uult cape uirū suū ne uir capiat ab alijs mulieribz. que rethe illud expa
dit ubi nō est uir suus. Multo enim pocius ornant se qn̄ prodeunt in
publicum quam qn̄ sunt uiris suis in domibz sīlēs sunt illis q dicunt
se uelle cape siluestres aues. & capiunt domesticas. Preterea sicut mulier
timet ne pdat uirū suū. sic uir debet timere ne pdat uxorem suam
unde debet uelle qd̄ ipsa modice ornata sit sicut musilegus. siluester
efficitur & fugit quando ht̄ pulchram pellem. & quandoq; hac de causa amittit.

aliquis propter pulchram pellem hanc vult eam habere. sic mulier ornata libentius va-
dit ad spectacula ubi ab aliquo concupiscatur et animo quamquam committitur. Possit de-
beret vir velle quod ipse haberet eam minus pulchram quam alius haberet eam pul-
chriorem. Item si non viro placet quod vilescit .i. luxuriosi homines se-
quuntur uxorem suam contra vult eam esse absque periculo honeste conversationis.
Item cum homo non velit uxorem suam meretricem esse contra vult talem esse
meretricem et in habitu meretricio. De isto habitu legitur prov. vii. Et ecce occurrit
ei mulier ornatu meretricio preparata ad capiendas animas. cum ex isto videtur constet
aliquem ornatum meretricium esse non vide quid sit meretricius ornatus nisi ex-
terius sit et similia. Ezech. xvi. habens fiduciam in pulchritudine tua for-
nicata es ad omne caput vie edificasti signum prostitutionis tue. Solent cau-
pones in domibus suis ex diversis partibus circulos ponere quando diversa vina sunt
circa domum et transeuntes per quamquam viam sciant ibi vinum esse venale. Sic
fatue mulieres signa venalitatis ponunt et in capite et et in pedibus et in
brachiis et tamen dicunt se castas esse et castitatem amare volentes quod magis credatur
uni testi assueto mendaciis quam multis testibus qui mentiri nesciunt. Testis as-
suetus mendaciis sunt certa membra que in pudicitiam ostendunt. Io. aut lo-
quendum lingua eorum testes qui mentiri nesciunt est ut vestita sint aut
vestiendum aut loquium quid ad pollicendum et ad ostendum lingua personat
castitatem et totum corpus preferre in pudicitiam debet mulier esse viro suo
adiutorium salutis. Unde Gen. ii. Non est bonum hominem esse solum faciamus
ei adiutorium. Similiter et vir debet uxorem iuvare ut salvari possit et cum
mulieres ut frequentius prone sint ad nimium amorem pulchritudinis
et gloriam ornatus vir debet eam iuvare in hac parte et cohibere ab in-
honesto ornatu. Pronitas ista mulierum ad gloriam et laudem insinuatur
Matth. xxv. in parabola de .x. virginibus quarum quinque que humanam laudem que-
sierunt ianuam celestem clausam invenerunt. Similiter cum viri proni sint
ad nimium amorem divitiarum propter hunc providere familiis suis. Uxores debent
eos iuvare ex hac parte et cohibere eos a cupiditatibus suis et dicere eis se con-
tentas esse parco victu et humili vestitu. Si ipsi cessaverint ab usuris et ali-
is generibus cupiditatum hoc hodie remedium visum est invenerunt. Uxo-
res enim impellunt viros ad infernum dando eis occasionem male acqui-
rendi. dicat superfluas expensas ab eis requirunt. Viri et impellunt uxo-
res ad infernum dum eas faciunt heredes usuris suis et dum non permit-
tunt eas facere bona que ipse facere potuerunt. Unde hodie quam

mulier est propter immunditiam quam habet in naribus suis. Quarto dicitur co. mul. a nimio
amore pulchritudinis. hoc quod pulchritudo earum valde nociva est. est enim pulchri-
tudo illa pulchritudo exurens qualis est pulchritudo carbonis vivi. et est pulchri-
tudo mulieris qualis est pulchritudo splendentis gladii. Unde Jo. Gladius igneus
est species mulieris. et Proverbiorum v. loquitur de fatua muliere quod novissima illius amara ve-
lud absinthium et acuta quasi gladius biceps sicut puer in gladio splendido
qui solus attendit pulchritudinem et ideo gladium amplectatur. hic novissimo sen-
tit lesionem. sic fatui homines in specie mulieris primo solam attendunt pulchritu-
dinem. Sed postquam eam tetigerint per amorem ex vulnere cordis intelligunt
pulchritudinem illam esse gladium acutum. biceps autem gladius potest dici pulchritudo
illa quae mulierem illam in qua est ledit per superbiam et ipsos aspicientes
fide abraham demoratus est in tra repromissionis tamqm in aliena i casulis ha
bitando cu ysaac & iacob coheredibz repromissis eiusde. expectabat eni fundamenta
hntem ciuitate cui artifex & conditor est deus. Item. paulus primus hemita uisita
tus a bo antonio quesiuit an ad h xpiana religio ritus gencium in edificijs sup
tuosis mutaret. & audito qd sic ipe flens deplanxit hanc supfluitate gestu
hoies tacite uanitati deditos. cu xpianoru debet ee cohabitaco dicenciu. no
habem hic manente ciuitate. h fu. inquiunt. qdam & antiquoru habitabat
i cauernis petraru. alij i concauitatibz arboru a quibz u egredi dicti sunt. a qbz
dam in ciuitati. loqit & de quoda hemita qui habebat hospiciu suu ad mod
sui sepulchri. & cu imperator ad eu uenisset et interogasset cur hospiciolu suu
commensurasset suo corpi. ipe rendit sufficit h morito. sic pueni sepulchru
taddidit. melt psilit in celu de tugurio qm de palacio. Quarto u h qd
supba edificia frequenter fiunt de iniurijs paupum. ponunt enim ubi q pau
pibz debent erogari. Jo. loqns de paulo uolebat inqd in hijs lapidibz pe
nitenciam effundere q cu tm & sclo tusiti sunt. h inuins lapidibz qui uol
uunt sup tram ex quibz magni regis ciuitas extruunt. Quintu est hoc
qd frequenter supba edificia ex rapinis & alijs iniuste adquisitis constru
unt. Unde lapides & alia que in hi edificijs sunt accusabant dnm do
minu do l. mus apd dm. abac. ij. lapis qui de pariete est clamab. la
pis qui int iuncturas edificioru est rendebit. **Sextu. Sextum. qr supba edifica constuunt.**

Sextum est fatuitas que est in construendo huius edificia que fatuitas primo patet ex hoc quod cum vita hominis brevior sit quam esse soleat ipsi tamen magis sumptuosas domos volunt edificare quam antiqui patres ipsi secundum Ieronimum. Sic edificant quasi semper victuri. sic autem comedunt et bibunt quasi cras morituri dicentes comedamus et bibamus cras enim moriemur. Item fatuitas eorum patet per hoc quod ipsi volunt habere pulchrum stabulum vel habitaculum corporis. De domo vero gracie in qua si mundata esset deus inhabitaret cum eis omnino non curant. ipsi pulchras domos edificant in via cum potius debent edificare in celesti patria ipsi domos edificant quas sciunt ex necessitate ruituras. Mathei xxiiii. dicit dominus de edificationibus templi. videtis hec omnia. amen dico vobis non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. et inter signa xv. dierum qui precedent diem iudicii enumerat Ieronimus. i. quod cuncta edificia ruent. Amos iii. percuciam domum hyemalem cum domo estiva et peribunt domus eburnee et dissipabuntur edes multe. Specialiter debent cohibere claustrales a superbis edificiis ista que secuntur. Primum est hoc quod cum ipsi sint iam mortui mundo necessaria sunt sepulchra potius quam palacia. Secundum est hoc quod sollicitudinem circa edificia exteriora sequi solet morum negligencia. Unde Bernardus. video quod non sine magno dolore videri debet quosdam post aggressam Christi miliciam cursum secularibus implicari negociis rursus terrenis cupiditatibus et mergi cum magna cura erigere muros negligere mores. Preterea negligere exteriorum edificiorum signum est quod claustralis diligenciam habeat circa interiora. Bernardus. Animum intentum interioribus magis decet quam inculta et neglecta exteriora quibus incola deus sepius alibi querelas dimosatur cum circa exteriora voluisse denunciat. Item conversacio claustralium in celis debet esse ideo non ita sollicite debent edificare in terra sicut illi quorum conversacio est terrena. Preterea superbia edificiorum quedam invitacio est superborum hospicium ea quibus claustrales superbiam addiscunt. Ecclesiastici xiii. Qui communicat superbo induet superbiam. Inutile est quod oporteat claustrales domos habere humiliores vestes quam alios et sicut color viridis et rubeus et varius intollerabiles sunt in vestibus claustralium. sic et huius colores intollerabiles videntur esse in domibus. quod si aliquis dicat quod in hiis condescenditur infirmitatibus hominum. Respondeo quod tamen condescensum est in aliquibus quibus claustrales carnalibus hominibus et infirmis. Unde Bernardus. abiecta sancta simplicitate ut pene omnes carnales facti sunt. Unde Bernardus. abiecta sancta simplicitate quam religiosas quidam nobis tenemus habitacionum honestates in quibus tamen compassum est animalibus ut pene in hoc omnes effecti sunt animales. Item ammittantur animales suscipiantur in omni benivolencia caritatis potentes. in omni patria benignitatis. sed quid eis compaciuntur non eis conformentur. nec sic condescendant eorum perfectionem nec propter eos cogantur incurrere propositi vigoris in religione [illegible] defectum. Item claustrales veri hebrei debent esse et reputare se peregrinos super terram.

vnde edificare debent non domos ad habitandum. sed tabernacula ad deferendum. Vnde B. ob
secro in peregrinatione huius seculi in militia super terram. edificemus non nobis domos ad habi
tandum sed tabernacula ad deferendum ut possimus cito euocandi et ingruente in patriam et ci
uitatem et castris quippe sumus in alieno militamus in alieno laboramus. facile
est quicquid utile est. nunquid non facile est solitario et sufficiens nature et congruum
gratie. ipsam sibi cellam diligis construere de luto plasmare. Vnde oportet operire et deten
tissime inhabitare quid amplius querendum et si usu sopiantur. hii delectationes et se
sunt quod utantur tanquam non utentes. ad contemptum mollius quam usu uincuntur. hii affec
tiones idem ipsi quibus sollicitudo suorum morum iudicio contemptus et negligenciam
omnium exteriorum ipsi sibi edificent sub forma paupertatis et sancte simplicitatis spe nulla
sic arrabit artificium industria sicut eorum negligencia. debent et claustrales ca
uere a superbis edificiis propter bonum exempli. humiles enim domus eorum pauperes in aliis frenant
paupertatem. in aliis uero contra amorem paupertatis afficiunt conscientiam. preterea quando claustra
les construunt superba edificia accidit frequenter quod ipsi construunt ea de iudaicis. mu
tuant enim questuarios predicatores. Construunt enim ea de donis male acceptis ab
usurariis et raptoribus a quo periculo liberi sunt et qui domos humiles construere uo
lunt. Si uero aliquis dicat pulchritudinem domorum necessariam esse claustralibus ad recre
ationem. Respondeo. quod uiri spirituales potius debent delectari in aspectu celi quam in
aspectu tecti et potius debent admirari opera dei quam opera hominis. legitur. de beato B. quod ipse
fleuit cum uideret tuguriola pastorum tecta culmo. similia casulis priorum cisterciensium
qui tunc incipiebant habitare in magnis edificiis pulchritudines iste forenses
honestates sicut dicit B. propositum eneruant et masculinum animum effeminant

Sequitur. de superbia librorum qua specie Contra superbiam librorum. con
superbie laborant qui uolunt habere libros decoratos. Octo uero sunt que
possunt ualere contra hoc peccatum. Primo possunt ualere contra hoc exemplum et precipue exemplum
filii dei qui liber uite est qui humiliari uoluit usque ad hoc quod nouissimus esset in
collaribus. cum ergo est superbia in aliis libris ex quo liber uite tam humiliatus est. dicit
et Ieronimus in primo prologo super Iob. habeant qui uolunt ueteres libros uel in membranis
purpureis auro argentoque descriptos. uel in uncialibus ut uulgo aiunt litteris. hone
ra magis exarata quam codices dum mihi meisque permittant pauperes habere sche
dulas. et non tam pulchros codices quam emendatos. Et paulus ii. ad thimotheum iiii.
afferam et tecum libros. maxime autem membranas. Secundo uero hoc quod sapientia dei amat
corda humilia. Vnde Mt. xi. abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti
ea paruulis. amat et uerba humilia sicut patet in uerbis sacre scripture que ual
de humilia sunt. amat enim corpora humilia. Vnde sapientes homines frequenter

reprehensibilis esse fractio vocis in cantibus. Et sicut ventus solet facere in aqua crispationem quandam sic ventus vanitatis hanc crispationem seu fractionem vocis frequenter facit. Cantus talis ob lasciviam factus similis videtur esse cantui illi de quo legitur. Exo. xxxii. Vocem cantancium ego audio ait moyses. Cumque appropinquasset ad castra vidit vitulum et choros. In vitulo qui est animal lascivum lascivia intelligitur. Unde cantus adorancium vitulum est cantus eorum qui notas frangunt ob lasciviam. Reprehensibilis est etiam in cantu nimia exaltatio vocis. sicut fatui illi qui plus volunt cantare alte quam apte. quia tamen volunt ascendere cantando quod quandoque frangunt sibi collum spirituale. Unde quandoque ad litteram rumpunt se quod ex superbia provenit. Superbia enim plus audet quam possit. Reprehensibilis est etiam in cantu additio punctorum vel subtractio. Quia enim quedam species barbarismi videtur esse in cantu sicut in dictione barbarismus fit ex additione vel subtractione littere vel sillabe. In cantu etiam non videtur multum approbanda esse vox falsa precipue in cantu claustralium est. Et mirum est quomodo vox talis tamen placet quibusdam cum ipsa videatur adeo deformis quod oporteret eam abscondi inter alias voces. Alioquin non est decens vel decora. Ex quibus bonis nascitur superbia

Possumus primam divisionem superbie et prosecuti sumus membra eius. Nunc consequens est ut ponamus secundam et prosequamur. Divisio vero ista sumitur secundum ea ex quibus oritur superbia. Notandum ergo quod superbia quandoque oritur ex bonis nature. quandoque fortune. quandoque ex bonis gratie. Bona vero nature quedam sunt corporis *Bona nature* quedam anime. Corporis sunt ista. sanitas. fortitudo. agilitas. pulchritudo. nobilitas. libertas. Bona vero anime naturalia sunt ista. rectitudo ingenii. et velocitas bonitas. memorie. facultas addiscendi. exercicium spirituale. aliter dispositio ad virtutes seu virtutis naturalis. *Bona anime* Bona vero fortune sunt bona exteriora que sunt in potestate hominum que ab hominibus possunt auferri ut sunt divicie. delicie. *Bona fortune* dignitates. laus. seu gloria et gloria humana. Bona gratie sunt scientia et virtutes. *Bona gratie* Ex istis bonis nascitur superbia. Primo nascitur ex pulchritudine. Unde poeta. Fastus inest pulchris. sequiturque superbia formam. Item nascitur a nobilitate. Unde salustius. Vere mali nobilitatis est. superbia filia. Nascitur ex aliis bonis nature. Item nascitur ex bonis fortune sicut ex diviciis. Unde Ad Timotheum. Divitum superbia. Eccli. xl. facultates et virtutes exaltant cor. Item nascitur ex bonis gratie ut a scientia. Scientia enim inflat secundum apostolum. Quod fatuus sit nimis qui de bonis suis superbit.

Notandum ergo quod valde fatuus est qui de bonis suis superbit. Et primo generaliter ostendamus quod valde fatuus est ipse qui superbit de bonis suis. Deinde ostendemus quod de unoquoque

predictorum bonorum quod valde fatuum sit inde superbire. Et possunt quinque assig-
nari rationes quare fatuus sit impius qui de bonis suis superbit. Primo quia ipse
inferior est quodammodo irrationalibus creaturis in hoc quod ille sunt tantum in
miseria pene. Homo vero in miseria culpe et pene. Preterea creature irrationales u-
nicam debent mortem. postquam enim semel mali senserint. Homo vero impius debitor
est duplicis mortis quia post temporalem habebit eternam. Unde parum fatuus
est peccator qui de bonis suis superbit superiorem se aliis hominibus reputando qui
quodammodo brutis inferior est. Secundo vero fatuus est qui de bonis illis superbit
in quibus ipsa bruta eum excedunt sicut est fortitudo corporis et agilitas. Item
et iudei et sarraceni et alii pessimi homines plus habent de bonis illis quam ipse
habeat. Item et demones de scientia quam constat esse unum de maximis bonis que habent
impii plus videntur habere quam ipsi impii habeant. Unde valde fatuus est qui de
bonis illis superbit in quibus a demonibus superatur. Tercio fatuus est impius
qui de bonis illis superbit cum illa bona sint ei ad verecundiam tantum quam ad
gloriam. Unde Augustinus loquitur ad impium inquiens. sine videris te debere erubescere de bonis tu-
is. Si domus tua plena est bonis et te habet malum. Quarto fatuus est impius
qui de bonis superbit quia bona ipsius ei bona non sunt. Seneca. Sicut est homini bonum
suum se bono esse non bonum homini quod est materia infirmitatis et impedimentum salutis
sapiens omnia que extra nos sunt dona quecumque hominibus forte contigerint non ideo laudabit
quod habent quis eas sed quam hiis honeste sit usus. Item dicit Seneca quod nulla res est
apta. nulla enim scit uti. Quinto fatuus est impius qui de bonis superbit quia
ipse tantum habet dispensationem in eis et periculum imminet ei inde duplex pe-
riculum. periculum enim est ei si sortem amiserit et periculum est ei si lucrum non
reportaverit et de utroque districta ratio exigetur ab eo. Unde qui de multitudine
bonorum istorum superbit ille de magnitudine sui. Quod fatuum sit de bonis corporis superbire.
Specialiter vero fatuum est superbire de sanitate corporis. vel de sanitate et huiusmodi.
Primo quia ista sanitas momentanea est. hodie enim quis sanus cras
infirmus vel mortuus. Jacobi iiii. que est vita vestra vapor est ad modi-
cum parens et cetera. Secundo quia corpus hostis familiaris est et ideo multum
nocius. nulla enim pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus
ait sapiens. non debet ergo aliquis superbire propter sanitatem corporis sed potius timere.
in maiori enim periculo est cum hostis eius sanus fit. Tercio fatuus est qui
de hac sanitate superbit cum ista sanitas frequenter occasio sit infirmi-
tatis anime sicut econtrario scriptum est in Ecclesiastico xxxiiii. Infirmitas gravis sobriam
reddit animam non est quare aliquis superbiat de sanitate pedis. sed in ca-

parui sunt. Unde sapiens. sepe est sub palliolo sordido sapia. pu. xi. Ubi humi
litas ibi sapia est. eodem modo amat sapia humilem scripturam. Tercio q
qd sacra scriptura humilitatem docet. Unde humilitatem debet hre pate legem
ait sapiens qm ipse tulerit legem humilitatis prapit sacra scriptura. Unde
eam debet servare. Quarto in hoc qd puilitas est litas auras et argente
as amare et in hys delectari. Senc. plurimu qz est non puicia z sum est pue
rilitas remanet. Quinto ii q qd qua spuale adulterium est qm amore am
plectuntur pulchritudinem scripture quo debent amplecti ipam sapiam. Unde
de illis p ezepoti c. ij. pe. ij. hntes oculos ad plenos adultery et incessabiles delicti
Sapia sponsa est intellectus nri. Unde sap. viij. hanc amavi et exquisivi eam
a iuventute mea. et quesivi in eam sponsam assumere amator factus sum
formate illius. scriptura u qi ancilla quedam est ipi sapie. Unde cavendu e ne an
cilla tanto pulchritudinis sit qd relicta pulchritudine sapa nimi fornicetur cu
pulchritudine scripture. Sexto q qd valde impium est oculos pascere auro et
argento qm homo videt tot filios dei famelicos visus plura hnt. Unde pasci
p qm gustus ht solem et luna. et stellas. et flores. et arbores. et multa alia ex
quibus pasci p. Unde valde impiu videtur ee xpiano ora dei subtrahe i paupibz
Unde oculi eius delectentur ad quid depingit aliquis hoies ul flores in libro
suo nonne sufficiunt ei flores et hoies. quos deus creavit. Septimo q q
tales gomeliam inferiunt sapie cum n repitent dulcedine ei suffi
cientem ad glosonem studencium cu scriptum sit. eccl. xxiij. Nichil dulcius qm
inspicere i mandatis dei. et sapie. viij. Intrans in domu meam conquiescam
cu illa. s. cum sapia. non enim ht amaritudinem conversacionis illius n tedium
convictus illius. z leticiam et gaudium. Octavo q qd parum valet ista pul
chritudo scripture. non enim hoiem faciat. Unde eccl. i. non saciatur oculus
visu nec auditu auris. **Que sunt reprehensibilia circa superbiam cantus.**
Sequitur de superbia cantus. Notandum ergo qd in cantu q sunt reprehensibilia
primo reprehensibile est cum quis nimis blandam vocem querit
ul ad gloriandum ul ad delectandum. Unde Greg. cum blanda vox qua sobria vita
deseritur. Unde Aug. quociens plus me delectaverit cantus qm res q cantatur
tociens me graviter peccasse confiteor. Tercium reprehensibilis videtur ee i can
tu vocis fractio. Unde in legenda sancti sebastiani. putas ne illum intus
colas numinandus qui tonsorem diligit comam comit. sapores querit
et vocem frangit. fractio vocis signum est fracti animi sicut reprehensibi
lis est crispato crinium in hoibz corrugatio vestium in mulieribz. sicut

parte infirmitatem habeat ad mortem. sic non est superbiendum de sanitate corporis ex quo in anima infirmitas est ad mortem. Homo sanus corpore infirmus mente similis est pomo exterius sano interius putrido. De fortitudine etiam corporis fatuum est superbire cum scriptum sit. Sap. vi. quod fortioribus fortior instat cruciatio. et cum continua lucta sit inter spiritum et corpus. Caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Unde quanto corpus fortius tanto magis spiritui timendum est. et ad litteram hic videmus frequenter quod fortiores corpore infirmiores sunt mente. minus enim resistere possunt ire et luxurie et ceteris viciis. Fatuum etiam est superbire de corporis velocitate cum corpus sit velud equus quidam in quo hostes infernales ut frequenter ducunt spiritum ad mortem ipsius. et ut frequenter quanto iste equus velocior est tanto facilius spiritus ab hostibus suis capitur. preterea in velocitate ista etiam a canibus superamur. Unde fatuum quod homo superbiat in quo a canibus inferiorem se videt. De pulchritudine etiam corporis fatuum est superbire cum corpus sit velud quoddam sepulchrum. [Ao.] Corpus peccatoris anime mortue est sepulchrum. Unde cum peccator de pulchritudine corporis superbit simile est ac si mortuus de pictura sepulchri superbiat. Simile etiam est ac si aliquis superbiat de pulchritudine sterquilinii nive cooperti. Quare nobilitas carnis non sit repetenda.

De nobilitate etiam carnis fatuum est superbire cum illa nobilitas valde contemptibilis sit. multe autem cause possunt assignari quare ista nobilitas valde sit contempnenda. Primo contempnenda est quia frequenter nobilitas carnis meliorem nobilitatem aufert. scilicet mentis nobilitatem. Sapiens non est quo sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur. sicut ex meliori parte sic famulus multo indignius est mente servire quam corpore. Secundo contempnenda est quia omnes sumus ex eodem patre et eadem matre. non legitur dominum fecisse unum adam argenteum unde essent nobiles et unum luteum ex quo essent ignobiles. Sed unicum et id de luto plasmavit ex quo deus nos omnes [exivimus]. Unde si aliquis ex hoc solo nobilis est quod ex nobili patre et nobili matre. aut sumus nobiles aut omnes ignobiles. parentes primi fuerunt nobiles aut ignobiles. Si ipsi fuerunt nobiles ergo et nos omnes nobiles sumus et eque nobiles cum geniti ex eque nobilibus eque nobiles iudicentur. Si vero ignobiles fuerunt nos omnes ignobiles sumus et eque nobiles cum geniti simus ex eque ignobilibus. Mal. ii. Numquid non pater unus omnium nostrum. numquid non deus unus creavit nos. quare ergo despicit fratrem suum unusquisque nostrum. Tertio contempnenda est nobilitas carnis quia ipse deus contempsit eam. noluit enim ex nobilibus reges eligere in principio synagoge. immo primum regem post asinas assumpsit. scilicet saul. secundum regem. scilicet david. de post fetantes accepit. in tempore etiam gratie voluit

No 64

Malach. 2

potius ignobiles elegit quam nobiles. Unde .i. ad Cor. i. ignobilia et contemptibilia mundi
elegit deus. Quarto vero contempnenda est nobilitas carnis quia non est illius qui de
ea gloriatur sed illorum a quibus ipse descendit. Unde Seneca. Nemo in gloriam nostram vixit
nec quod ante nos fuit nostrum est animus nobilem facit. Quinto vero contemptibilis est no
bilitas carnis. quia materia quam a parentibus contrahit aliquis ratione cuius nobilem se credit vi
le quid est et immundum et erubescibile. et opere immundo et erubescibili procedit ab eis.
Unde quantum et de ratione illius materie habebit quis nobilitatem cum illa materia vilis
fuit quomodo aliquis audet dicere se nobilem generatione cum quibus dicere Iob. posset di
cere putredini. pater meus es et ideo merito nobilitas carnis contempnenda est immo abhomi
nanda. Unde Luc. xvi. quod altum est hominibus abhominatio est ante deum. Sexto contempnenda est
nobilitas carnis immo potius non est reputanda cum in veritate nobilitas non sit
sicut et ipsi philosophi deprehenderunt. Seneca. Nemo altero nobilior nisi cui rectius est ingenium
et bonis artibus aptius. idem moch a est nobilitas quam antique divicie. Idem quid
est eques aut servus aut libertinus nomina ex ambitione vel iniuria nata. Idem Pla
to ait. neminem regem non ex servis oriundum esse neminem servum non ex regibus
ortum. ista longa varietas miscuit et sursum deorsum fortuna versavit. Mul
tis rationibus et ostendi potest quod si aliquis nobilis non sit eo quod ex nobilibus parentibus
genitus sit. ex eadem enim radice exeunt vile et nobile. flos farine et furfur. ex
eadem enim radice exeunt unde furfur cibus vilis est quo porci pascuntur
flos vero farine cibus nobilis est. Item ex eadem radice prodeunt spina et rosa
creatura nobilis est quia non cessat bonum facere hominibus qui sunt iuxta eam suum
gratum odorem undique spargendo. spina vero quedam vilis est quia pungit eos qui
iuxta eam sunt. sic ex eodem patre et eadem matre nasci possunt duo. unus tamen
erit nobilis alius ignobilis. unus ad modum rose non cessabit benefacere vicinis
suis iste nobilis erit. alius erit spina in ignem infernalem mittenda que
non cessabit pungere vicinos suos hic erit ignobilis. Multis aliis
exemplis potest idem ostendi ex eadem arbore nata sunt duo poma quorum
unum est sanum aliud putridum vel vermem habens. Item ex eodem libero ar
bitrio procedunt bonum et malum. Preterea si nobile esset quicquid a nobili pro
cederet. omnes nobiles essemus cum omnes simus a deo qui nobilissimus est. Mala.
ii. Numquid non deus unus creavit nos etc. Item si omne quod ex nobili
procedit nobile esset pediculi et alie superfluitates que ex nobilibus procedunt
nobilia essent. Septimo. contempnenda est nobilitas carnis propter honus
magnum quod est ei annexum. nobilitas carnis quedam possessio est que tan
to censu honerata est quod magnus comitatus vel archiepiscopatus non sufficit

ſuetudine illaꝝ eccliarū qui nolunt canonicare ṅ nobiles. Vnde notandū ē qđ cō
ſuetudo iſta uiɖ̃ eē rephenſibiƚ ꝛ uideɾ̃ poſſe aſſignare. **Sex cauſe quare ꝯſuetudo ſit**
reɖ̃x cauſas hui⁹ rephenſibilitatis. Prima cauſa eſt ꝑuſitas q̄ uiɖ̃ **rephenſibil'**
eē in hac ꝯſuetudine. que ꝑuſitas appebit ſi reſpiciaɾ̃ cā hui⁹ ꝯſuetudinis
quā ipi aſſignant. dicūt enī qđ ipi multa tempalia hn̄t qui defenſione in
digent nec hn̄t regem nec aliū pncipē ſclarem qui eos defendat. Ideo opꝫ
nobiles canonicari qui poſſint ea defendē quibꝫ reſpondeo qđ ſic ecc̄e eoꝝ hn̄t tē
palia ita hn̄t ꝛ ſpūalia que in infinitū meliora ſunt. Vnde ſi opꝫ aliquos
nobiles canonicari ad defenſionē tempaliū. multo forci⁹ opꝫ aliqˀs litatos ꝛ
ſanctos canonicari ad defenſionē ſpūaliū. Si ṅ dicant qđ ibi ſūt aliq̄ ig
nobiles litati ad defenſionē ſpūaliū. ſꝫ ṅ canonici. ex hͥ apparet qđ ipi tem
palia ꝓponūt ſpūalibꝫ ꝯ quo defenſores tempaliū canonicos ꝯſtituunt
ꝛ ſupiores aliiſ. **De quinqꝫ ꝑuerſitatibꝫ huiuſmodi eccleſiarum.**
Et poſſunt aſſignari qnqꝫ ꝑuſitates in hi⁹ eccliis. Prima eſt qͥ ibi eſt
terra ſurſū ꝛ celum deorſum. celeſtia ṅ ꝯtempnūt. terrena enī multū app
tiant. Cont̃ꝯ. pͥ. xxv. Celū ſurſum ꝛ tīra deorſum. Scđa ꝑuſitas ē qđ
pedes ſunt ubi debet eē capud ꝛ capud eſt loco ṅ debent eē pedes. Velud pe
des ecc̄e ſunt qui ꝯ terrena ſollicti ſunt uelud capud ſunt qui rege hn̄t
eccliam uiri .ſ. litati. ſꝫ in hiis eccliis pedes ſunt in capite. imo ipi hoſtes ī
capite ponunt. Tre. i. facti ſunt hoſtes ei⁹ in capite. Tercia ꝑuſitas eſt
qđ ecc̄e hi⁹ faciem hn̄t ad poſtiora ꝛ dorſū ad antiora ipi. Iux̄ ulū ſe. facti
ſunt in retro ꝛ ṅ ī añ. Quarta aū ꝑuſitas eſt qđ ipi latitudinē ſtrat'
ture que debebat eē ex pte ſupiori poſuerūt ex pte inferiori ꝛ ideo ꝯti
git qđ fere omē capud languidū eſt. Iux̄ illud yſaie. Qͥnta ꝑuſitas eſt
qđ ſacerdotes inferiores ſunt ſubdyaconis ul' dyaconis. qđ ridiculū ē ſic dic̄
B. ad eugeniū papam. Ridicule inqͥd miniſtri mei nūc ſe ꝑbris anferre
conant' non ſꝫ rō hꝫ non antiquitas hn̄t non ꝯſentit auctoritas. ꝛ ſi de ſua
ꝯſuetudine caluipnia uinctur. meli⁹ ꝑfecto illa q̄m ſumus ordo ꝯtempnūt.
Scđa cauſa rephenſibil' eſt indiſcretō que uiɖ̃ eē ī ꝯſuetudīe hui⁹. que
diſcretō. ꝓmo ꝯſiſtit in hoc qđ qͥ ipi debent q̄rere quis ſit ydone⁹ ad hoc
ut ſit canonic⁹. i. regſlaris regens ſe ꝛ ad regimen plebis epm̄ imitans. ipi
querūt quis ſit ydoneus ad miliciam. Scđo in hoc qđ qū q̄rere debent
an pſona ydonea ſit que canonicanda eſt. ipi querūt qual' pat̃ ei⁹ fue
rit. Vnde illis ꝓ dici. qđ dicit angl's. thob. v. Genus queris mercenarii
aut mercenarium. Indiſcretō q̄ eoꝝ in hoc eſt qđ ipi illud. qual' pat̃ tal'

Viso quod fatuum sit superbire de nobilitate carnis consequenter est videre quod fatuum sit su-
perbire de aliis bonis que prius nominata sunt. Notandum est ergo quod fatuum sit su-
perbire de libertate corporis cum corpus sit servus malivolus. et ideo tortura et compedi-
bus dignum. Iuxta illud eccli. xxxiii. Servo malivolo tortura et compedes. De bonis vero naturalibus
anime fatuum est superbire quia bona illa potest homo habere ad malum suum sicut ad bonum. Unde Bernardus.
In professione religionis novus homo calidus est ingenio si viget arte si preminet
intellectu instrumenta sunt hec tam viciorum quam virtutum. non ergo refugiat doci-
nti eo in bono quo et in malo uti potest. Fatuum et est superbire de divitiis. hoc enim est
superbire de hoc quod homo habet maiorem molam ad collum quam alii. Fatuum est de potesta-
te superbire cum scriptum sit. sap. vi. quod potentes potenter tormenta patientur
Vide ibi. quod durissimum iudicium hiis qui presunt fiet. et Augustinus dicit. quod quanto quis
in loco superiori tanto in periculo maiori versatur. Fatuum et est superbire de gratia
humana cum scriptum sit. prov. ult. quod fallax gratia. Fatuum et est superbire de gloria
huius mundi cum gloria talis flos sit decidens. Unde ysa. xxviii. erit flos decidens
gloria exultationis. puerorum est flores colligere qui ex arboribus decidunt et inde
letari. sic pueriles sunt qui de gloria huius mundi letantur. Fatuum et est superbire
de scientia cum scriptum sit. eccl. i. qui addit scientiam addit et dolorem. de scientia superbi-
re est de lumine excecari. Fatuum et est de virtutibus superbire. hoc enim est de
medicamine vulnerari. Greg. Qui de virtutibus habitis extollitur quasi de me-
dicamento vulneratur. **De superbia ministrorum ecclesie.**

Positis duabus divisionibus superbie consequenter ponenda est tertia que sumpta est
secundum diversitatem personarum in quibus est superbia. Notandum ergo quod superbia
dividi potest in superbiam laicorum et superbiam ministrorum ecclesie. Superbia vero minis-
trorum ecclesie potest subdividi in superbiam prelatorum et subditorum. vel in superbiam claustra-
lium et superbiam secularium clericorum. De superbia laicorum nichil hic specialiter dicemus.
sed de superbia ministrorum ecclesie hic tractabimus. Primo dicemus aliqua de ea in communi.
Secundo vero aliqua tangemus specialiter de superbia prelatorum. Tertio vero dicemus aliqua de su-
perbia claustralium. **Quod superbia multum sit timenda ministris ecclesie.**

Notandum ergo quod superbia multum timenda est ministris ecclesie. Primo quia mul-
tas occasiones habent superbiendi. Una occasio est hoc quod ipsi sunt excepti a labo-
re aliorum hominum. Unde in ps. In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagel-
labuntur. Ideo tenuit eos superbia. Alia occasio est libertas quam habent. que libertas
aliquibus eorum est velamen malicie. Iuxta illud i. pe. ii. quasi liberi et non quasi velamen habentes
malicie libertatem. Tertia occasio est reverentia que exhibetur eis. eo quod sunt
ministri summi regis et vicem eius gerunt in terris et contemptum eorum deus rep-

tamen ignobilis est si contempnat et nolit ei servire. Et ex contrario quantumcumque ignobilibus ortus sit
nobilis tamen est si deo serviat. Unde Reg. ii. dicit ad Ely. absit hoc a me sed quicumque ho-
norificaverit me glorificabo eum qui autem contempnunt me illi erunt ignobiles.

Nobile

Et notandum quod sex signa sunt vere nobilitatis. De sex signis vere nobilitatis.

Primum est liberalitas. Unde deus qui nobilissimus est ipse est liberalissimus
Pm. liberalitas eius tanta est ut non solum suadet hoc et scriptum nec solum servientibus sibi
dat sed et hostibus suis. Ipse est solem suum facit oriri super bonos et malos et pluit super
iustos et iniustos. Item ipse propter liberalitatem suam fecit quecumque facta sunt. ad dandum
enim fecit quecumque fecit creaturas rationales fecit ut eis daret alias autem creaturas
non ut eas daret. Leo etiam qui dicitur esse rex animalium quod animal est liberalem fecit. Unde Ar-
dicit ipsum esse animal communicativum. Et sicut liberalitas signum est nobilitatis. Ita rapina
signum est rusticitatis. Unde illi qui nobiles reputantur rusticissimi sunt cum
non cessent auferre pauperibus et illis qui non possunt defendere se. Sicut magister
Alanus ostendit quibusdam militibus. Legebat magister Alanus apud montem pes-
sulanum et audierunt milites mirum quod tantus clericus esset et quod ad omnia interro-
gata responderet. Unde accedentes ad eum de communi consilio quesierunt ab eo que esset
nobile maxima curialitas (nobilitas) qui respondit eis quod dare curialissimum esset quo audito omnes
consenserunt responsioni eius. Ipse vero dixit eis ut habito consilio ad invicem dicerent ei que inter
alias rusticitates (vel villanias) maior esset qui habito consilio ad invicem et non potuerunt in idem
convenire. Unde revertentes ad eum dixerunt quod non poterant concordare. Quo audito ipse
increpavit eos dicens. Ego possum vos in una plus quam possetis ratione co-
Responsio nes nobis proponite cognoscere non est dare curialissimum auferre quod est contrarium
ei rusticissimum est. Unde vos qui incessanter aufertis a pauperibus rusticissimi
estis. Secundum signum nobilitatis est gratitudo seu beneficiorum recognitio et per
2m contrarium ingratitudo seu beneficiorum non recognitio signum rusticitatis est. Unde patet
quod illi qui nobiles reputantur deum qui eos pre ceteris hominibus honoravit pre ceteris
hominibus inhonorant et subditos suos qui sudore vultus lucrantur. Unde ipsi vivunt
et propter quos ipsi sunt in honore incessanter [illegible] habent [illegible] opprimunt rusticissimi fi-
unt et videntur tales deteriores esse. Fore etiam [illegible] officia sine beneficia tenentur.
sicut ait Seneca. Tertium signum nobilitatis est mansuetudo et clementia in ea que eis
3m sunt subiecta. Et hoc est unum quod valde decens est in hiis qui preesse habent. Unde
Seneca. Nullum ... magis clementia quam regem et principem decet. Irra-
cundissime ac pro captu pugnacissime sunt apes et aculeum in vulnere relin-
quunt. Rex ipse sine aculeo est noluit ipsum natura nec sevum esse nec ultorem
nec ultionem que magno constaret petere telum et detraxit et iram eius inher-

men reliquid exemplar. Et omnibus regibus ingens pudeat ab agnis animalibus non the-
mores in signum huius mansuetudinis ut nunc unguntur reges christiani. Sapiens. Max-
imam pietatem huius creatoris pietatis iuxta possibilitatem suam debet imitari. In hoc
autem deum maxime imitabitur si michi iudicaverit quam misereri pietatis & sicut mansuetudo
in subiectos signum est nobilitatis. sic crudelitas in subditos signum est rusticitatis vel
servitutis. Unde pro. xxv. per tria movetur terra quartum quod non potest sustinere. per servum cum reg-
nare ceperit eminet asperius nichil est humili cum surgit in altum cuncta ferit dum cuncta timet
desevit in omnes ut se posse putet nec belua tetrior ulla est quam servi rabies in liberi
colla furentis. Quartum signum nobilitatis est virilitas seu strenuitas in eos qui
repugnant in signum huius datur ensis militibus novis quo gladio uti debent in hoste
non in subditos. Multi tamen ex eis gladio isto in subditos utuntur quos debent valde
diligere. Hii enim sunt qui iuvant eos quantum est fides eorum proprii eos impugnant. hostibus
non dei & ecclesie parcunt. s. & demonibus. ut & ipsis persecutoribus ecclesie iuncti sunt. Impietas
talis impietas duplicata est. Duplex enim impius est in eos qui sibi serviunt. Quintum signum
nobilitatis est timere opprobrium vel servitutis vel proditionis vel alicuius turpitudi-
nis. Multos tamen ex illis qui nobiles reputantur videas qui non timent per-
similem servitutem viciorum .s. peccatum demonum qui non erubescunt constituere
se servos vilissimorum membrorum illorum .s. qui libidini deserviunt que servitus
peior est indubitanter servitute leprosorum non erubescunt & proditiose impugnare
dominum illum a quo omnia possident cuius expensis vivunt & vestiuntur & non erubes-
cunt & omni immunditie peccati se exponere ex quo patet eos non esse nobiles sed val-
de rusticos. Sextum signum nobilitatis est cordis magnitudo qua quis modi-
ca contempnit & magna appetit. econtrario non signum rusticitatis est amorem suum
immodicis ponere magna non negligere. Unde patet dominas illas que post volunt
amorem suum ponere in uno misero milite quam in rege glorie quod ipse non nobiles
non sunt milites & non videntur nobiles esse qui amorem suum in terra ponunt
contempto regno celorum cum tamen tota terra quasi punctum sit respectu celi. & quod plus habent de
terra quam alii nichil volunt habere de celo si ad aliquem pertinet terra unius pauperis
militis ex parte matris regnum non ex parte patris. numquid infelix esset si contemp-
to regno adhereret illi terre que eum contingeret ex parte matris. sic infelices sunt
illi milites qui de regno celorum non curant quod ad eos pertinet ex parte
patris celestis contempta terra ista paupertatis que ad nos pertinet ex parte matris
nostre eue non sic faciebat David. Unde ipse in psalmo. Quid michi est in celo et a te quid volui. Sed

Ostenso quod nobilitas de generis. illarum ecclesiarum que nolunt facere nisi canonicos nobiles.
carnis contempnenda sit vel non reputanda tangendum est aliquid de con-

ad soluend censum illu. imo p̃ret hĩ necc̃e ẽ sic ipi nobiles dñi qd ipi ĩpignorent
regnũ celoꝝ ⁊ seipos dy̆a. p censu illo soluendo. Unde multis nobilibꝫ mag̃ expe
diret qd eẽnt lepsi qm̃ qd ipi eẽnt ĩ statu ĩn quo sũt sic ⁊ aliq̃ ex eis recognos
cunt. Octauo. contempnenda est nobilitas carnis. q͞r vel contempnibil̃. s. corpis qd ẽ ue
lud quidã sacc̃ ĩmũdicia plen̉ sic ea ostendunt que exeũt de sacco isto pforami
na q̃nq̧ sensuũ. Nono contempnenda ẽ no. caux q͞r inferior uĩr eẽ nobilitas ista
que est in hoĩbꝫ nobilitate illa que est in canibꝫ. cũ illa nobilitas q̃ in canibꝫ
est certa signa hẽat exterỉ quibꝫ agnoscat̃. Nobiles ũ hoĩes nõ hñt necc̃ia certa
signa quibꝫ ab aliys hoĩbꝫ dinoscant̃. Decimo contemptibil̃ est nobilitas ista
q͞r ridiculosa est. Ridiculũ est unũ seruũ aliys seruis nobiliorẽ dic̃e ul̃ unum
rusticũ nobiliorẽ aliys rusticis sic filio cuidam diuitis burgensis derisorie dcm̃
est a quodã qd ipe eẽt de nobilioribꝫ rusticis sue ciuitatis. sic cũ corp̉ naturalit̃
seruus sic datũ est ei spm̃ ad seruiend ⁊ aliĩ rustic̃ sit cũ tot rusticitates ab eo
exeant cotidie. Ridiculosũ est corpus unũ dic̃e nobilỉ altero ul̃ dic̃e unũ hoĩem no
biliorem alto ex pte corpis. s. unũ tñ bonũ h̃t nobilitas que carnis dr̃ eẽ qd q̃i
quoddã frenũ est qd debet hoĩes cohibe ne male agant. Ioh. Hich a iudeo ĩ no
bilitate appetend ũ qd nobiles quadam necc̃itate astringunt̃ ne ab antiquoꝝ
pbitate degenerent. sapiens. nobilitatis ad h̃ tñ meminis ut cũ celsitate gen̉is
moꝝ sanctitate contendas ⁊ cũ nobilitate corpis animi nobilitate pficias. sapiens
laudat̃ in quibꝫdam qd geniti sint nobiles in aliys qd nobilitatẽ uirtute sunt
asecuti. pulchrũ est reddidisse nobilitati pulchrũ ⁊ humili g̃n̉s factus illustrasse
Item quidam increpabat aliũ de genẽ suo dicens. tu es caput gen̉is tui. tu ille
m es cauda gen̉is tui. Item q̃dam sapiens. cũ q̃dam ex patricio genẽ factus infe
rior ignobilitatẽ gen̉is illi obiceret. inquit. gaudeo q͞r ego ex me surrexi tu ex te
cecidisti gen̉is uĩr utrq̧ sum̉ decus ⁊ dedecus. ⁊ alỉ phs. aliy tili obiurganti sen
dit mi obicis pfecisse carmẽ meũ imputas glie. dũ tuũ ĩputas ignauie. Et
notand qd uera nobilitas est aĩe. Unde r. nobilitas sola est aĩmũ q̃ morib; ornat.
Animi ũ nobilitas du[...] ũe hre a[...] plex ẽ quedã nãl̃s. de
qua señ. Quis est generosus ad [...] ex [...] uirtutem. bñ a natã cõpositus.
Alia nobilitas est gratuita qm̃ aliq̃s [...] gram̃ dei h̃t qua dei filỉ est quicusto
dit eum. ũ nulli turpitudini seruiat. Tullỉ. ubi existimand est q̃ nulli
turpitudini seruit. Item q̃dam sapiens. de illa nobilitate gliens q̃ filios
dei ⁊ coheredes facit tunc ille nobilitatẽ suam integram seruare se putet
si dedignet̃ seruire uicys ⁊ ab illis supari. a quo eni quis supat̃ ei ⁊ seruus
est. R. animi seruus cui dñat̃ iniq̃tas. q̃tumcũq; aliq̃s ex nobilibꝫ ortus sit.

De duplici no
bilitate

no bn

filius quod verum est in personis increatis ad personas creatas extendunt. Ubi frequenter fallit.
Frequenter enim pater sapiens et filius fatuus ut patet in Salomone et Roboam filio eius. Ter-
tio videtur hec consuetudo reprehensibilis quia valde nociva est ecclesie dei. Canonici enim militares
non bene custodiunt Christum sicut figuratum videtur esse in hoc quod milites male custodierunt
Christum in sepulchro lapides sepulchri bene custodierunt milites sed Christum perdiderunt. Unde
cantat ecclesia. Dicant nunc iudei quomodo et cetera. Sic militares canonici lapides castrorum
bene custodiunt sed Christum amittunt. Item ista consuetudo occasio ruine est in ecclesiis illis
quantum ad spiritualia. Unde Proverbiorum xvii. Qui altam facit domum suam querit ruinam
ista consuetudo in ecclesiis ubi in magna parte exheredat Christum. Frequenter enim qui debent in-
stitui ibi filii dei instituuntur ibi filii diaboli. Quarto videtur reprehensibilis hec consuetudo quia
Christo contraria est. Christus enim ignobiles elegit in ecclesia sua ut essent humiles eorum. Isti non no-
biles canonicant qui volunt ipsos esse superbos. Christus ex pastoribus et bubulcis elegit re-
ges isti non ex regibus eligunt canonicos. Christus fundamentum ecclesie posuit humilitatem
ipsi vero econtrario fundamentum ecclesie ponunt superbiam. Tale fundamentum poneret diabolus si edi-
ficaret quoniam tales implent cribrum Christi. Johannis xii. Qui michi ministrat me sequatur. Non
sunt imitatores Christi sed sunt antichristi. Et Johannis ii. Qui dicit se in Christo manere debet sicut et
ille ambulavit et ipse ambulare. Glossa. Si omnis qui se dicit in Christo manere debet sicut
ipse ambulavit ipse ambulare multo magis qui pro eo ambulare se dicit quia pro
eo legatione fungitur qui ei ministrat si eum non sequitur inexcusabilis est. Ter-
rere per tales. Matthei xviii. Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in
regnum celorum. Parvulus quantumcumque nobilis sit societatem pauperum non refugit. Sic quantumcumque
aliquis nobilis sit in ecclesia dei societatem ignobilium non debet refugere. De societate
hominum diversorum generum in ecclesia dei videtur dictum in Ysaia xi. Habitabit lupus cum agno et par-
dus cum edo accubabit. Quinto videtur reprehensibilis hec consuetudo quia videtur esse deo ab-
hominabilis. Altitudo enim secularis non videtur deo abhominabilis placere. Unde Luce xvi.
Quod altum est hominibus abhominatio est ante deum. Abhominationes quoque deo different quod nobiles tan-
tum canonicare volunt. Exodi viii. Abhominationes egyptiorum immolabimus deo nostro. Sexto
videtur reprehensibilis hec consuetudo quod filios diaboli filiis dei preponit et generationem immun-
dam celesti generationi et nobilitatem putredinis preponunt cuicumque gratie dei nullam
sapientiam nullam aliam gratiam nobilitati carnis equiparant. Unde consuetudo eorum non
recipit dispensationem quia secundum iudicium eorum non invenit recompensationem quod non
est absque magna contumelia dei. Sic porcus preponeret volutabrum luti auro et la-
pidibus preciosis ad sola temporalia videntur habere oculum ecclesie. Iste non solum in cano-
nicorum institutione sed et in prelatorum perfectione quod omnino intollerabile videtur. Saltem
in alto homine debet respectus haberi ad spiritualia. Quod fatuum sit superbire de libertate corporis
et scientia et gloria et huiusmodi bonis naturalibus anime.

met corruptum sunt. Iuxta illud Luce x. Qui vos spernit me spernit. Secundo timenda est su-
perbia ministris ecclesie quia mirum displicet deo in eis. Unde Proverbiorum vi. Sex sunt que odit deus
et septimum detestatur anima eius oculos sublimes clerici superbi sunt. Et Sophonie v. Erit in die
hostie domini visitabit super omnem qui arrogantes ingreditur super limen. Dies hostie domini
erit dies iudicii qua deus mactabit incrassatos impinguatos dilatatos. Tunc deus visita-
vit super clericos superbos nec mirum si deus odiat superbiam in ministris suis cum superbia pro-
prium signum sit ministrorum diaboli. Iuxta illud Gregorii. Evidentissimum signum reproborum est superbia
humilitas electorum non prius doleret princeps aliquis si in castro suo vexillum
inimici sui videret. Tertio valde timenda est eis superbia quia valde est contraria officio
eorum. Ipsi enim sunt custodes scientie et vasa gratiarum. Unde in Malachie ii. Labia sacerdotis custo-
diunt scientiam et legem requirunt ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Ipsi igitur quia custo-
des sunt scientie necessaria est eis magna humilitas. Aqua enim sapientie ad vallem humilita-
tis confluit. Proverbiorum xi. Ubi humilitas ibi sapientia. Ipsi etiam quod vasa gratiarum sunt necessaria est eis
magna humilitas. Sicut enim vas non est ydoneum aliquid recipere absque concavitate
sic aliquis non est susceptibilis gratie absque humilitate. I Petri ult. Deus superbis resistit hu-
milibus autem dat gratiam. Preterea oportet ministros ecclesie esse familiares deo. Ad quod etiam multum
valet humilitas. Unde Glossa super illud. Iuxta est deus hiis qui tribulato sunt corde. Altus quidem
est deus sed vicinatur humili et non se erigenti. Necessaria est etiam humilitas propter servicium
quod debent hominibus exhibere. Eorum enim est abluere sordes spirituales hominum quod figuratum est
in Io. xiii. In ablutione pedum. Ideo summus inter ministros ecclesie servum servo-
rum se vocat. Humiliter ergo oportet quod se habeant ut a pauperibus et humilibus non timeantur
sed audeant ad eos accedere confidenter et ut solacium pauperes habeant in humilitate eorum quia
secundum [illegible]. Magnum solacium est membris ex capite magnum solacium est sub-
ditis qui in humilitate sunt si videant prelatos suos in simili vel in maiori humilitate.
Quarto timenda est eis superbia quia multi ex eis non habent unde pascant superbiam
nisi hoc faciant de spoliis pauperum. Bona ecclesie bona pauperum sunt. Preterea valde
indecens est superbia in eis cum ipsi de elemosinis vivant et de elemosinis pauperum et miserabi-
lium personarum. Quinto timenda est eis superbia quia peccatum superbie in eis scandali-
zat plurimos. Cum sit manifestum in comparatione. Et alia peccata possunt ipsi abscondere
sed superbiam exteriorem que in vestibus et similibus consistit non possunt ipsi abscondere.
Post contra has persuasiones que fiunt. Ratio quod iiii. excusationes clericorum de
ministris ecclesie ut caveant superbiam exteriorem solet dari superbia exteriori
quadruplex ratio. Prima est quod deus intuetur cor in humilitate cordis requirit
et humilitatis interioris magister eius perhibetur. Matthei xi. dicentis Discite a me quia mi-
tis sum et humilis corde. Et ideo non videtur quibusdam necessaria humilitas exterior.

Secunda excusatio solet esse quod licet hominibus pulchritudines istas exteriores habere secundum modulum persone sue et mores eorum inter quos vivunt quod videtur sumptum esse ex glosa super i. ad thi. ii. Non in tortis crinibus quod dicit sic vos hiis omnibus utimini secundum modulum persone sue et mores ecclesie monende concupiscere studeant. Tertia excusatio solet esse quod in hiis honor ecclesie queritur. Quarta est quod ipsi hec non faciunt amore vane glorie sed utuntur talibus tamquam non utentes. Sed contra primam excusationem primo videtur esse hoc quod non potest esse de facili quod a corde perfecte humili exterior superbia procedat. sicut arbor bona non potest fructus malos facere. ut legitur Mt. vii. sic nec cor humile superbiam a se producat. ex fructu siquidem arborum cognoscatur. ut legitur Mt. xii. Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus sic nec ex humilitate cordis procedit superbia operis sicut dicitur vulgariter non potest exire de sacco quod in non continetur quis credat mulieri si asserat se castam mente ex quo homo videt eam fornicari corpore sic homini potest credi alicui de humilitate cordis ex quo tanta superbia apparet exterius. ucas

Quod clericis non sufficiat sola interior humi

Preterea non videtur clericis sufficere interior humilitas multiplici ratione. Primo quia oportet eos vitare scandala infirmorum et sic tangit apostolus de illo qui comedebat coram infirmo immolatum ydolis quod peccabat scandalizando ipsum infirmum qui credebat hoc fieri cum veneratione ydoli. Sed ille qui sciens erat ydolis non veneraretur. Sed contempneret. Sic ille qui vestes superbas defert coram illo qui credit quod ipse faciat hoc propter vanam gloriam licet ipse non faciat hoc tali causa tamen ipse peccat videtur illum scandalizando. i. Cor. viii. Si quis viderit eum qui habet scientiam in ydolo recumbentem nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum ydolatica et peribit infirmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est. Sic enim peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam in Christo peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes in eternum. Sic minister ecclesie debet dicere si vestis preciosa scandalizat fratrem meum non deferam eam in eternum. Secundo non sufficit humilitas interior clericis quia ipsi debent Christum imitari qui non solum habuit interiorem humilitatem sed et exteriorem. ipse enim ad litteram pedes lavit regnum fugit. ut legitur Jo. vi. Pedes discipulorum lavit. Jo. xiii. Societatem pauperum elegit ubi caput reclinaret non habuit. Mt. viii. ad imitandum Christum monentur ministri Christi. Jo. xii. Si quis mihi ministrat me sequatur et i. Jo. ii. qui dicit se in Christo manere debet sicut ipse ambulavit ipse ambulare. Tertio non sufficit clericis humilitas interior quia oportet eos exemplum humilitatis dare aliis. Unde Jo. ult. ter dictum est petro. pasce verbo. pasce exemplo. pasce temporali subsidio. exemplo autem humilitatis quomodo pascet qui humilitatem exteriorem non habet ad humilitatem exteriorem monendum. i. Pe. ult. Omnes invicem humilitatem insinuate quia deus superbis resistit humilibus dat gratiam. Et ibidem paulo ante neque dominantes in clero sed forma facti gregis ex animo. ostendere superbie exemplum hominibus hoc est pascere demones non oves. B. ad eugenium papam. Tu pastor procedis deauratus tam multa circumdatus varietate. oves quid capiunt si auderem dicere demonum magis quam ovium pascua hec. sic factitabat petrus sic paulus ludebat. Item

de placitis dei non curant nec de propria salute et plus curaverunt expendere denarium unum pro
amore dei vel pro propria salute quam x. libras pro honore huius mundi. de placito dei. ultima mentio
est pro iactura salutis nulla comparatio non quod sublime est sed salutare dicamus et quod gli-
am redolet sed iustum constat et quod non utilitatem proximi in hiis querunt cum videant quod
in hiis plures proximum scandalizent quam edificent. Utilitas et propria non apparet ibi.
bi apparet quod multum constant talia sed fructum quem consequuntur ex hiis expensis non vide-
mus quod et hoc solum debet sufficere ministris ecclesie ad contemptum talium. Seneca. Omnibus con-
siliis et rebus faciamus quod solemus facere quociens ad institorem alicuius mercis accessimus
videamus sed quod concupiscamus quanti detur. Preterea distinguimus diversas intentiones que
in talibus pulchritudinis possunt incidere ut appareat utrum aliquo modo talia ministris
ecclesie licita sint et constat quod si fiat propter luxuriam vel vanam gloriam illicita sunt. Item
si ex superbia fiant. vel intentione desiderii excellendi constat similiter quod sunt illicita
Si non fiant ne erubescentia huius luceret quod erubescit aliquis non esse honora-
bilis indutus sicut alii neque in hoc casu absque culpa esse videntur non debent xpiani
humilitatem xpi erubescere. Unde Bernardus. Grata ignominia crucis sed ei qui crucifixo in-
gratus non est et dominus Luc. ix. Qui autem erubuerit me et meos sermones hunc
filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Si non talia
fiant ne ministri ecclesie ab hominibus honorentur. Videtur quod hic sit ponere laqueum sim-
plicibus. Videntur enim simpliciter peccare qui ministros ecclesie propter pulchritudinem
vestium honorant. ad quod non pertinere dicitur. Osee v. dictum ad sacerdotes. laqueus
facti estis speculationi qui homines propter vestes honorat vel propter divitias non contemp-
nere humanam naturam cum vestes et divitias preponit nec et deum contempnere.
ad cuius similitudinem homo factus est. Unde Jac. ii. Si introierit in conspectu vestro vir
aureum anulum habens in veste candida. introierit autem pauper in sordido habitu et inten-
datis in eum qui indutus est veste preciosa et dixeritis tu sede hic bene. pauperi autem
dicatis tu sta illuc aut sede sub scabello pedum meorum nonne iudicatis apud
vosmetipsos. et facti estis iudices cogitationum iniquarum. Si non ista faciant
ministri ecclesie de dissimilitudine fugerent homines a se licet sed intentio recta videatur
tamen neque sic laudabiliter omnino facere videntur. sicut enim humilis habitus aliquos divites
forsitan fugaret sic preciosus habitus pauperes ab eis fugat ne non audeant ad
eos accedere. Si non ista faciant ministri ecclesie ne ab hominibus contempnantur nec
in hoc laudabiles videntur esse. ad perfectionem pertineat spernere seipsum. spernere mundum.
spernere nullum. spernere sese. spernere sperni. iiii. hec bona sunt. Seneca. equo animo audi-
enda sunt imperitorum convicia et ad honesta eunti contempnendus est ipse contemptus.
Bernardus. Verus humilis non vult humilis predicari sed vilis reputari. Si non talia

de avaritia in capitulo de pluralitate beneficiorum. Et in vanitate non decent personas auctoritatis que
qui quodammodo speculum debent esse minoribus vestes preciose. Augustinus. Fateor de preciosa veste erubesco.
Non enim decet hanc professionem, non decet admonitionem, non decet. Bernardus. Membra non decet
vestire canos. ¶ Contra presumptionem non eorum qui dicunt se talibus uti propter honorem ecclesie. Primo non
esse quod dicit Gregorius. Nemo preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriam querit. Preterea non cedit ad
honorem ecclesie quod ministri ipsius speciem superbie exterius hostibus ostendant, potius cedit ad ho-
norem ecclesie quod in ministris ipsius humilitas Christi appareat, cum scriptum sit Ecclesiastici xxiii. Mag-
na gloria est sequi dominum. Neque sponsus ecclesie decorem exteriorem in ecclesia requirit, sed potius inte-
riorem. Unde postquam David dixit regem concupisse decorem ecclesie, ipse volens innuere de
quo decore intelligatur subdidit. Omnis gloria eius filie regis est ab intus. Ecclesia etiam dicit
de se Canticorum. Nigra sum sed formosa. Nigra est etiam exterius, formosa vero interius.
Quod et habitus ministrorum ecclesie manifeste exprimit. Habent enim capas nigras exterius super pel-
liceum candidum deferentes sub capis, in quo ostendunt se contempnere gloriam et pulchritu-
dinem exteriorem et amare pulchritudinem et gloriam interiorem. Sed multi similitudinem habitu
suo ostendere vellent, potius capam nigram sub superpelliceo candido deferrent quam econverso. Preterea
qui dignitatem ecclesiasticam terreno honore voluit ornare similis est illis qui aurum luto
vellent ornare. Honor enim terrenus in comparatione ad dignitatem ecclesiasticam se habet ut lutum
ad aurum. Contumeliam et iniuriam facere nature humane et deo. Ad cuius similitudinem homo creatus
est, qui talibus hominem ornare vult ut honoraret. Seneca. Scitote tam bonos homines culto
quam auro regi. Contempnite omnia que superuacuus labor velud ornamentum ante decus
ponit. Cogitate nichil preter animum esse mirabile. Item cum aliquis non debeat sibi ter-
renam gloriam amare, ut quod sibi non debeat eam amare proximo, cum debeat proximum
diligere sicut seipsum. Sed nec debet eam amare ecclesie, cum etiam nichil aliud sit quam collec-
tio fidelium. ¶ Preterea quid querunt ministri ecclesie in hiis pulchritudinibus exterior-
ibus? Querunt ne ibi beneplacitum dei vel utilitatem propriam vel utilitatem Christi. Si beneplaci-
tum dei, fatue agunt. Deus enim spiritus est et pulchritudo spiritualis placet ei. Jeronimus. Non terrena
vestis sed mundicia mentis ornatum facit clericum. Multa enim sunt que constat placere deo,
ut sunt opera pietatis, in quibus possunt expendi que in exteriori pulchritudine
expenduntur. Et huiusmodi expensis quas pro pulchritudine exteriori fiunt incertum est an deo pla-
ceat. Tene certum secundum verbum Augustini et dimittis incertum. Item constat sanctitatem deo
placere. Illam enim expresse querit dominus. Sancti inquid estote quia ego sanctus sum.
Et Apostolus. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Si ergo quereret deo placere sancti-
tatem honori non honorem sanctitati debet preferre. Cuius contrarium in multis mi-
nistris ecclesie a parte cotidie videmus. Unde Bernardus videns quosdam ecclesiasticos zelum fervere
pro sola dignitate tuenda honori rotundari sanctitati. Nichil immo quod plus est

[dignitas]
tiam ne vilescat, ecclesie tendeo. quod magis vilescit cum conspicitur in hominibus qui superbi apparent ho-
mines eam illustrari non possunt et credere quod dignitas vel potestas ecclesie in hominibus sit quos vi-
dent esse male vite. Unde dicunt heretici quod tales sacerdotes non dant vera sacramenta. Prete-
rea dignitas ecclesie sic servanda fuit ne vilesceret. nunquid hoc ignoravit xpistus. quare ergo non
instituit quod apostoli et discipuli sui equitarent et purpura et bysso induerentur. nonne quod
stultum est dei sapientius est hominibus. ut dicitur i. ad cor. i. Item quis nesciat quod displiceret
in sponso si videat sponsam suam facere multas expensas ad ornandum se ut placeat
adultero suo et inimico sponsi sui. presertim si filii sponsi indigeant illis que sic expen-
duntur. sponsus ecclesie xpistus est. adulter vero mundus est iste qui inimicus dei est. adeo ut qui amicus
vult esse mundi inimicus dei constituitur. Jac. iiii. adulteri nescitis quia amicicia huius mundi
inimica est deo. Qui ergo voluerit amicus esse huius mundi inimicus constituitur dei. Unde verisimile
quod multum displiceat deo quando ministri ecclesie tot et tanta expendunt ut placeant mun-
do. cum videant tot filios dei esurire et sitire et nudos esse. mirum est et iniquum gloria mul-
ti magni prelati dicunt versum illum in horis suis. Non habitabit in medio domus
mee qui facit superbiam cum coram deo aperte mentiri videantur ex quo permittunt mi-
nistros suos floribus et alio modo superbo coronatos sibi ministrare. Preterea. quis
quare deus sacco voluntarius hominem induit si saccum illum purpura superinduere voluit
quis illum creatorem non reputaret fatuum qui mossellum de scarleta burello
cooperiret. si voluntas sua esset quod item super burellum scarleta poneretur. Terciam vero ra-
tionem quare dicunt ministri ecclesie quod ipsi amant vanam gloriam. nec ad vanam gloriam talibus
pulchritudinibus vacant sed habent eas tanquam non habentes. Primo videtur esse ubi multi [illegible]
post positum. nemo enim nunquid preciosas vestes nisi ad inanem querit gloriam ut videlicet
ceteris honorabilior videatur. nemo vult in preciosis vestibus indui nisi a nemine possit
videri. Secundo mirum esse quod illam rationem hoc quod mirum est quod vanam gloriam tam care
emunt si eam non amant. Videmus quod multi qui non libenter expenderent. x. solidos
pro eterna gloria. pro vana gloria. centum solidos expendunt. Item si non amant vanam
gloriam. quare ostendunt hominibus in habitu suo quod ament quia in hoc ipso scandalizant
eos. Quid prodest sermone movere ad humilitatem et opere ad superbiam. cum secundum [illegible] effica-
cior sit vox operis quam vox sermonis. Preterea nonne ministri ecclesie exemplum debent dare
hominibus contempnendi gloriam mundi. sicut et xpistus fecit. augustinus. Omnia terrena contempsit homo deus
ut ab hominibus contempnenda monstraret et omnia adversa sustinuit ut sustinenda
doceret. quere quedam alia pertinencia ad hanc materiam in tractatu de avaricia in capitulo
de prodigalitate clericorum. illa et que dicta sunt prius quod superbum ornant et quod alias species
superbie exteriores possunt satis valere contra superbiam clericorum. De superbia prelatorum et quod
multum sit eis conandum contra superbiam et humilitatem. ooooooooo

petrus uestitus precellisse aliquando uel gemmis ornatus uel sericis non tectus auro nec uectus
equo albo nec stipatus milite nec circumstrepentibus septus ministris atque hic tamen credidit
satis posse impleri salutare mandatum pasce oues meas. ¶ Quarto non sufficit interior humi-
litas etiam quia non solum a malo. a specie mali oportet eos abstinere iuxta admonitionem pauli. i.
ad thessalonicenses ultimo. ab omni inquit specie mali abstinete uos. ad hoc autem quod dominus dicit. Discite a
me quia mitis sum et humilis corde. dicendum est quod hoc dicitur ad ostendendum quod humilitas cordis sit ne-
cessaria. et non ideo quod sufficiat sola et dicitur hoc contra ypocritas qui solam iusticiam exteriorem habere uo-
lebant. Vnde matthei xxiii. Ve uobis scribe et pharisei ypocrite qui mundatis quod deforis est calicis
et parapsidis intus autem pleni estis rapina et inmundicia. et in ecclesiastico. Est qui nequiter se humiliat
interiora autem eius plena sunt dolo. et hoc non quod dicitur quod liceat aliquem habere istas pulchritudines
exteriores secundum modulum sue persone. Videtur esse contra ecclesiasticus quanto magnus es humilia te in omnibus
qui in omnibus dixit nichil excepit. et contra luce xiiii. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe
in nouissimo loco non dixit in medio loco sed in nouissimo. preterea qui preeminet dignitate
debet preeminere et uita. Vnde debet esse excellencioris caritatis et pietatis. eadem ratione debet
esse excellencioris humilitatis. Virtutes enim sunt connexe. et hoc non quod dicitur quod homo debet conformare
se moribus hominum inter quos uiuit uidetur esse contra. Nolite conformari huic seculo. preterea quando aliquis
est in aliqua religione dissoluta que multum laxata est ad quid debet respicere ad ea que ibi
seruantur. uel ad ea que instituerunt antiqui patres ut ibi seruarentur ordinauerunt pe-
trus et paulus etiam de mulieribus que caueant a precioso ornatu. i. thimothei ii. Non in tortis crinibus
auro uel margaritis uel ueste preciosa. Item apostolus habentes alimenta et quibus tegamur. hiis con-
tenti simus non dicit quibus orneamur sed quibus tegamur. et i. petri iii. quarum non sit exterius ca-
pillatura aut circumdatio auri aut indumenti uestimentorum cultus ad ea. ¶ Ergo que secundum
ordinationem eorum debent fieri respiciendum est et non ad ea que fiunt. ¶ Preterea. Si quis episcopus uel
presbiter inueniretur in tali habitu in principio ecclesie nonne multum reprehenderetur et haberetur pro mag-
no peccato et magna superbia. sed non desiit esse peccatum et superbia erat. nunquid consuetudo peccandi
aufert uel minuit peccatum immo potius hominem magis peccatorem constituit. nunquid quod tunc fuit super-
fluitas et uanitas nunc factum est necessitas. preterea si uiuendum est alicui secundum mores eorum inter
quos uiuit secundum hoc si omnes superbi efficiantur. omnes superbi desinent esse. Iam enim conformant
se moribus eorum inter quos uiuunt. et si omnes fetidi sunt iam nullus fetet quod constat esse
falsum. sed hoc uerum est quod ubi omnes fetidi sunt unius fetor non sentitur secundum ubi B. preterea
etsi liceret talibus uti cauendum tamen esset ei qui utitur ne licencia sua aliis offendiculum
fiet. Vnde i. corinthiorum viii. dicit apostolus illis qui immolata ydolis comedebant sine neciatione ydo-
lorum. Videte inquit ne hec licencia uestra offendiculum fiat infirmis. et i. corinthiorum vi. Omnia mihi
licent sed non omnia expediunt. secundum B. Sapiens opus suum trina consideratione preueniet.
¶ Primo considerabat an liceret. ii. an deceat. iii. an expediat. sed de hoc dictum est in tractatu

Sequitur de superbia prelatorum. Et notandum quod multum conandum est prelatis contra superbiam et humili-
tatem. Primo quia multum monet eos sacra scriptura ad hoc. Unde Deut. xvii. precipitur
de rege constituto super Israel ut non eleuetur cor eius in superbia super fratres suos. Et Eccli. iii.
Quanto magnus es humilia te in omnibus. Et xxxii. eiusdem. Rectorem te posuerunt noli extolli
sed esto in eis quasi unus ex illis. Et Matth. xviii. dicit dominus ad apostolos quorum locum tenent prelati. Amen
dico vobis nisi conversi fueritis a vestra elatione. dicit Ih. et efficiamini sicut parvuli non intrabitis
in reg. celorum. Secundo monet eos ad hoc ipsa natura. Aurum enim quod preciosissimum est inter
metalla crescendo habet infimum locum. ponderosissimum est enim. Sic quanto aliquis superior sit
tanto ad humilitatem conari debet. Tercio vero quia ipse est auctor nature monet eos ad
hoc qui cum esset summus novissimus virorum fieri voluit. Iuxta illud Ysa. liii. Desideravimus
eum virum despectum et novissimum virorum. Bernardus. Quid magis admirandum quid amplius detestan-
dum quid gravius puniendum quam quod videns dei filium summum in regno angelorum novissi-
mum factum in regno hominum apponat se magnificare se homo super terram. Quarto
vero quod valde preciosa est et magne virtutis in talibus personis humilitas. Bernardus. Cum omni
in defensione persone humilitas sit quedam turris fortitudinis a facie inimici nescio
quo pacto vis eius maior in maioribus et clarior in clarioribus comprobatur. Item non mag-
num est esse humilem in abiectione magna prorsus et rara virtus humilitas hono-
rata. Quinto vero quia ex parte prelati sunt debiliores ex illa parte precipue muniendum
est castrum ex hac debilius est ex illa parte precipue resistendum est hostibus ex qua parte preci-
pue impugnant. Sic quando aliquis videt se pronum ad aliquid vicium vel a natura vel alia
occasione ipse debet in contrarium flectere se ad oppositum. Sic enim faciunt secundum verbum
sapientis qui tortuosa lignorum dirigunt. Superbia multum infestat prelatos. per-
flant enim altissima venti. Superbia in alto loco nata est scilicet in celo et ideo alta petit.
Unde pauci inveniuntur qui in dignitate veram humilitatem servent. quod ostenditur
in libro Regum. Ubi de tot regibus legitur quod excelsa non abstulerint. Sexto vero quia prelati
maiori scientia et gratia indigent quam alii et ideo magis vas humilitatis eis necessarium est.
Preterea prelati custodes sunt sponse et ideo necesse est ut vel in habitu vel in alio appa-
reant in eis aliqua signa vel castimonie vel huiusmodi. quod tamen valde male hodie ser-
vatur. Bernardus. Intuere quomodo incedunt nitidi et ornati circumamicti varietatibus
tamquam sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quispiam talem repente emi-
nus procedentem aspexeris sponsam potius putabis quam sponse custodem. Et
notandum quod ad hec duo prelati multum debent niti ut precedant vita et humilitate et sint
hec duo limitata. debent esse ea que ipsi iniungunt subditis. sed sic Bernardus dicit. pauci pro-
fecto qui utiliter pauciores qui et humiliter presint. De quadruplici superbia claustralium.

Sequitur de superbia claustralium. Notandum ergo quod quadruplex est superbia in claustra-

libus solet inveniri. Prima species superbie est eorum qui sapientes se credunt et ideo sen-
su suo se regere volunt et mancipati sunt sue voluntatis. De hac superbia dicit B. Quan-
tum superbia vel prudens videatur esse diffitenda est et abigenda. Si enim admittitur
superbus prima die qua incipit habitare incipit leges dare. Prov. xxvi. Vidisti hominem
non sibi sapientem videri magis spem illo habebit insipiens. Tales volunt facere quod
eis dictum est si prius habebant voluntatem quam eis diceretur. Greg. Superba mens ad ea que
non appetit nullis exhortationibus flectitur. Ad ea vero que appetit sponte et cogi queunt
et hec species superbie precipue periculosa est in noviciis. Unde B. Novicium prudentem
insipientem sapientem in cella diu posse gliscere impossibile est. Stultus fiat ut sit sa-
piens. Et hec omnis eius sit discretio ut in hoc nulla ei sit discretio. Hec omnis eius sapientia sit ut
in hac parte ei nulla sit. Secunda species superbie est eorum claustralium qui despiciunt
seculares et peccatores credentes se inquinari et gloriantur eorum sibi ... videri. De quibus dicitur
Jo. xviii. Qui non introierunt in pretorium ut non contaminarentur sed manducarent pas-
cha timebant se inquinari cohabitatione infidelium et non timebant se inquinari san-
guine innocentis scilicet Christi. Duces ceci extollantes culicem, camelum autem glutientes.
De talibus legitur lxv. Ysa. qui dicunt recede a me non appropinques mihi quia immundus es. isti
fumus erunt in furore meo ignis ardens tota die. Deut. xxiii. Non abhominabi-
ris ydumeum quia frater tuus est nec egyptium quia advena fuisti in terra eius. Isti non
attendunt quod in seculo aliquis potest ducere vitam religiosam et in claustro vitam secu-
larem quod figuratum videtur esse. Josue. iiii. Ubi precepit dominus quod xii lapides sume-
rentur de medio Iordanis et ponerentur in loco castrorum. alios etiam xii lapides de sic-
co posuit Josue in medio Iordanis. Aliqui enim seculares quo ad meritum sunt
claustrales. Et econtra per lapides qui in fluvio erant intellige illos qui sunt in fluvio
huius mundi. per illos qui in arido intellige illos qui sunt in claustro. Greg. In ex-
amine recti iudicis mutatur vita ordinum qualitas actionum. Et quidam in me-
liori ordine deteriores sunt quia et isti fortem extremi habitus bene vivendo transcen-
dunt et illi superioris loci meritum non exequendo diminuunt. Secundum pannutio ora-
tione est sanctorum similes esse. Scriptum est primo. quod cuidam symphoniaco qui querebat
victum arte cantandi. et cum pannutius eum invenisset quod si aliquid vitii esset apud
deum qui respondit se nichil meminisse fecisse nisi quod cum ipse latro esset et quedam
esset capta quam socii volebant violare ipse vestiavit eis et eripuit eam. Et alio
tempore cum quedam mulier lamentaretur per heremum eo quod filii sui tenerentur in
captivi carceris ipse errantem reduxit ad refectionem et dedit ei trecentos
solidos quibus redemit maritum suum et filios. postea ille symphoniacus
dimittens artem cantandi intravit heremum. oratione pannutii factus vir sanctus

nullo ieiunio quod ceteris prandentibus facit quam si cum ceteris septem dies ieiunaverit. commodior unam sibi
una oratiuncula peculiaris quam tota psalmodia unius noctis. dolet aliquem se pallidiorem et tenui-
us comedentem pallorem suum et maciem in manibus etc. que post inde speculatur ad omnia sua stre-
nuus ad communia piger vigilat in lecto dormit in choro. Sextus gradus arrogantia que
secundum Bernardum sic oritur ex precedenti cum ex hiis talis que singulariter agit apud simpliciores eius
opinio extollitur qui opera laudant que cernunt sed unde procedant non discernunt dum miserum bea-
tificant in errorem inducunt credit quod audit quid intendat non attendit obliviscitur inten-
tionem dum amplectitur opinionem quique de omni de alia re plus sibi quam aliis credit de se solo
plus aliis quam sibi credit ut non solum verbo aut operum ostentatione suam preferat religionem
sed intimo cordis affectu credat se omnibus sanctiorem et quicquid de se laudat non agnoscit non igno-
rantie aut benivolentie laudatoris sed suis meritis ascribit. Septimus gradus est presumptio
qui sic ex precedenti oritur secundum Bernardum: qui alios se precellere putat quomodo plus de se quam de aliis non
presumat. primus in conventibus residet. in consiliis primus respondet. non vocatus accedit non iussus se
intromittit reordinat reficit facta que quicquid ipse non fecit aut ordinavit nec recte factum
nec pulchre ordinatum est estimat iudicat iudicantes preiudicat iudicaturis si tempore capituli adve-
nerit non promoveatur ad prioratum suum abbatem aut invidum iudicat aut deceptum quod si
mediocris aliqua obedientia ei iniuncta fuerit dedignatur arbitrans se non minoribus esse occupan-
dum qui ad maiora se sentit ydoneum. Octavus gradus est defensio peccati qui secundum Bernardum
sic oritur ex precedenti qui promptus ad omnia se consuevit ingerere impossibile est aliquando non
errare. ad prelatum autem pertinet errantem arguere. sed quomodo culpam suam confitebitur qui nunc
esse putat sed propter ea cum culpa imputatur crescit non amputatur. multis enim modis fiunt excusa-
tiones in peccatis aut enim dicit qui se excusat non feci aut feci quidem et non feci. aut si male
non multum male aut si multum male non mala intentione. si autem et de illa convincitur
aliena se nititur excusare suasione. sed qui peccata defendit quomodo occultas et malas cogitatio-
nes cordi suo advenientes humiliter revelaret abbati. Nonus gradus est simulata confessio
qui gradus quomodo ex precedenti oritur Bernardus ostendit dicens. Non nulli cum de apertis arguun-
tur scientes quod si se defenderint non credentur subtilius inveniunt argumentum defensionis ver-
ba reddentes dolose confessionis vultus demittitur prosternitur corpus aliquas lacrimas si possunt
sibi extorquent vocem suspiriis verba gemitibus interrumpunt. nec solum talis obiectio non
excusat sed ipse quoque culpam exaggerat ut dum impossibile est ut qui aut incredibile
culpe sue ore suo additum audis et id quod tamen putabas vix credere possis. Quomodo autem hec simula-
tio deprehenditur Bernardus ostendit dicens. Vasa figuli probat fornax et tribulatio vere peni-
tentes discernit qui veraciter penitet laborem penitentie abhorret simulata confessio-
nem ut levi contumelia aut exigua pena interrogatus iam humilitatem simulare
iam simulationem dissimulare non premurmurat fere delicti irascitur quanta putas tunc

bu debet sufficere eis qd i alijs locis seruiciu diuinu faciunt et i hijs soli deo seruiret.
quia oro eius in eccia exaudietur qui i ea non timet eu offendere. Debent et eccie
terribiles esse hoibz pp sanctos illos i quorum honore dedicate sunt q offendunt
eu eccie eorum franguntur. precipue u q fractione ecclesiarum ualet p i ex. qd legitur
ij. machab. iij. de heliodoro qui locu sacru uolebat spoliare pecunijs ibi gmie
datis sicut ibi legitur. apparuit quidam equus terribilem h ns sessore optimis
operimentis adornatus isque cu impetu eliodoro priores calces elisit q au insidebat
uidebatur hre aurea arma. alij et apparuerunt duo iuuenes qui circumsteterunt
eum et exutraque pte flagellabant sine intermissione. subito au eliodorus cecidit
i terram et i sella gestatoria deportatus e. ex eiurio et iacebat mortuus atque
oi spe et salute priuatus. h post precibz oniie sacerdotis uita ei donata est.
Hominibz u reuerencia e exhibenda et hijs omnibz. Unde .j. pe. ij. omis honorate
et ibidem. Subiecti estote omi humane creature pp dm. ap. honore inuice preue
nientes. Spaliter au debent i hoibz dei ymaginem honorare u uestes u diuici
as uel aliquid sile. Si ymagini be uirginis honor exhibendus e. quanto ymagi
gini be trinitatis que i hoie e. honor exhibendus non erit. B. Consciencie tue
debes honorem cora qua peccare erubescas. et eccle. x. Da ei honore sed meritum
sui. Honorandi et sunt hoies pp angelos eis ad custodiam deputatos. Unde
m. xviij. Uidete ne contempnatis unu ex hijs pusillis. Angli eni eorum sp uident
faciem patris mei q i celis e. Fatuu e hoiem i honorare eis q ita ab anglis
honorantur. luc. xvi. fcm e. ut moreretur mendicus et portaretur ab anglis in si
nu Abrahe. Honorandi et sut hoies pp itam humana unita diuine. Fatuu e d
i honorare qd deus sic honorauit et serui contempnendi n sut. Cyprianus gloriam
cupis q te dnm esse talis esto erga seruu tuu. Sen. Cu inferiore sic uiuas
quemadmodu superiore uelis tecu uiuere. Idem quemadmodu stultus e q equu tep
taturus non ipsm aspicit h et stratu et frenos. sic stultissimus qui hoiem aut
ex ueste aut ex condicione que uestis in nobis circumdata e estimat. Item
Sen. Serui sunt imo hoies serui imo conserui. serui sut imo humiles amici
ideo istos qui turpe existimant cu seruo suo cenare. Uirga murmur
oe conpescitur tota nocte ieiuni pstant. sic sit ut isti de dno loquuntur qbz
cora dno loqui non licet at illi qbz [illegible] uer[illegible] dno tm cora dnis h cu ipis
sermo erat quorum os n consuebatur [illegible] ce faci[illegible] parati erunt cora dno porrigere
ceruice i [illegible]ijs loquebantur. h i cor[illegible] [illegible]us mentis tacebant. ad Colos. iiij.
Dni qd iustu e et equu seruis prestare. Scientes quia et uos dnm habe
tis in celo. Precipue au honorandi sunt serui si sunt boni et fideles.

nullam mulierem affuisse. Item uidit alium laicum dum dormiret quod ipse sit sacerdos num
quid propter hoc tunc excitatus est a sompno sacerdos est ut missam possit celebrare. Prete
rea similiter uerum esset quod ipse dicit quoniam audent hodie Herodiadem sequi que fuit adultera illa
quam abstulit Herodes fratri suo Philippo que etiam amputari fecit caput Iohannis baptiste quoniam
audent bonum asserere bonam rem que caput illius in utero sanctificati et quo nullus
maior inter natos mulierum non surrexit. fecit amputari cum in sacra scriptura nichil
omnino legatur de ea. Quorum opinione super omnia non uidetur ualere contra hunc errorem quod in uita beati
Germani Altissiodorensis legitur. qui cum declinasset ad quoddam hospicium uidit cum omnes
de domo cenassent mensam iterum preparari qui cum admiratus inquisisset quibus talia prepa
rentur indicatum est sibi quod bonis rebus que de nocte incedebant. Unde uir sanctus
uigilans cum demones in forma humana aduenissent et ad mensam illam sedissent
illis qui de domo erant in lectis suis quiescentibus uir sanctus surrexit et de
mones abire non permittens excitauit eos qui de domo erant inquirens si personas
illas cognoscerent qui respondentes quod sic addentes quod uicini eorum erant. Unde uir
sanctus misit illos ad domos uicinorum ut uiderent an essent ibi et inuenerunt eos
ibi quod cum retulissent uiro sancto. Vir sanctus coegit demones indicare seipsos
et confessi sunt se demones esse et sic hominibus illudere. De peccato irreuerencie.

Consequenter de peccato irreuerencie. De quo hic tria agemus. Est irreuerencia est cum aliquis
negat honorem illi cui debitum est exhibere. Primo ostendemus quibus debeamus
exhibere reuerenciam. Secundo qualiter parentes carnales quam spirituales sint honorandi. et tercio.
Et notandum est quod quatuor Quibus rebus reuerencia exhibenda ut deo et angelis et
sunt quibus debemus reuerenciam exhibere. scilicet deus. angelus. res deo consecrate rebus sacris
ut ecclesia et homines. Deo reuerenciam debemus exhibere ut coram eo peccare erubesca
mus. et coram eo strenue bona agamus. quidam cuidam qui turpe faciebat: Si me spectante
rubes cur spectante deo non magis ipse rubes. Boecius. magna nobis si dissimulare non
uolumus indicta est probitatis necessitas cum ante oculos iudicis agamus cuncta cernentis.
De reuerencia uero exhibenda angelo. dicit Bernardus. In quo uis diuersorio in quo uis ange
lo reuerenciam habe angelo tuo non audeas illo presente quod me presente non auderes.
De reuerencia uero sacris locis exhibenda intelligi potest. Genesis xxviii. quam terribilis est
locus iste non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Precipue reuerenda est ecclesia propter pre
senciam dominici corporis. Sed ualde mu[illegible]nte si rarum est quod sunt quidam homines qui non propter pre
senciam dominici corporis ecclesias non [illegible] ibidem reuerentur. cum hac de causa ecclesie demonibus
terribiles sint. uidentur tales ho[illegible]miet in hoc demonibus esse deteriores cum domini sit
terra et plenitudo eius. bene deberet saltem loca sibi consecrata pacifice possidere. bene
deberent homines cessare a contumelia dei in locis his que facta sunt ad seruicium dei

qd sex modis fiunt ymaginationes sompniorum sicut dicit Greg. In dya. aliquando ventris ple
nitudine. aliquando ventris et capitis ex inanitione. aliquando demonum illusione. aliquando dei
revelatione. aliquando cogitatione simul et illusione. aliquando cogitatione et simul reve
latione. Duo prima genera sompniorum experimento cognovimus. cetera in scripturis inveni
mus. De .iii. dicitur eccl. xxxiiii. multos errare fecerunt sompnia. De .iiii. in sompnio
legitur. Gen. xxxvii. audite sompnium qd vidi dixit ioseph fratribus suis. De quinto sompnio
legitur. eccles. v. Ubi multa sunt sompnia multe sunt vanitates et super plurima multas curas
sequntur sompnia. De vi. in sompnio legitur. Dan. iiii. Sompnium tuum et visiones capi
tis tui in cubili tuo. huiusmodi sunt qd postea disserens daniel de radice cogitationis in
choavit dicens. tu rex in stratu tuo cepisti cogitare et c. Non est ergo credendum sompni
is quia quo impulsu fiant facile non elucet tamen sancti illusiones et revelationes quo
dam intimo sapore discernunt ut sciant quid a bono spiritu percipiant ab illusio
ne patiantur ut dicit Greg. de sompnio et illusione demonis. Unde dicit Greg. su
per Job .viii. terrebis me per sompnia et c. dyabolus cupidis aspera et timidis adversa. per
sompnia ingerit ut magis afficiat. sed et sanctos quos minus valet vigilantes
gravius temptat dormientes qd deus benigne permittit ne saltem sompnus a pas
sionis premio vacet. Frequenter eveniant que divini predicunt. oooo
Est adhuc quoniam quandoque fieri eveniant frequenter que predictum divini. ex quo fides eis ad
hibenda non est ad qd tendit Aug. qd hoc fit dei permissione ut probet an fidelem
homines ad deum habeant. quod probat Aug. illo verbo. Deut. xiii. Si surrexerit in medio
tui propheta aut qui sompnium vidisse se dicat et predixerit signum atque portentum
et evenerit qd locutus est et dixerit tibi. eamus et sequamur deos alienos quos ignoras
et serviamus eis. non audies verba prophete illius aut sompniatoris quia temptat vos
dominus deus vester ut palam fiat an diligatis eum an non. et c. Preterea dicitur in quibusdam
signis solent futura contingere. unde quidam inquirunt de aliqua muliere utrum gravida sit
solent zonam ipsius inspicere. in qua aliqua signa gravitatis possint percipere. Unde quedam
decepta fuit quodam sacerdote qui non poterat corrumpere parochianas suas quin
fidem adhiberent cuidam divine. Sed tandem misit zonam suam ad eam qua zona in
specta cum sacerdos esset impinguatus inflatus dilatatus. ipsa iudicavit sacerdo
tem esse pregnantem. Preterea a casu quandoque dicunt ea que futura sunt. Quod dyabolus
Diabolus est sicut dicit Rabanus non numquam solet predicat futurum. oooo
multa vera predicere ut ad exitium valeant animam alicuius felicitate laqueare. quomodo
autem dyabolus futura predicat satis ostendit Aug. huius verbis demones inquit Aug. predicti
acumine sensus et celeritate motus nunciant que homines per sensus terreni tardita
te nequeunt. accessit enim demonibus rerum longe maior experientia quam sit hominibus

& cum mortuus fuisset symphoniacus, item orauit Pannucius cum sciret similis haberet. Responsum est ei similis esse principi vici huius qui est in proximo. Cumque venisset ad eum & inquisisset de vita eius dixit se esse coniugatum libenter sedantem lites, hospitalem, qui non cognosceret uxorem nisi causa prolis, non raptorem, non ledentem per famulos vel greges vel fruges aliorum. Item oratu Pannucii venit ad heremum. & cum mortuus fuisset item datum est ei quod similis esset cuidam negociatori venienti ad se. Cui cum occurrisset Pannucius hortatus est eum ad heremum. Qui acquievit & omnia distribuit pauperibus & non post multum tempore mortuus est & postea per vocem est Pannucio revelatum quod esset cito moriturus & assumendus in celo & hoc non esse. Ideo ei prius revelatum ne forte elatus dampnum aliquod sui laboris incurreret. & mortuus est & aliis videntibus anima eius ab angelis psallentibus delata est in celum. Tercia species est superbie eorum qui volunt habere in claustro que non habebant in seculo ut delicias. Michi magnum non est hoc quod dicit Aug. Qui autem non habebant non ea querant in monasterio que nec foris habere potuerunt. & item non erigant cervicem ad quos foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant & terrena vana non querant, ne incipiant monasteria esse utilia divitibus non pauperibus dum divites illic humiliantur & pauperes illic inflantur. Quidam etiam qui autem claustrum ingressi vix in suo vico vel opido cogniti fuerant post circueuntes & curias frequentantes regum noticiam & principum familiaritates assecuntur. Quarta species superbie est superbia eorum qui in claustro gloriantur vel superbiunt vel de diviciis quas habuerunt in seculo vel de hoc quod contulerunt eas claustro vel de aliquibus que strenue egerunt in seculo. Unde Aug. nec extollantur si communi vite aliquid de suis facultatibus contulerunt nec de suis diviciis magis superbiant si eas monasterio conferunt quam si eis in seculo fruerentur. & item Aug. Quid prodest dispergendo dare pauperibus & pauperem fieri cum anima misera superbior efficitur divicias contempnendo quam fuerat possidendo. B. Non nunquam audivimus aliquos de hiis qui religiose vestiti & religionem professi sunt reminisci & recitare mala sua preterita, quomodo ubi gesserant aliquando vel fortiter in gladiatorio vel argenter in litatorio gesserint conflictu seu aliud quid secundum mundi facultatem fatuose, secundum vero diem salutis nocivum periculosum & dampnosum scelaris adhuc animi indicium est hoc & huius habitus qui gestatur a talibus non tam novitatis est indicium quam sed potius vetustatis operculum. De xii. gradibus superbie secundum Bernardum.

Preter tres divisiones superbie prius positas sunt alie due divisiones que videntur quodammodo pertinere ad penam superbie. Prima est graduum superbie. Secunda vero est quorundam viciorum que ex superbia procedunt. De utrisque ergo tractabimus. Sed primo de gradibus superbie. Notandum ergo quod xii. sunt gradus superbie quos beatus B. distinguit. Primus gradus est curiositas que secundum B. hiis indiciis deprehenditur si videris monachum de quo prius confidebas ubi stat, ambulat, sedet, oculis incipientem vagari, caput erectum

Item debent excommunicari. Item si post admonitionem vel excommunicationem nolunt se corrigere si servi sunt debent verberibus castigari. si liberi includi in carcere vel utrique sunt de provincia turpiter dehonestati .i. tonsorati vel decalvati expellendi et hoc per episcopum sua auctoritate facere debet. tamen caveat a membrorum destructione morte et sanguinis effusione vel si necesse fuerit invocet brachium seculare. secundum vero leges tales capite puniuntur. Quarto de hoc eodem ab hoc peccato. hoc quod legitur deut. xviii. Ubi hec peccata prohibentur quod omnia hec abhominatur deus. Quinto vero hoc quod peccatum hoc a beato augustino reputatur apostasia. Unde ipse ait. Non observabitis dies qui dicuntur egyptiaci aut kalendas ianuarii in quibus quedam cantilene commessationes ad invicem donantur quasi in principio anni boni fati augurio. Ut aliquis menses aut tempora dies ne et annos aut lune solis ne cursum quia has qui et qualescumque divinationes aut fata aut auguria observat aut attendit aut consentit observantibus aut talibus credit aut ad domum eorum vadit aut in sua domo introducit aut interrogat sciat se fidem christianam et baptismum prevaricasse et paganum et apostatam et dei inimicum iram dei graviter in eternum incurrere nisi ecclesiastica penitentia emendatus deo reconcilietur.

An liceat uti argumentum sortibus.

Videtur tamen quod sortibus liceat uti quia sorte Josue exclusit peccatum achor sorte et deprehensus est ionathas a saul comedisse filium meum. Jonas autem sorte a nautis deprehensus est. Dicit et augustinus quod sors non est aliquid mali sed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem. ad exempla vero obiecta dicitur quod ista et multa alia permittebantur ante evangelium que tempore perfectionis discipline sunt eliminata. Item sicut ait ieronimus privilegia singulorum communem legem facere non possunt. ad id vero quod dicit augustinus quod sors non est aliquid mali dicitur quod verum est tamen prohibetur quia propter assiduitatem labi posset quis in ydolatriam. Unde si esset cum honesta et subesset necessitas ut si esset contentio de electione aliquorum et esset paritas utrobique in omnibus consilium quod esset mathie possent sortes fieri et hoc ait beda dicens. Si qui necessitate aliqua compulsi deum putant sortibus apostolorum exemplo esse consulendum videant ipsos apostolos non nisi collecto cetu fratrum et precibus ad deum fusis hoc egisse. Item cum quedam civitas esset obsessa et dubitaret clerus qui deberent fugere et manere consultus augustinus respondit sorte id esse diiudicandum.

Iterum obicitur de sompniis que videntur esse observanda

An sint observanda sompnia.

cum quoque per sompnia ostendit deus hominibus quid futurum sit ut apparet per sompnium pharaonis ut legitur. Gen. xli. quod sompnium ioseph exposuit. Item apparet per sompnium nabugodonosor quod exposuit daniel. de quo habetur daniel. iiii. et c. ii. Apparuit angelus domini ioseph in sompnis dicens. Joseph fili david. et cetera. ad quod dicendum est quod in veritate sompnia observanda non sunt. sapiens. Sompnia ne cures. eccl. xxxiiii. Sompnia extollunt imprudentes. et quidem multos errare fecerunt sompnia et exciderunt sperantes in illis. Unde quidam dum nimium attenderet sompniis sompniavit se diu victurum. cumque multa bona congregasset repente defunctus est. Quod solonem vero adiectorum notandum est.

aures portare suspensas. e motibus exterioris hominis interiorem inmutatum agnoscas. oritur autem secundum B. ista curiositas in alios ex incuria sui. Unde ipse ait. dum anima in sui circumspectione torpescit incuria sui in alios curiosam eam facit. Idem. quo a te curiose recedis tremitam gravitas ut quid audes oculos levare in celum qui peccasti in celum. terram intuere ut cognoscas te ipsum. ipsa te tibi representabit quia terra es et in terram ibis. Secundus gradus est levitas que secundum B. sic oritur. ex gradu precedenti monachus qui sui negligens alias curiose circumspicit dum quosdam suspicit superiores quosdam despicit inferiores et aliis quidem videt quod invidet in aliis quod irridet. inde animus nulla sui cura gravatus per superbiam ad alta se erigens modo per invidiam tabescit. nunc per excellentiam puerili hylarescit et quos superari se dolet et quos superare se gaudet amor proprie excellentie facit. quibus vero indiciis iste gradus comprehendatur B. ostendit dicens. hac animi mutabilitate nunc pauca et mordacia nunc multa et inania risu nunc luctu plena semper vero irrationabilia indicant verba. Tercius gradus est inanis leticia que secundum B. sic oritur ex gradu precedenti monachus qui duos gradus superbie ascendit cum gaudium videt interpolari tristicia quoniam de bonis alterius contristatur impaciens sue humiliationis fugit ad consilium false consolationis. ex illa parte qua sua sibi vilitas et aliena excellentia monstratur restringit curiositatem ut in quo ipse videtur excellere notet. in quo alter precellit semper dissimulat. ut dum devitat quod triste putatur leticia continuetur. deprehenditur autem iste gradus hiis indiciis secundum B. raro vel nulli gemitus sunt vel lacrime. putes si attendas aut sui oblitum sive ablutum a culpis. sed in signis scurrilitas. in fronte hylaritas vanitas apparet in incessu. pronus ad iocum. facilis et promptus in risu. similis est vesice turgide vento. puncto forate exiguo quam si stringitur crepitat et crebros sonitus reddit ventum non passim sed strictim egredientem. sic ventus vanitatis a monacho non valens libere egredi propter disciplinam silencii inter angustias faucium per cachinnos emittitur. et cum os obstruxerit per nares sonitare auditur. Quartus gradus est iactancia in multiloquio. que secundum B. sic oritur ex precedenti gradu postquam vanitas crescere et vesica grossescere incepit necesse est ut ampliori foramine laxato sinu ventositas emittatur. alioquin rumpetur. deprehenditur autem gradus iste hiis indiciis. qui in isto gradu est esurit et sitit. quibus omne quod sentit effundat. preveniunt interrogantem non querenti respondet. ipse querit ipse solvit verba collocutoris in imperfectum precidit. pulsato signo breve quidem intervallum si de religione agitur statim visiones et sompnia proferuntur laudat ieiunia commendat vigilias super omnia orationes exaltat si ad lubrica sermo convertatur in hiis quanto assuetior tanto loquacior invenitur. ut dicas si audias flumen esse scurrilitatis. os eius ita ut severos et graves animos in levitatem concitet et risum. Quintus gradus est singularitas. que a precedenti gradu sic oritur. secundum B. Turpe est ei qui se super ceteros iactat si non plus ceteris aliquid agat ut melior ceteris appareat. comprehenditur autem gradus iste hiis indiciis. qui in hoc gradu est sibi blanditur de

sit confusio in corde superbi cum fratribus deceptus pax amittitur laus minuitur nec culpa di-
citur tandem notatur ab omnibus iudicatur ab omnibus eoque vehementius omnes indignantur quo
falsum conspiciunt quicquid de eo prius opinabantur. tunc opus est prelato ut eo minus illi par-
cere dum putet quo magis omnes offendit si illi parcat. Decimus gradus est rebellio
qui quomodo oriatur ex precedenti Bernardus ostendit dicens de illo in nono gradu nisi miseratio divi-
na eum respiciat ut quod valde difficile est talibus universorum iudiciis tacitus acquiescat
frontosus mox et impudens factus tanto deterius quanto desperatius in decimum gradum per
rebellionem corruit quicquid prius arrogans fratres contempserat iam patenter inobediens
et magistrum contempnit. Sciendum tamen quod gradus .xii. in tres tantum colligi possunt
ut in sex superioribus sit contemptus fratrum in .iiii. sequentibus contemptus magistri et in duobus
qui restant contemptus dei. Item notandum quod duo ultimi gradus in congrega-
tione discendi non possunt. deinceps enim vel fratrum concordiam aut magistri sentiam mona-
chus spernit. quid iam ultra in monasterio nisi scandalum facit. Undecimus gradus est liber-
tas peccandi per quam monachus cum iam nec magistrum videt quem timeat nec fratres quos
revereatur. quanto securius tanto liberius sua desideria implere delectatur. a quibus in monasterio
tam pudore quam timore prohibeatur sed et suam fratres et abbatem non timet non dum tamen pe-
nitus dei formidinem caret. hanc ideo tenuit sub murmurans adhuc voluntatem pro-
nit. non sane sine aliqua dubitatione primum illicita perficit. sed sicut hiis qui vadum
temptat pede tentantur cursim viciorum gurgitem intrat. Duodecimus gradus consuetudo
peccandi qui sic oritur ex precedenti secundum Bernardum. postquam terribili dei iudicio post flagicia
impunitas sequitur experta voluntas libenter repetitur repetita blanditur concupiscentia revi-
viscente sopitur ratio ligat consuetudo trahitur miser in profundum malorum traditur
captivus tyrannidi viciorum ita ut carnalium voragine desideriorum absortus sue di-
vine rationis et timoris oblitus dicat insipiens in corde suo non est deus. Iam in-
differenter illicitis per licitis utitur. iam ab illicitis cogitandis patrandis investigan-
dis animus manus vel pedes non prohibentur sed quicquid in cor in buccam ad manum
venerit machinatur garrit et operatur malivolus magniloquus facinorosus. De

Dicto de .xii. gradibus superbie consequenter quibusdam erroribus qui sane fidei adversantur
dicendum est de quibusdam viciis que procedunt ex superbia. dicemus autem tamen modo
de quinque illorum licet sint multo plura. Primo dicemus de quibusdam erroribus qui
sane fidei adversantur. errores enim ex superbia procedere solent. quia sicut dicit Augustinus superbia
meretrix illudit et super .x. Ieremie arrogancia tua et superbia cordis tui decepit te. dicit
Glossa. omnis hereticus arrogans. superbia facit hereticum non ignorantia. Secundo dice-
mus de peccato irreverencie. Tercio de peccato inobediencie. Quarto de peccato vane-
glorie. Quinto de peccato ypocrisis. In primo vero capitulo non proponimus dicere de omnibus

erroribus qui contrarii sunt sane fidei quia hoc nimis longum esset. Sed solum de quibusdam que inveni-
untur in eis qui fideles videntur. *Quare diabolus multum conatur seminare errores in*
Hic primus notandum quod multum conatur diabolus seminare errores in ecclesia dei. *ecclesia dei. 000*
Ipse enim est quasi corvus qui primo currit ad oculum cadaveris. Lumen enim fidei multum cona-
tur extinguere in homine cuius vere multe cause assignari possunt. Prima causa est
quod ipse scit quod postquam oculum fidei excecavit in homine ipse postea hominem inducet in omne peccatum
Unde quidam senex in vitis patrum dicit quod quando operiuntur oculi animalis tunc circuit ad
molendinum alioquin non ambulat in circuitu mole sic diabolus si operit oculos mentis
ac in omne peccatum humiliat hominem quod figuratum est. Judicum. xvi. In Sampsone cum
postquam philistei eruerant oculos ipsi eum clausum in carcere molere fecerunt.
Secunda causa est quod diabolus odit lucem fidei. Unde de ipso spiritualiter intelligitur illud. Jo. iij. Qui
male agit odit lucem. Ipse est sicut mercator volens homines decipere ideo tenebras
querit ipse et est deformis adulter. Unde ne deformitas sua videatur querit tene-
bras. Job. xxiiij. Oculus adulteri observat caliginem. Tercia causa est hec quod
diabolus qui sibi serviunt eos ducat ad prostibulum infernale. Ipse enim sic remunerat
servientes suos et ideo velat eis oculos ne videant quo ducantur. Quarta causa
est hoc quod ipse scit quod si prius aliquem ponere extra viam fidei quicquid ille postea fa-
ciet inutile erit sibi quantum ad meritum vite eterne. De via ista potest intelligi quod in
psalmo. Erraverunt in solitudine in inaquoso viam civitatis habitaculi non invenerunt.
Et Augustinus: Bona opera preter fidem videntur mihi esse velocissimum cursus extra viam.
Quinta causa est hec quod fides est dexter oculus anime. quod et si diabolus homini eruit ipsum
inutilem ad pugnam reddit quod figuratum est. i. Regum. xi. In hoc quod dixit Naas Ammoni-
tes ad illos de Iabes Galaad. In hoc feriam vobiscum fedus ut eruam omnium vestrum ocu-
los dextros cuius intentio est quod dextris oculis erutis cum operirentur sinistri scuto
ipsi inutiles fierent ad pugnam. Item fides fundamentum est totius edificij spiritua-
lis quo destructo scit diabolus quod edificium spirituale simpliciter destructum est. Item scit
diabolus quod extra fidem non sit locus propiciationis. Unde cum ipse propiciationem homini in-
videat. nollet enim quod eam homo haberet cum ipse non sit habiturus eam ipse mul-
tum laborat ad hoc quod hominem extra fidem ponat quicquid extra fidem est gladium
ire dei habet evaginatum super se. Unde Jo. iij. Qui incredulus est filio non videbit
vitam sed ira dei manet super eum. Item quicquid est extra fidem in mundo isto
diluvio perit quicquid est in hoc mundo extra fidem. est velud mare mortuum
in quo nichil vivit. Unde bona hereticorum sunt velud poma que crescunt
in arboribus circa mare mortuum que donec maturitatem sunt viridia materia
non inscita favillam intus habent. sic bona hereticorum vera bona videntur.

sed ad ultimum in eis ignis infernalis inveniet[ur]. Quoniam fidem nichil est in hoc mundo quod place-
at deo quia secundum apostolum impossibile est sine fide placere deo. Et Jer. v. domine oculi tui respiciunt fi-
dem. Nichil est bonum homini in mundo isto absque fide. Propter has causas dyabolus multum conatur er-
rores fidei contrarios seminare in ecclesia dei et propter easdem causas ministri debent conari contra erro-
res et precipue prelati quorum negligentia errores ut frequentius subintrant sicut dominus
ostendit. Math. xiii. dicens. Simile factum est regnum celorum homini qui seminavit bonum
semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eorum et superseminavit
zizannia in medio tritici. In dormitatione hominum negligentia prelatorum intelligitur.

Quatuor vero errores inveniuntur et in hiis **De errore divinationis.**
qui fideles esse videntur per quos errores dyabolus innumeras animas trahit ad inferos. De quibus er-
roribus aliquid tangemus. Primus error divinationis est. Secundus est error maleficiorum.
Tertius est error supersticiosorum remediorum. Quartus est error illarum personarum que credunt
ea que fiunt in sompnio tantum et in spiritu fieri et in veritate et corporaliter sicut error est illarum
mulierum que se dicunt ambulare de nocte cum Herodiade. Circa primum vero notandum est
quod divini dicuntur quasi deo pleni. Isti sibi attribuunt quod dei est. presumunt enim predicere fu-
tura et revelare occulta que duo ad deum specialiter pertinent. **De xiiii. speciebus divinationis.**

Sunt autem multe species divinationis. ex quibus xiiii. numerare sufficiat. licet
sint multo plures. Prima fit in igne et vocatur piromancia. a pir quod est ignis et
mancia quod est divinatio. Secunda fit in aere que vocatur aeromancia. Tertia fit in
aqua que vocatur ydromancia. ab ydor quod est aqua. Quarta fit in terra que vocatur
geomancia. a geos quod est terra. Quinta fit per phitones in quibus malignus spiritus lo-
quitur. Dicuntur autem phitones ventriloqui. a ficio apolline sic dicti. Sexta fit per mor-
tuos suscitatos que nigromancia dicitur. nigros enim grece mortuus dicitur latine. man-
cia idem est quod divinatio. Septima est augurium que attendit in gestu et cantu
et volatu avium. Octava attendit sternutationes. Nona circa sompnia. Deci-
ma circa sortes quas sanctorum dicunt apostolorum. Undecima circa variam inspectionem psalterii
evangeliorum et aliarum scripturarum. Duodecima est mathematicorum qui constellationes con-
siderant qui et dicuntur magi. Tertia decima est eorum qui arioli dicuntur qui in aris ydolorum
demonum responsa accipiunt. Quarta decima est eorum qui vocantur aruspices.
quasi horarum spectatores qui dies et horas in operibus agendis custodiunt. Regulariter
autem tenendum est quod omnis divinatio quocumque predictorum modorum fiat vel alio illi-
cita prohibita est et maledicta a deo et a sancta ecclesia. **De hiis que faciunt ad detestationem huius peccati.**

Et sunt multa que debent retrahere homines ab hoc peccato. Primum est hoc quia pecca-
tum contrarium est. Divini enim ad modum luciferi similes volunt esse altissimo. Dum predicere
volunt futura. quod ad deum specialiter pertinet. Unde in ysa. Priora et novissima nunciate

in diuinam qd dii essetis et est inuentum peccatum in mundo isto a demonibus. Vnde Aug. est hec namque
tas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto orbe terrarum plurimis seclis in
ualuit et per inuentiones eorum inuenta sunt auspicia et augurationes et ipsa q diuin ora
cula. Qui autem diuinis fide adhibent similes sunt illis angelis qui lucifero superbienti consense
et sicut lucifer eo qd uoluit esse deus factus est sathanas et dei aduersarius. sic et angeli qui ei
consenserunt consenserunt dei aduersarii facti sunt. sic et diuinis qui uult esse deus et qui eis
dem adhibent dei aduersarii et sathane efficiuntur. non parum offenderetur rex francie si cum
qui regem se uellet facere in regno eius et contra omnes qui ei assentirent oporteret qd ille qui
se regem faceret cum rege pugnaret et uideretur quis potentior esset. ita necesse erit qd deus
pugnet cum diuinis et cum illis qui eis consenciunt. et sic legitur Sap. v. pugnabit cum illo or
bis terrarum contra insensatos. ibidem legitur qd accipiet armaturam zelus illius et armabit creaturam
ad ultionem inimicorum et qd acuet iracundiam in lanceam et tunc apparebit quis potentior sit
libus que meliora sunt. festa instituta sunt ad gratiam sanctorum acquirendam. et ipsi eorum vani-
tate inquinant tempus illud quod dei servicio appropriatum est. ysaias. dedicant a peccato cupiditatis. tunc in aliis sibi
caveant et ebrietati et luxurie superbie et lascivie et ceteris vitiis se exponunt amplius offen-
dunt deum in dominica una quam in tota septimana. non utique talia festa ecclesie dei iam in-
videtur implevisse in magna parte demones quod intendebant. iam enim pro magna parte de-
quievere faciunt dies festos dei a tantis sollempnitatibus ecclesie iam pro magna parte tales
illis facte sunt. De quibus legitur in ysaia. i. sollempnitates vestras odivit anima mea. facta sunt
mihi molesta. laboravi sustinens. et trenorum. i. viderunt eam hostes et deriserunt sabba-
ta illius. Non qui in festis utilitati corporis vacant et deliciis corporalibus et ornatui corporum. sibi
valde perversi sunt. De ancilla enim dominam faciunt. et festum quod debent facere deo celi
faciunt suo ventri. hii sunt quorum deus venter est. De quibus ad philippenses iij. hii non domino ihesu
christo sed ventri suo serviunt. ad romanos. xvi. contra sollempnitates eorum dicit Jeronimus. valde ab-
surdum nimia saturitate velle honorare ventrem. cum sancti deo placuisse per ieiunium
in levitico. xxiij. sabbatum requietionis est. affligetisque animas vestras. ipsi credunt ut viri quod
festa ideo instituta sunt ut refectioni ventris sati possint vacare et impletione
vasis immunditie. scilicet ventris. ideo deus comminatur eis in malachia. ij. vix auderem
nominatorie illam dicere nisi spiritus sanctus eam per prophetam dixisset. sic enim legitur ibi. dis-
pergam super vultum vestrum stercus sollempnitatum vestrarum dicit dominus. De duabus speciebus excommunicationis
Sequitur de inobedientia eorum qui contempnunt quod ab ecclesia et quare multum sit timenda excommunicatio minor
excommunicantur. Et notandum in primis quod due sunt species excommunicationis. scilicet maior et
minor. Minor separat a sacramentis ecclesie. Maior vero separat ab ingressu ecclesie
et a communione fidelium. et a sacramentis et hec dicitur anathema. Et possunt. xij. rationes osten-
di quare timenda sit multum excommunicatio. Primo timenda est quia est ictus gladii spiritualis qui
magis timendus est quam materialis. De hiis gladiis legitur luce. xxij. ecce gladii duo hic. Aug.
dicit de illo qui excommunicatur. quod gravius est ei quam si feriretur gladio. si a feris devora-
retur si in flammas exureretur. Secunda timenda est excommunicatio quia excommunicatus est ut homo
valde infirmus qui nullum remedium vel medicinam potest habere. ipse enim separatus a sacra-

mentis esse que sunt quasi medicine. de quibus medicamus libri ecclesiastici xxxviii. Unguentarius faciet
pigmenta suavitatis et unctiones sanitatis conficiet. Tertio non timenda est quia excommunicatus
est velud homo captus ab hostibus suis omni auxilio destitutus. et omni succursu quia privatus est
a communione fidelium nec habet partem in aliquibus bonis que fiunt ab ecclesia. ipse est sicut ille qui
cecidit in foveam vel sub onere nec habet qui sublevet. et ideo ve illi. ecclesiastes iiii. Ve soli quia cum ce-
ciderit non habet sublevantem. econtrario non dicitur. proverbiorum xviii. frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma. Quarto
timenda est quod excommunicatus est velud infirmus huius morbum infinitum vel infructuosum quia a con-
sortio hominum eicitur. Ideo lepra ab omnibus timetur maxime quia morbus contagiosus est. et multi sunt qui
dicunt alias infirmitates det mihi deus si placuit sibi. sed a lepra me custodiat. excommunicatio velud
lepra spiritualis est. Unde per lepram marie figurata est. Numeri xii. et in hoc excommunicatus deterior est ceteris
peccatoribus. quia si alii peccatori loquitur vel alteri communico qualiscumque sit ex quo non est in precinctu. sed ex-
communicato magnum est periculum. Unde aliqui sunt qui potius eligerent mori quam scienter communicare cum deli-
beratione alicui excommunicato in casu non concesso. et in veritate melius esset comedere cum porco quam cum excom-
municato. deterioris conditionis in hoc videtur esse excommunicatus quam infidelis. Unde i. ad corinthios v. Si quis frater nominatur
inter vos et est fornicator aut avarus. et cetera. cum huiusmodi nec cibum sumere. Augustinus. eam nominationem intelligi vo-
luit apostolus que fit in quemquam cum sententia ordine iudiciario et integritate profertur. et postea non sic legitur. Si quis
infidelium vocat vos ad cenam et vultis ire quod vobis appositum fuerit manducate. Quinto non timen-
da est excommunicatio quod excommunicatus est velud canis immundus. cui non licet intrare ecclesiam. et in
veritate magis offenditur deus quam ipse intret ecclesiam dei quam si unus canis intraret. apocalypsis ultimo. fo-
ris canes. ecclesiastici xiii. quo communicatio sancti ad canem. Sexto timenda est excommunicatio quia excommunicatus est
quasi membrum abscisum a corpore quod nullius valoris est. quid valet manus precisa a corpore. et sic super
omnia timenda est abscisio membri a corpore eius. sic multo magis debet timere christianus quam separa-
ri a corpore christi quod est ecclesia. Unde Augustinus super Iohannem. nichil sic debet formidare christianus quam separari a
corpore christi. si enim separatur a corpore christi iam non est membrum eius. si non est membrum eius iam non vegeta-
tur spiritu eius. Septimo timenda est excommunicatio quia homo excommunicatus similis est palmiti absciso
a vite qui minoris valoris est quam certa vitis postquam abscisus est cum valde utilis sit dum
viti adheret abscisus valet ad hoc quod in igne ponatur ex aliis arboribus multa utilia possunt
fieri sed non sic ex palmite. Unde ezechielis xv. fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis
nemorum que sunt inter ligna silvarum. numquid tolletur de ea lignum ut fiat opus aut fa-
bricatur de ea paxillus ut dependeat in ea quodcumque vas. ecce igni datum est in escam. Et Iohannis xv.
Sicut palmites non potest facere fructum de semetipso nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me
manseritis. Octavo timenda est excommunicatio quia ille qui excommunicatur sathane traditur. sicut ecclesia
hereticos quosdam relinquit seculari potestati. ita illos qui excommunicantur sathane potestati tradit
quando quia extra ecclesiam diabolus sic in ecclesia christus. ac per hoc diabolo traditur qui ab ecclesiastica communione removetur.
et apostolus i. ad corinthios v. Ego quidem absens corpore presens autem spiritu iam iudicavi ut presens eum qui sic

tercorum 7 uermis. v esca uermium. Licet uana gloria ab omnibz multum sit contempnenda. precipue tamē a claustralibz. Ier᷒. prima uirtus monachi ē iudicia hominū contempnere. non solum non deberet claustralis cum laudatur inmo & deberet turbari. Unde beata uirgo cū dixisset eam angelus grām plenam & benedictam in mulieribz turbata ē in sermone eius. De Remedijs contra uanam gloriam.

Sequitur de remedijs ꝯ uanam gliam. s. ꝯ hꝰ pcm̄. & sunt octo remedia ꝯ ipm̄ pcm̄. Primū ē absconsio. Unde ysa. xxxi. Erit uir sicut qui absconditur a uento 7 celat se a tempestate. & In vitis patrū. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur ita 7 uirtus quelibz deperit publicata. nam sicut cera a facie ignis soluitur. ita 7 anima p laudem resoluta pit ab intētione sua. hꝰ remedium figuratum ē. exo. iiij. In manu moysi que leprosa erat 7 cum missa esset in sinum ipius facta ē ibi sana. Greg. ille debet publicare bonum quod agit qui pfecta humilitate fundatur 7 nulla elatione contingitur. Secdm remedium est & demissio ut scilz homo descendat ad ppriam infirmitatem. sic enī solent facere equitantes quando nimius uentus flat 7 ipi transeunt p aliquem pontem ipi descendunt ne uentus eis noceat. sic qui laudatur recurrere debet ad infirmitatem suam 7 uidebit se falso laudari & sic poci᷒ erubescet qm̄ glorietur. Boetius. Qui falso predicantur necesse ē ut suis laudibus erubescant. In vitis patrum. Quidam frater requisiuit abbatem permeneē si melius esset remotius qm̄ cum alijs manere. Respondit abbas. homo si seipm̄ reprehendit ubiqz potest consistere. si autē se magnificat nusqm̄ stat. Tercium remedium ē consideratio ignis infernalis uel purgatorij. hoc remedium insinuatur nobis. act. xxviij. Ubi paulus uiperam manu adherentem in ignem excussit. quod spūaliter fit quando consideratione pene qua uana gloria punietur uanam gloriam a se abiciat. Quartum remedium ē consideratio glorie eterne que scdm Greg.m uilescunt temporalia cum considerantur eterna & specialiter uilescat uana gloria si consideretur gloria uera. Quintum remedium ē consideratio uilitatis uane glorie ꝙ apparet ex hoc quod uenalis ē quod insinuat dns. m̄. xxv. ubi sic legitur. Ne forte non sufficiat nobis & uobis ite poci᷒ ad uendentes & emite uob. Testimonium uenale repellendum ē. apparet enī uilitas uane glorie ex uilitate psonarum apud quas hr̄. a uilibus enim psonis quomodo potest habere quis gloriam ñ uilem. Preterea. Odiunt bonum & diligunt malum 7 propt hoc testimonium eoꝝ repellendum ē & de bono 7 de malo. De altero ratione amoris. de reliquo ratōne odij. Amor enī uel odium ueritatis

in ad sibi noxiam appetunt. tales et avertunt prelati a quo avertunt viam paradisi quod quando aliquis
vult ponere in via. ipse ponit extra viam. ipsi et pullos unius diei et qualescentes a magna
infirmitate vix honorant quasi si essent fortes et sani pulli unius diei fuit qui ad primam veniunt
ipsi et qualescant a magna infirmitate. nullus tyrannus tot iniungit sub pe
na mortalis corporalis quot ipsi iniungunt sub pena mortalis eterne. quod enim preceptum est eorum sub
pena mortalis eterne iniunguntur. Quod in claustris prepositi sit cavendum a multitudine preceptorum

Specialiter vero reprehensibilis est numerositas preceptorum in claustris. hec est unum illorum trium que
solent religionem destruere. argumentum habemus de hoc Genesis ii. In prima religione que
fuit in paradiso terrestri in qua duo precepta data fuerant et contra unum eorum est fractum illorum qui
religionem solent destruere. De tribus que Religionem destruunt.

Secundum est singularitas. de qua exemplum habemus. Ysaie xiiii. de religione superna a qua lucifer hoc
peccato eiectus est. Videbit inquit in monte testamenti et cetera. alii ministrabant. hic extra. milia
milium ministrabant ei. et cetera. Tertium est amor temporalium. de quo habemus exemplum actuum v. de Ana
nia et Saphira qui de albacia per rationem temporalium perierunt sicut claustrales cavent
ab aliis occasionibus scandali sic a multiloquio in quo non deerit peccatum. ut legitur proverbiorum x et a iura
mento ex quo sequitur frequenter periurium sic debent cavere a numerositate preceptorum ex
qua frequenter sequitur transgressio. De illis qui nimis excommunicant de facili et de hiis que eos

Sequitur de peccato eorum qui nimis de facili excommunicant a quo peccato deberent cohibere.
debent cohibere propter ista iiii. scilicet quod excommunicatio est abscisio membri a corpore ecclesie. Unde
omnia alia remedia debent adhiberi antequam excommunicatio fiat sicut membro infirmo
adhibentur. Primo multa remedia et si nature non possunt remedia rescinditur ne pars
sana corrumpatur. ii. nobilitas corporis a quo per excommunicationem talium rescinditur corpus enim illud
corpus Christi est misticum. scilicet ecclesia. si vero fratre haberet infirmitatem in membro non de facili abscinderet me
mbrum suum. cum quanta ergo cautela abscindendum est membrum a corpore Christi totum corpus ecclesie contremiscere
deberet quando unum membrum inde debet abscindi. sic accidit in corpore humano ex corpore contremesc
it si inde unum membrum sit amputandum. Tertio sic est quod quando aliquis excommunicatur ipse gladio
percutitur sathane traditur. suo consilio et auxilio relinquitur ut prius ostensum est. non deberet autem pura
causa esse per quam unum filium gladio percutit. lupis infernalibus exponit et infirmum ad mortem
sine consilio et auxilio relinquit. Quarto sic est quod frequentius non sequitur excommunicatione. utilitas que
solebat consequi. excommunicatio autem solet fieri ad hoc ut illi qui excommunicantur verbaliter compungentur. et ne propter eos
eorum corrumpentur. hodie autem contrarium accidit frequenter quia excommunicati excommunicatione contempnunt
et ad peccata frena relaxant. alii compunguntur quia communicant ei. Unde remedium ultimum est in
venenum. ideo raro essent faciende excommunicationes pape generales et raro essent constitutiones
de canones et late sententie. De sententia iusta vel iniusta.

Et notandum quod ad hoc quod sententia sit iusta requiruntur tria. scilicet quod fiat ex certa causa
sufficiente et zelo iusticie et ordine iuris servato. deficiente vero aliquo istorum iniusta est.

n. g.

tm̄ ligat ex q̄ lata ē ab illo iudice q̄ h̄t sup̄ h̄ iurisdicione canonicā ⁊ seruanda ē ab etiā iniu
tante. fallit tm̄ h̄ ī duob; casib;. Vnus ē qn̄ lata ē p̄ legitimā appellacōne. ali⁹ ē qn̄ gtinet
ītollabilem errorem. ītollabilē ꝯ errore ītelligi⁹ cū fit. dicat excōicans excōico te. qr credis
ī dm̄ qr n̄ fornicaris. qr es obediens plat̄is tuis. ⁊ silia. excōicatus n̄ ī iuste sustinē debet
paciencter ⁊ huiꝰ excōicacōne ⁊ p̄sentare se excōicanti. offens canonicā satisfcōne si in
aliq̄ offendit ⁊ sic instanc̄ postulare absolucōnē si sic fecit ei erit ad meritū. Vnde Ar̄. Qui
iniustus ē ⁊ iniuste maledicit p̄mium ei reddit. Ieron Ar̄. aliud ē sella terena. aliud ē tribunal
celeste. ab īferiori accepit sn̄iam a supiori coronam. De uana gloria.

Sequit̄ de pctō vane glie. de q̄ h̄ m̄ agem⁹. Primo ponem⁹ ea q̄ possūt uale ad detest
huiꝰ pcti. Scd̄o ponem⁹ diuisionē uane glie. Tercio n̄ remedia q̄ c̄ pctm̄ ē ā glia
scdm̄ Ar̄. iudiciū hoīm bn̄ de aliquo opinanciū. scdm̄ tulliū n̄ glia ē mag̃ dicti ul' mag̃
facti frequēs fama cum laude. Qd sic uana gloria. Ad detest. n̄ h̄ pcti. Primo
possunt uale uerba sacre scpt̄e q̄ d̄ dissuadent. ut ē i. pu. xxvij. ne glieris ī crastinū. ⁊c̄
Io⁹. Ne queras gliam ⁊ non dolebis cū inglius fuis qui laudem n̄ appetit gtumelias non
sentit. Scd̄o n̄ possunt uale ad h̄ exempla int̄ que p̄cipuū ē ex̄m xp̄i. ex̄m vane glie uitā
de dat xp̄c. Mt. ix. Vbi duob; cecis quib; oculos apieat dixit. Videte ne quis sciat. ⁊ M̄. viij.
Dixit lepso curato. Vide nemini dixeris. ⁊ xiiij. eidem. Vbi miraclo fc̄o de q̄nq; panib; ⁊
duob; piscib; gpulit discipl̄os statī ascende nauiclam ne uanā gliam haberent. de aliquib;
q̄ audirent de miraclo illo. ⁊ luce. x. n̄ repressit discipl̄os suos q̄ gliabant̄ de miraclis
factis. Videbam inq̄t sathanā sic̄ fulgur de celo cadentē. ⁊ Io. viij. ego gliam meam n̄
quero. ⁊c̄. multi ⁊ antiq̄ pr̄es fatuos se simulauerūt ut carere possent sibi a uana glia
Vnde cū q̄dā senex ī spelūca sua vegescens vocaret̄ multis precib; a q̄dam sclari
instibūte ut ueniret orōnē factur⁹ sup filiū suū defunctū. ⁊ cū ille iret ad funus occur
rerūt multi cū lampadib; ī occursū ei⁹ qr sanct⁹ h̄o erat ⁊ cū sentiret senex simulauit
se stultū expolians se mittens uestimēta sua ī flumine ⁊ stans nudus lauabat ea. Se
cularis aū q̄ ministrabat seni erubuit dicens ppl̄o. Reuertimini senex iste p̄didit
sensū suū ⁊ ueniens ad senē q̄ sunt q̄re h̄ fecisset. qr omēs dicebāt demonium h̄r
senex. cui senex respondit. ⁊ ego uolebam h̄ audire. Tercio p̄ ua. ad det. h⁹ pcti. vanitas
q̄ ī eo ē. tante aū uanitatis ē pctm̄ i. qd̄ lic; omīa q̄ sub sole sūt uanitas sit cū uana
glia. qī uanissima. h̄ n̄. sibi apparuit. P̄ aū dici uana glia ⁊ qr ad nīlū ⁊ qr uadit ad n̄
hili. qr n̄ corpi n̄ aīe ualet. īmo plim̄ aīe nocet. nile ē qd̄ apphendens ī re apphensa de
lectet̄ ⁊ n̄ eā. vt uisus delectat̄ ī uiridi colore ⁊ n̄ color uiridis delectat̄ ex eo qd̄ uīr sic
uīr qd̄ aliq̄s n̄ debeat delectari ex eo qd̄ credit̄ talis. h; poti⁹ illi q̄ uident eū bonū debent
ī eo delectari. Pretea qr utilitas ē ɔtinue ex eo q; ē ī opinioe hoīm ul' montib; aureis
ex eo qd̄ fingunt̄ ul' machinant̄ ab hoīb;. sic nulla utilitas uī eē hoī ex h̄ q; magn⁹
ē ī opinione hoīm. q̄ aū appetat qd̄ sit magnus ul' bon⁹ ī opinioe hoīm. appetat ut

illi qd ipe h̄eat tale ee q̄le h̄t chimia. ad nichilum enim uadit uana gl̄ia cito cum fit ignita. sup̄b
gl̄ia. ut dicit Ber̄. sic p̄ apparere i dño ih̄u xp̄o q̄ tanta gl̄ia i ramis palmar̄ i ierlm suscep
tus ē. ꝛ post ab eodem pp̄lo i eodē loco ꝛ i eodem ip̄o tp̄e paucissimis diebz inp̄ositus crucifixus
ē. ut dic̄ B. n̄ p̄ius dcm̄ fuat ei. b̄ndictus q̄ uenit i nōie dn̄i. dcm̄ ē postea. tolle tolle crucifi
ge eum. ꝛ qui p̄ius uocatus fuat rex isr̄l. post audiuit n̄ habem̄ regē n̄ cesarē. ꝛ qui p̄9
uestimēta p̄sternebant aliena suis postea spoliatus ē. Quarto p̄ ua. ad dc̄. h. p̄. fatuitas
magna q̄ ē i ea q̄m fatuitatē insinuat d9. Ꝯ. xxv. n̄ p fatuas uirgines. ama. ue(l) uane gl̄ie
Et possunt octo fatuitates De octo fatuitatibz amatoꝝ uanam gl̄iam Intelligunt̄
assignari q̄ inueniunt̄ i eo q̄ amat uanā gl̄iam. Prima ē qd ipe p̄mittit sibi illudi m
sius q̄m illudet alieni ceci. Dicit enim ei gl̄ia9. ap̄i os tuū ꝛ ego adimplebo i. ꝛ põit ei gl̄ia9 cu
os desiderii ap̄iut gl̄iam uanā q̄ nich ē. Iux̄ ꝯ ūbū dn̄i. si ego gl̄iam meā quero gl̄ia
mea nich ē. ꝛ fatuus credit os desiderii sui sic posse impleri. Scd̄a fatuitas ē. qd gl̄ia
uanā que ē ad instar puncti etne gl̄ie p̄ponit. Vnde Greg̃. stultū ē inde transitoriam
q̄rere unī possum̄ etna h̄re. Tercia fatuitas ē qd ipe põit thesauꝝ suū in archa sīi
claue ꝛ sīi sera. cū eū posset pone in archa securissima. s. i archa gl̄ie. B. fidelis sui ꝛ custo
s tacitū arbitratus labiis hoīm cōmittē gl̄iam suam arche sīi claue ꝛ sīi sera. nll'iq; oīo
clause necē uolenti intuitū plane s3 stult̄ ibi thesauꝝ tuū recondē n̄ n̄ ualeas restitu
ere cū uolu'is si ponis i os meū iam n̄ i tua s3 i mea ē ptāte. cū utiq; p meo libitu
ut laudare te possum ut derogare t̄ sanū uas ꝛ i ꝯ custum gl̄a ꝛ seruandis secus
ydoneū nullis patens insidiis. nulli uiolencie cedens. nulli q̄ppe oculo ut manui ac
cessibilis excepto dū taxat sp̄u qui scrutat̄ ꝛ p̄funda dei. q̄cq̄d ibi reposuo secur9 sum
q' n̄ p̄dam seruabit uiuo defuncto restituet. n̄ quocūq; uado ipa ut meū secū fe
rens depositum qd seruand accepat adest uiuo mortuū sequit̄ ubiq; gl̄ia ut ꝯfusio inse
pabilis p qualitate depōiti. Quarta fatu. ē qd precio illo quo potuit emē regnum
etnū emit infernale patibulum. Quīta fatu. ē qd ipe non curat qual' sit s3 qualis
dicat̄. Vnde Jo. cris9. ypocrita ut quid non uis ee laudabil' qui uis ut lauderis quod
formosiū ē apparere formosius ē ee. Sexta fatu. ē qd ipe care emit qd nichil ua
uale. s. qd hoīes ferant testim̄ bonū de ip̄o cū testim̄ ꝯ a deo qui eī iudex ē n̄ debeat
recipe. B. Et quid alieno ut mei ip̄i9 testimōio ꝯtentus sū cū n̄ intuipio reprobus nec
laude dignus inueniar. si an̄ tribunal m̄in iudicandus astarem mito de laude uira gl̄i
arer. nūc aū cū sole xp̄i iudicio sim p̄sentandus ꝯtēte i sanie ē mei ut alteri9 iudicio
gl̄iari. sic Jo. dicit. Tres sūt qui testim̄ dant i celo. pat. uerbū. ꝛ sp̄o sanc9. ꝛ hoꝝ testi
monio stabit̄ in omibz. Septima fatuitas ē. qd ip̄i uolunt se rege scd̄m iiba eoꝝ
quos sanc stul. ee. s. hystrionū ꝛ aliaꝝ uiliū p̄sonaꝝ. Octaua fatu. ē qd amator
uane gl̄ie rem illam amat q̄m melius posset h̄re si n̄ amaret ꝯ scd̄m ūbū ph̄i.
hoc solū h̄z humana natura gl̄ia gl̄iosum qd se appetentes fugit ꝛ se fugientes ap

peccat. Quinto patet vanitas ad detestationem huius peccati si ostendatur quam contumeliosum sit istud peccatum deo et quam nocivum homini.

Unde notandum quod peccatum istud de contempto [illegible] **Quod hoc peccatum sit [illegible] deo et ipso subiecto nocivum.**

creatorum deficiat. amator enim vane glorie se principium facit dum de operibus factis gloriatur. quia a se ea habere. Proximum non suum finem constituit dum omnia opera sua facit ut videatur ab hominibus. et sic ydolatrat cum creaturam alpha et o constituat. Unde Jo. v. Quomodo potestis in deum credere qui gloriam ad invicem queritis. et gloriam que a solo deo est non queritis. amator vane glorie de ribaldo uno iudicem suum facit et gloriam quam ab eo est glorie dei preponit quod non sit sine magna contumelia dei. Amator etiam vane glorie ipsum pulverem vane glorie deo preponit. Nocet autem istud peccatum homini. aufert enim homini bona sua et temporalia et spiritualia. De temporalibus patet hoc cum videamus principes expendere quecumque possunt habere propter vanam gloriam quamquam et in bellis corpora sua exponunt morti propter vanam gloriam. De spiritualibus autem bonis verum est hoc quod vana gloria aufert ea. licet enim amatores vane glorie habeant similitudinem bonorum. tamen non habent vera bona. Sapiens apud sapientes sunt honesta. apud vero vulgus symulachra verum honestatum. Quidam senex iuvenes primum sic fieri non potest ut herba nascatur simul et semine ita impossibile est ut laudem et gloriam habentes secularium simul et fructum faciamus celestem. Et non solum bona aufert homini sed ea etiam in mala convertit. In servitute etiam magna hominem ponit. est enim servus amator vane glorie omnium illorum quorum iudicia timent. Iuxta illud apostoli. Qui me iudicat dominus est. In prato est hystrionum [illegible]. fingunt enim eum talem qualem volunt. quandoque enim adnichilant eum quandoque magnificant. servus etiam est eorumdem ita ut det eis servilium veteres vestes super se et redimat se ab eis et membra dei expoliat ut tales que sunt membra diaboli induat. ponit etiam hoc peccatum hominem in magna instabilitate secundum illud verbum vitas patrum. Qui gloriam suas in alienis linguis posuerunt in puncto modo magni modo nichil videntur pro linguis hominum eos laudare vel vituperare placuit. ipse iuxta illud psalmi. Ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos. ipsi decidunt frequentes a cogitationibus suis et frequentes faciunt talem saltum ad qualem voluerunt videri cogere dominum. Et Ier. iiii. ipsi sunt qui galli in turribus ecclesiarum positi qui ad omnem ventum moventur. Proverbiis vi. ne te ventiles in omnem ventum. ipsi sunt arundo vento agitata. ipsi etiam sunt palee. iuxta illud Job xxi. Erunt sicut palee ante faciem venti. Augustinus. adhibe oculis iudicium et scies quid palea et quid frumentum. Vicium istud magnas vires habet. Unde Augustinus. quas vires nocendi habeat vana gloria non sentit nisi qui et bellum indixit. quia etsi cuiquam facile est laudem non cupere cum negatur. difficile tamen est ea non delectari dum offertur. Gregorius. aliquantulum facile est humanam laudem non appetere difficillimum autem oblatam respuere. Vana gloria illos devincit qui cetera vicia devicerunt. Jeronimus. difficilius arrogancia caremus quam auro et gemmis. Humilem enim huius abiectis gloriosis tumemus sordibus. Augustinus. Sunt qui de contemptu inanis glorie

Sequitur de peccato indiscrete precipientium. Et notandum est quod multis modis aliquis indiscrete
precipit. ut cum superbe precipit iuxta illud Ezechielis xxxiiii. quod pascebatis non quesistis sed cum austeritate
imperabatis eis. Et cum potentia. Seneca. remissius imperanti melius paretur. Natura contumax est animus
humanus et in contrarium atque arduum nitens facilius sequitur quam ducitur. Item indiscrete
precipit qui nimia vel nimis gravia precipit. Matthei xxiii. Alligant onera gravia et importa
bilia et imponunt in humeros hominum. Et Actuum xv. Quid temptatis imponere iugum super
cervices discipulorum quod neque nos neque patres nostri portare potuimus. Item indiscrete preci
pit qui precipiendo sensum suum sequitur. sicut illi quibus dominus ait. Matthei xv. Irritum fecistis manda
tum domini propter traditionem vestram. Et postea. Sine causa colunt me docentes doctrinas et man
data hominum. Item. indiscrete precipit qui non beneplacitum dei nec utilitatem subditorum
precipit sed propriam utilitatem in precipiendo querit. Notandum quod prelatus in precipiendo debet esse
minister dei et deferre mandatum eius ad subditos et mandato servire debet deo et subditis.
Unde Augustinus. In libro de moribus ecclesie ubi ostendit omnem virtutem esse amorem dei dicit. quod iusticia
est amor soli amato serviens et ideo recte imperans. Sex que debent prelatos cohibere a mul[titudine preceptorum]

Sex vero sunt que debent cohibere prelatos a multitudine preceptorum. Primum est [multitudine preceptorum]
hoc quod primis parentibus leguntur duo precepta facta fuisse. Genesis ii. Ex omni ligno pa
radysi comede. De ligno autem scientie boni et mali ne comedas. Et alterum eorum transgressi sunt.
Secundum est hoc quod vetitum semper cupimus negata sicut impetus aque crescit obice in
vento. sic desiderium crescit in illis qui non habent gratiam propter prohibitionem de nullo alio fructu paradysi
leguntur primi parentes comedisse nisi de fructu vetito. ad Romanos vii. Sine lege peccatum mortu
um erat. Et subditur paulo post. Sed cum venisset mandatum peccatum revixit. Item apostolus. Lex sub
intravit ut habundaret delictum. Tercium est hoc quod prelati potius debent onera subditorum por
tare quam illos gravare. Unde Bernardus loquens prelatis. quid iugum vestrum super eos aggravatis quorum
onera potius portare debetis. Et iiii. Regum ii. dicit helyseus ad helyam. pater mi currus israel
et auriga eius. Prelatus debet esse auriga ut subditos vegat et currus ut onera portet.
Quartum est hoc quod qui nimis emungit elicit sanguinem. Proverbiorum xxx. Prelati debent
esse ut nutrices lac dulcis doctrine subditis propinando. Sed aliqui hodie pro lacte propinant san
guinem. Quintum exemplum Christi dicentis. Matthei xi. Iugum meum suave est et onus meum leve. Christus enim le
gem novam dedit. Matthei v. Non imperando sed dulcedine premii ad legis amorem attrahendo.
Ubi inquit paulus spiritus. q. ip. et cetera. Sextum est quod prelati adiutores debent esse salutis. qui autem multa
precipiunt potius salutem impediunt. Quod multa precipientes sunt valde impii.

Et notandum quod valde impii sunt tales prelati. ipsi enim qui iugulant proprios filios. Sicut
enim precepta eis faciunt tot laqueos eis ponunt. Unde accidit quod quem non strangulat
unus laqueus strangulat alius. Et quem non capit gladius laqueo uno capit alio. ipsi ponunt
occasiones mortis inter filios suos qui quasi frenetici sunt cum debent eas elongare ab
eis. ex morsu pomi venenati sunt homines quasi frenetici nisi per gratiam dei sanati sint

uanius gloriantur. Amator uane glorie maledictus est. maledictus enim qui preciu
suam facit deteriorem. Hoc autem facit ipse dum uanam gloriam pre ceteris rebus eligit. Vana
gloria deterior est aliis possessionibus et quia breuior. unde Job. xx. Gaudium ypocrite ad in
star puncti et quia multos dominos habet homo de possessione ista. unde ab uno aufertur cum ab ali
is conceditur et ideo nunquam pacifice possidetur. quando enim aliquis ab uno laudatur ipse uituperatur
a multis. Preterea. Nichil prodest ista possessio et ultra modum constat non solum perditur
immo et perdit possessorem suum. Osee. iiii. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. et in
apo. quantum glorificauit se et in deliciis fuit tantum date ei tormentum et luctum. Et uicium
post alia remanet. unde in libro prosperi. Cum omnia uicia superauit homo manet peri
culum ne uincat uana sibi gloria potius in se quam in domino glorietur. Vicium istud inuadit
uel sacias cum alia uicia eas fugiant. Committitur enim id peccatum in ecclesia in seruicio diuino
et meliores est de ecclesia nititur maculare. scilicet religiosos succumbere et facit in bello spiritua
li sicut humilitas facit triumphare. Sicut enim deus uictorie tribuit ei qui de uictoria
dat ei gloriam sic uires non subministrat ei qui furatur gloriam. Quibus rebus peccatum

Vltimo possunt ualere ad detestationem huius peccati figure quibus hoc peccatum [in] patitur
in sacra scriptura figuratur. Notandum est quod uana gloria quandoque puluis uocatur. hic est
puluis qui adhesit pedibus discipulorum ut legitur Mt. x. Ideo autem puluis uocatur ut ostenda
tur quod sicut puluis infima pars terre est. sic uana gloria minimum est inter bo
na temporalia. Et sicut puluis ledit oculos corporis. sic uana gloria oculum intencionis.
Vocatur et uana gloria uentus ut insinuetur fatuos esse qui eam esuriunt. Ven
tus enim hominem inflando ei nocet pocius quam prosit. Osee. xii. Effraym pascit ue
ntum. et Jer. xxii. Omnes pastores tuos pascit uentus. Ventus iste uidetur esse leuis cum
transferat montes a regno dei ad regnum diaboli. Viros sanctos spirituales qui dicuntur
esse montes. Vnde ps. Leuaui oculos meos in montes. Ventus iste magnas naues
submergit in mari huius mundi. Ventus iste ualde timendus est. ducit enim in in
fernum quia inperceptibilis. Videtur enim ire in paradisum. Vana et gloria uocatur
oleum. Mt. xxv. ubi dicitur. quod fatue uirgines acceptis lampadibus non sumpserunt
oleum secum. In suauitate enim assimilatur oleo. in ueritate tamen gladius est. in
sensibiliter hominem occidens. Vocatur et flos. Ysa. xxviii. Ve flos decidens gloria
exultationis. Flori enim assimulatur in hoc quod cito arescit. Vocatur et uipa
act. xxviii. Vbi legitur quod uipa manu pauli adheserit ut ostendatur quod
sicut uipa si manui adheserit cito excutitur. sic si uana gloria boni operi se immis
ceat cito excucienda est. Figuratur et uana gloria per uxorem quam dominus ioseph in
solam reliquerat. Vt legitur Gen. xxxix. Vt ostendatur quod dominus de operibus nostris
nolo gloriam habere sed utilitatem eorum nobis relinquit et sic qui ad medi

tariam bona nostra a deo habemus. qui autem partem dei sibi usurpat. scilicet gloriam merito
partem suam amittit. scilicet utilitatem suam vel mercedem eternam. Significatur
et vana gloria saltatrice. Unde Mathei xiiii. per saltatricem que caput Iohannis fecit ampu-
tari. Unde multum posset timere ille qui hanc saltatricem videt ante se. precipue si
cogitet quot milibus hominum caput amputari fecit non caput asininum sed
caput corporis sed caput nobilissimum quod est Christus. Ideo est specialiter timendum est vicium
istud qui insidiatur oculo spirituali. scilicet intentioni qui oculus si nequam fuerit totum
corpus tenebrosum erit. id est tota congeries operum. Mathei vi. Divisio vane glo-
re

Sequitur de divisione vane glorie. Notandum ergo quod gloria primo dividitur
in veram et vanam. Vera vero dividitur in veram simpliciter et veriorem et
verissimam. Vera gloria est simpliciter. est bonum testimonium conscientie quando. scilicet
aliquis nullius peccati sibi conscius est. apostolus. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre.
Verior vero gloria est quando dulcedo spiritus sancti manifeste sentitur quando scilicet spiritus
sanctus testimonium dat spiritui nostro quod filii dei sumus. Verissima est gloria
eterna. Vana vero gloria dividitur in duas gloriam diabolicam et humanam. Diabolica est
quando aliquis gloriatur de malicia. unde David. Quid gloriaris in malicia qui potens
est in iniquitate. Poeta. Gloria peccati nulla petenda tibi est. Humana vero divi-
ditur in carnalem et spiritualem. Carnalis est gloria mundanorum que est in pulchri-
tudine vestium et similibus. Spiritualis vero est ut gloria ypocritarum. De hiis que

Notandum vero quod carnalis gloria valent ad detestationem vane glorie
comparatur lumini quod de nocte apparet. et de die vero quale lumen habent
vermes qui dicuntur noctiluce et squame piscium et ligna putrida apparent
divites huius seculi. nunc lucidi et clari dum nox est ignorantie et culpe. In futuro
vero tenebrositas eorum apparebit quando erit dies domini magnus et manifestus
scilicet in die iudicii. Comparatur et gloria illa hirundini que avis picturata est
et velocissime volat. velociter enim transit gloria huius mundi et depicta esse
videtur. ad hoc potest referri quod Thobie ii. De nido hirundinum. Unde cali-
da stercora ceciderunt que Thobiam excecaverunt. quod verbum expositum est
in tractatu de avaricia in capitulo in quo diversis infirmitatibus comparatur.
Gloria et carnalis est velud pulvis calcis oculos hominum excecans. Est et flos
qui a pueris huius mundi vel potius a puerilibus colligitur. De hoc flore legitur
In Ieremia. Date florem moab quia florens egredietur. et Ysaias xl. Omnis caro fenum
et omnis gloria eius quasi flos agri. Gloria ista vere inspicienti ignominia
est. Unde ii. Machabeorum ii. Gloria peccatoris vermis et stercus. hodie extollitur
et cras non invenietur. gloria peccatoris est caro eius que est stercus. id est saccus

tis sibi perforat quia homines in eo confidentes decipit. ypocrita est vulpes. Vulpes est animal ast-
.s. fetidum et dolosum cuius pellis preualet carni. Unde Eze. xiij. quasi uulpes in deserto prophete tui
israel erant. ypocrita est filius sichem qui circumcidit se ut dynam haberet in uxorem. Non tamen
circumcisio illa seruauit eum a gladio symeonis et leui. Sic aliqui ab aliquibus malis absti-
nent ut eterna possint habere. non tamen propter hoc gladius ultionis diuine debet eis parcere. non video
det quod prodesse potest cum constet omnia mala esse que fuit ambiciosa in uendicione. ypo-
crita scilicet mortuum se simulat mundo cum in ueritate uiuus sit donec habeat unam mag-
nam placitationem in qua delicijs possit uacare. tunc aperte ostendit quod uiuus est. Sic fa-
bulose refertur de uulpe que mortuam se simulauit donec posita fuit super quadrigam
in qua erant allecia. tunc comedendo allecia se uiuam ostendit. Ipsi sunt sicut mer-
catores pellium anguillarum. dum exteriorem conuersationem uendunt hominibus. Tertio potest
ualere ad detestationem huius peccati pena quam scriptura eis comminatur. Et est una pena quod
nunquam uidebunt faciem dei in contemplatione. Job. xiij. Non ueniet in conspectu eius omnis ypo-
crita. Nec mirum cum deus non sit ante faciem ypocrite. Omnia enim opera sua facit ut uideantur
ab hominibus. hoc est unum quod multum placet deo quod homo cor suum sepe habeat ad deum. Unde super ps.
Firmabo super te oculos meos. Dicit Glo. In persona dei. Non auferam oculos meos
a te. quia tu semper leuas oculos tuos ad me. Alia pena est inlectatio magna quam se-
cum portant in futuro et frequenter est in presenti. Unde Job. xx. Si ascenderit usque ad celum superbia eius
et caput eius nubes tetigerit. quasi sterquilinium in fine perdetur. Quarto potest ualere ad detestationem huius
peccati. hoc. quod ypocrite uix conuertuntur. cuius rei triplex ratio potest assignari. Prima est quia ypo-
crita uix ueniam petit a deo. Unde scriptum est. Job. xxxvi. Non clamabunt cum uincti fuerint.
Dicit Glo. Vincti non clamabunt quia humane laudis auiditate capti reos se mi-
seros et cum in peccatis moriuntur putant. Secunda est quia spiritus sanctus fugit eos tamen quo-
niam non possunt. Unde Sap. i. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. i. ypocritam. Qui fin-
git se dei amicum cum sit inimicus. Tercia est quia conscientia nescit esse in eis. et ubi non iniqui-
tate ibi. Unde dormit ibi diu. Job. xl. Sub umbra dormit in secreto calami. Quarta
est ratio potest assignari hoc. quod ipsi ypocrite defendunt se cum argumentis. Unde Jud. i. Dixit fuit
dominus cum Juda et montana possedit. nec potuit delere habitatores uallis. Quia falca-
tis curribus habundabant. hoc est in curribus eorum falces erant que sibi obuiancia uel ad
circumstancia secabant. Vallis habitatores ypocrite sunt qui eos qui reprehendunt illos ca-
uillacionibus scindunt. propter quod cirpo comparatur ypocrita. Job. viij. Numquid uirescere potest cirpus
sine humore aut crescere sine aqua carectum. Glo. Cirpus intus est uacuus. Carec-
tum manum ledit. quia ypocrita gratia uacuus est et correctionem non recipit. Sed ad dila

nesciat iudicium. Iuxta uerbum beati B. Sextum remedium est consideratio
magne infidelitatis que est in hoc peccato. Valde enim infidelis est qui deo aufert
partem suam quam in bonis uestris retinuit. bene deberet homini sufficere
pars illa quam dominus ei concessit cuius sunt domini omnia. exemplum fidelitatis no
tabile habemus. ii. Re. ii. de Ioab principe milicie qui sic scripsit ad dauid. dimi
cam aduersus Rabath et capienda est nunc congrega reliquam partem populi
et obside ciuitatem et cape eam ne cum a me uastata fuerit urbs. nomi
ni meo ascribatur victoria. B. fidelis reuera famulus es si de multa gloria
domini tui et si non exeunte parte non transeunte per te in manibus tuis ad
herere contingat. Siquis super pauca fidelis inuentus fuerit ipse super multa bo
na domini sui constituetur. gloria uel laus quedam probatio hominum est. Verum
sint domino fideles uel infideles. Vnde prouerbiorum xxvii. Quomodo probatur in conflatorio
aurum et in fornace argentum sic probatur homo ore laudantium. Septi
mum remedium est quod quando offertur gloria ipse offert eam regi glorie
cuius est dicens. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Vel illud. Gloria
in excelsis deo. si ita assueuerit uana gloria non tantam uim contra eum
habebit quantam habebat prius. Octauum remedium est quod homo opus ad
cui uana gloria adheret ei dimittat cogitans illud opus esse amissum et po
cius de illo esse flendum quam gloriandum. quod remedium figuratum est
Genesis xxxix. in hoc quod ioseph relinquid pallium cui domina sua adhe
serat.

operacio est. in nomine enim ihesu christi congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini nostri ihesu christi tradere huiu
smodi hominem sathane et loquebatur de corinthio fornicatore qui erat excommunicatus. Nono timenda est
excommunicatio quia excommunicatus est sicut infidelis. Unde q. xlviii. dicit dominus de excommunicato si ecclesiam non audierit
sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Decimo timenda est etiam quia excommunicatus videtur esse deterior quam genti
lis. et enim quasi apostata a christiana religione. Unde communiter dicitur excommunicati esse extra legem et extra christian
itatem. et sicut deterioris condicionis est qui ab aliqua religione apostatavit quam ille qui numquam in re
ligione fuit. et ille qui degradatus est ab ordinibus susceptis deterioris videtur esse condicionis quam qui
numquam ordines suscepit. ita qui extra christianitatem positus est propter culpam suam deterioris condicionis quam qui
numquam christianus fuit. Unde supra dictum est sit tibi sicut ethnicus et publicanus. dicit Glo. detestabilior est qui sub
nomine fidelis agit opera infidelium quam aperte infidelis. iudeus aliquam legem habet. licet non sibi
sufficientem. gentilis et aliquam legem habet. sed excommunicatus nullam videtur habere. cum ipse extra legem christianorum
dicatur esse. et non sit iudeus vel gentilis. in talis est videtur esse ex quo ad deum et quo ad mundum. Homo enim apo
stata vir inutilis. ut legitur prov. vi. Undecimo timenda est quia isto peccato dyabolus multos lucratur.
Unde quidam dyabolus loquens in quodam demoniaco post multas adiuraciones cuidam bono viro dixit ei quod
hoc erat peccatum quo plures lucrabatur. unus excommunicatus una die quamvis faciat peccare c. vel quod
dum faciat eas communicare sibi. Duodecimo timenda est excommunicatio quia valde dampnosa est. au
fert enim homini partem suam de omnibus missis et aliis bonis que fiunt in ecclesia dei quod non est parvum
dampnum. quis enim digne sufficeret estimare valorem unius misse. et hec que dicta sunt de ma
iori excommunicatione intelligenda sunt. In hac parte ponas peccatum qui minorem excommunicationem contempnunt non
Sequitur de peccato eorum qui contempnunt minorem excommunicationem timere communicare cum excommunicato
et ideo non timent communicare cum excommunicatis. licet excommunicati minorem excommunicationem incurrunt.
Et notandum quod ille qui communicat cum excommunicato peccat in se et in eum cum quo communicat. et in illum per cuius iniuria
excommunicatio lata est. et in matrem suam ecclesiam et in patrem spiritualem qui tulit sententiam et in patrem ce
lestem. In se peccat quia non cavet sibi ab eo qui habet morbum contagiosum in quo videtur minus se ama
re quam porcum suum. porco enim suo bene cavet ab alio porco qui morbum contagiosum habet. in eum cum
quo communicat peccat quia cum ipse sit infirmus ad mortem ipse aufert ei remedium. saltem minus effi
cax reddit dum confusionem ipsius minuit per quam corrigi debuit. eccl. iiii. Est confusio adducens
gloriam. et ps. Imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine. et mich. iiii. est dicens de contra venientes
in babylone ibique curabis. Peccat etiam in eum per cuius iniuria excommunicatio lata est quia aufert ei rem suam.
Peccat etiam in ecclesiam quam malo exemplo corrumpit et cuius societati preponit societatem eorum qui sunt ut leprosi
immo sunt canes et porci. Peccat etiam in patrem spiritualem cuius sententiam contempnit. Peccat etiam in deum quem
in ministro suo spernit. luc. x. qui vos spernit me spernit. ipse potius amat privari mensa dei. i. alta
ri quam mensa excommunicati. et potius amat societatem filiorum dyaboli quam filiorum dei. ideo merito in in
ferno socius erit dyaboli. quidam in civitate parvi. qui non vult ecclesie ianuam humiliatus ingredi ne
cesse habet in ianuam inferni non sponte dampnatus introduci. De peccato in dilacione penitencie.

Dicto de peccato uane glorie dicendum est de ypocrisi. quia hoc peccatum ex illo procedit. ypocrita autem
qui aliquis amat uanam gloriam simulat ipse sanctitatem. A genere eius hec tria. De hac tria peccato
proponemus ea que sunt ad detestationem huius peccati. post hec uero assignabimus diuersas species ypocrisis. *De hiis que ualent ad detestationem ypocrisis*
Notandum quod .viii. sunt que ualere possunt ad detestationem huius peccati. Primo littera scrip-
ture que id dissuadentur. ut ecclesiastici capitulo .i. ne fueris ypocrita in conspectu hominum. et capitulo .xxii. Deute-
ronomii. induens ueste que ex lana linoque contexta est. per linum quia subtilis est cogitationes sup-
erbie intus clause. Intelliguntur per lanam que alia est opera exterius lucencia. Unde in ypocrita sub la-
ne specie linum latet quia sub pietatis ymagine deprehendi calliditas non ualet. Se-
cundo dissuadetur. Matthei .vi. ubi sic legitur. Cum facis eliam nolí tuba canere ante te. sicut ypocrite
faciunt et post cum oratis non eritis sicut ypocrite tristes. Secundo post ualere ad detestationem
huius peccati si ypocrite diuersis creaturis uerum compareturum. *Quot modis potest intelligi ypocrita.*
Notandum quod ypocrita est simia diaboli. uolens imitari filios dei. et quod filii dei fa-
ciunt ad sui decorationem. ipse facit ad sui iugulationem sicut refertur de quadam
simia que cum uidisset quemdam quemdam rasorem rasisse post uolens imitari eum iugulauit se.
Ipse est similis sterquilinio niue cooperto quia est exterius candidum interius fetidum. Ipse est ut
sepulchrum exterius dealbatum. Intus uero plenum ossibus mortuorum. Ubi legitur. Ubi legitur. Matthei .xx-
iii. Item similis est uasi immundo exterius. Interius sordido. Item similis est cygno exterius candido.
Interius uero habenti carnes nigras. Similis est et strucioni que similes pennas habet accipitri. Unde
Job .xxxix. Strucionis penna similis est penne herodii et accipitris. quando derelinquit oua sua
in terra. ypocrita in terra sua oua delinquit dum ex operibus suis solam mercedem terrenam querit. Unde
penam ypocrisis prohibetur .xi. Leuitici. ubi prohibetur comedere cygnum et strucionem. i. assimilari
eis. Item ypocrita est lupus pelle ouina indutus. Unde Matthei .v. Attendite a falsis prophetis qui ue-
niunt ad uos in uestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Est et angelus tenebrarum
transfiguratus in angelum lucis et demonium meridianum. et latro qui a sinistris cum domino pepen-
dit et martyr diaboli. et sicut sancta uiri dicit domino. qui est tecum morti. to. die. sic ypocri-
te possunt ei dicere. qui est tecum morti. to. die. ypocrita est sicut Symon Cyreneus crucem ferens ali-
enam. Unde .B. faciunt fructum sed non suum. ypocrite qui cum Symone Cyreneo crucem ferunt
sed non suam que amore glorie quia non amant facere compelluntur. ypocrita et est arundo. Matthei capitulo
.xi. Quid existis in deserto uidere arundinem uento agitatam. ypocrita ad modum arundi-
nis non habet radicem intentionis fixam in solido. i. in celestis lanuginem habet pro fructu. Sa-
pientie .v. Spes impii quasi lanugo. Lanugo ista uana gloria est. quam ypocrita totis
uiribus amplectitur. Sapiens intuitus fructum. fatuus in gloria. uiuit. perfectus ponit in
gloria. interius uacuus est. exterius lucet. cum uento temptationis agitatur. manum mitten

certandam uitā precipit. tanquam exprobratio alterius criminis. absterſio ſit ypocriſis. Quinto
pro uale ad detestationem huius peccati. Si oſtendatur quam nociuum ſit homini. Unde nota quod ualde noci
uum est eis ad quod ſignificandum fermento comparatur. Luce xij. ubi legitur. attendite a fermento phari
ſeorum quod est ypocriſis modicum fermentum totam maſſam corrumpit. ubi apostolus. j. cor. v. totam maſſam corrum
pit. peccatum id est opera hominis falſificat. Unde opera ypocrite ſunt uelud falſa moneta exterius
deaurata. Sunt et uelud poma que inueniuntur in arboribus que ſunt circa mare mortuum.
Cuſque ad maturitatem ſunt uiridis coloris intacta ſi incidas fauillas intus inuenies.
uidentur enim opera eorum bona eſſe. Sed in fumo erunt materia ignis infernalis. Preterea uelud
hominem inperceptibiliter occidit. Unde uidentur ypocrite uiui eſſe anime uero . cum ipsi ſint mor
tui. Unde in apocalipſi. Scio opera tua quod nomen habeas quod uiuas et mortuus es. Sexto
pro uale. ad detestationem huius uicij. Si oſtendatur magna fatuitas que est in ypocritis. qui carne
et ſanguine tuo oculos hominum paſcunt. Exterminant enim facies ſuas ut appareant hominibus ie
iunantes. ſicut legitur. Matthei. vj. Ipsi et cotidianis cruciatibus macerantur etiam cruciantur. ipsi ali
is comparantur. opera enim eorum aliis per bonum exemplum proficiunt. Sibi uero nocent. Similes candele que
alios illuminat et ſe conſumit. Quod ad hoc in euangelio contra ypocritas ſic locutus est.

Hoc quod dominus totiens in euangelio. ypocritas reprehendit. Matthei. vij. ypocrita eice primum trabem
de oculis tuis. Item ypocrite bene de uobis prophetauit yſaias. et cetera. et in multis aliis locis. Octa
uo nemo poſſunt uale ad detestationem huius peccati. vij. maledictiones quas legit dominus. Matthei. xxiij.
ſuper ypocritas quarum. Prima est. ue uobis ſcribe et pharisei ypocrite qui clauditis regnum ce
lorum hominibus. uos enim non intratis nec introeuntes ſinitis intrare. Secunda. ue uobis ſcribe et phari
ſei ypocrite qui comeditis domos uiduarum in oratione longa. et cetera. Tercia. ue uobis ſcribe
et pharisei ypocrite qui circuitis mare et aridam. et cetera. Quarta. ue uobis ſcribe et pharisei. ypo. qui
decimatis mentam et anetum et cetera. Quinta. ue uobis ſcribe et phariſei. ypo. qui mundatis
quod deforis est. Sexta. ue uobis. ſcr. et pha. ypo. qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis. et cetera.
Septima. ue uobis ſcribe et pharisei ypo. qui edificatis ſepulcra prophetarum. et cetera. Sed cum
ypocrite utiles uideantur eſſe eccleſie dei bonum exemplum hominibus monstrando. et hoſtes eccleſie tenen
do ſicut ſoricando tenet auceps in orto et dyabolus in carcerem ueneant ne ad alios poſſit tranſi
re. queritur quare dominus ypocritas ita perſequitur. Prima dicit Iohannes ſuper yſaiam. ex prima tabula
post naufragium est abſcondere peccatum ſuum et non publicare. Item non in aliis ubi quod ma
lus est nocentur tamen quoniam qui malus est interius exterius nimium peccare uidetur. qui tamen pro
caueri in domo occulte peccando quam ille qui peccat aperte cum peccet in domo et in proximum ad
quod dicendum est quod hic habet locum ut aliquis peccatum ſuum occultauerit bona intentione ne ali
os corrumperet. Sed aliud est ubi peccatum occultatur ut etiam decipiat et quando ſanctitas ſimulatur

causa est homo iratus. Ideo debet cavere sibi ille qui iratus non est ne ad eum ostendatur. Quarta est stultitia est quod cum ille qui habet aliquem odio captus veneatur a diabolo et sciat quod diabolus mortem eius sitiat et tamen ipse non vult dimittere odium quod nil sibi valet immo valde sibi nocivum est. Similiter odium vult a diabolo dimittatur. Odium velle retinere est velle retinere peccatum suum non dimissum. Odium non dimittitur. Luc. vi. Dimittite et dimittetur vobis. Immo retinere odium est vendere diabolo. Mirum in tanta iracundia quod odium videns non habet in amaritudine deo et regno eius preponit qui de odio suo thesaurum suum facit et non voluit commutare illud pro thesauro dei. Quinta est stultitia est quod ipsi odiunt et persequuntur illum qui aurum et argentum et lapides preciosos per partem unde se redundent et coronam eternam fabricent. De redemptione ista legitur xiii. redemptio aliquis dicitur. Ipse dimicat. Ipse dimicat hominis sunt tribulationes. Non est ex corde suo posuit deus hominem in hoc mundo miseriis. Hic homo preparavit sibi hic de fabricatione dicitur psalmus. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Fabricaverunt in quam coronam preciosam quia facit aliquis malum vel dicat si ipse patienter sustineat lapidem unum preciosum in corona eius ponit. Ideo diligendi sunt persecutores tamquam benefici. Luc. vi. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis. Et ad Ro. xii. Benedicite persequentibus vos benedicite et nolite maledicere. Qualibet de causa benedicendi sunt persecutores et quod bonum vobis faciunt et quod aliam remunerationem non expectant. Ideo dicit apostolus. Vis benedictionem qui iudicat se de persecutore. Videtur malum pro bono reddere et ideo malum eveniet ei. Prov. xx. Qui reddit malum pro bono non recedet malum de domo eius. Sicut ars obiicitur quod persecutor non facit illud bonum quod facit ex intentione et ideo non est diligendus. Respondeo quod spina que claudit vineam alicuius et prohibet egredientes pungendo eos amatur ab eis cuius est vinea licet illud bonum quod ei facit non facit ex intentione.

Sexta est stultitia est quod cum nec aliquid amorem suum venalem habeant nolunt tamen vendere quod ei carius emeret scilicet deo quod ipsi amorem suum venalem habeant patet ex hoc quod nolunt amare nisi suos benefactores et se amantes. Nolunt amare hic amore vel aliquod beneficium precium amoris sui. Hic si ipsi pro deo inimicos suos vellent diligere deus valde care emeret amorem eorum daret eis pro illo amore superiorem suum et regnum celorum quod dominus in die iudicii ponet rationem de amore. De quo est maximum preceptum et dicet alicui se amasse aliquem quod ab eo amabatur vel quod beneficia sua recepit. Respondebit dominus de hoc amore non teneor debeo dum est iam solutum est et cum autem dixerit se amasse propter deum illos qui eum iniuriis et iniuriis defendebat se ne amarent. Tunc dicet dominus iustum amorem debeo vobis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum et cetera. Et ad hoc pertinet illud Mt. v. Si vos diligitis illos qui vos diligunt quam mercedem habebitis. Nonne et

publicani hoc faciunt. Luc. vi. Si vos diligitis eos qui vos diligunt que vobis gratia est
cum peccatores. Verumptamen diligite inimicos vestros et sequitur et erit merces vestra magna. Cum homines
ita faciunt lucrum mirum est quomodo cum deo lucrari nolunt et quomodo amorem suum deo nolunt
dare pro regno eius quem darent alicui homini pro modico beneficio. Septima x. stulticia
est quod ipsi reputant honorem quod est in veritate vilitas. Dicat aliquis non possum tantum sustinere
dedecus quod de malo michi illato me non vindicem reputans vilitatem esse non vindicare se cum
tamen vindicare se potius vilitas sit in multis casibus. Unus casus quando stultus et insanus est qui tibi
contumeliatur. Alius casus est quando est vilis persona ut garcio vel leccator. Tunc enim homines magni cor-
dis dedignantur vindicare se de illis. Nolunt enim maculare manus suas ibi. Unde Seneca quos-
dam libenter patieris a quibus te vindicare fastidias. Ab hiis non aliter quam a bestiis par-
vis et inquinantibus reducenda est manus. Si ergo non possis vindicare te absque specia-
li inquinatione manuum tuarum et cum ille qui tibi infert iniuriam in hoc insanus et stultus sit, non
est vilitas set potius honor si te non vindices. Seneca. Magni animi est iniurias
in summa potencia pati. Seneca. Si magnanimus fueris numquam iudicabis tibi contumeliam fieri.
de inimico tuo dices non nocuit michi set habuit animum nocendi et cum illum in potestate
te tua videris vindictam putabis vindicari potuisse. Scito enim honestum magnum
et magnum genus vindicandi esse ignoscere. Prov. xx. Honor est homini qui separat se a contentio-
nibus. Omnes autem stulti miscentur contumeliis. Sicut honor est se separare a contentionibus, sic
vilitas est in contentione os suum cum ore alicuius maculare. Octava x. stulticia est quod ipsi
oderunt illos qui sibi prosunt quantum ad purificationem, scilicet iniuriatores. Peccatum vero non oderunt et alia peccata
que eis nocent summe quamvis deus preceperit odio habere nolunt odire. In psalmo: Qui diligitis dominum odi-
te malum. De nocumento peccatorum dictum est in principio tractatus. Hoc tamen addimus hic quod peccatum est
occasio omnium miseriarum que nobis accidunt. Fames enim et sitis et frigus et calor, labor et infir-
mitas et mors sunt sequele peccati. Unde si homo precavisset ipse non incurreret penas istas. Si quis
interfecisset alicuius fratrem proximum, ipse haberet eum odio precipue si solum peccato hoc posset facere
quanto magis debemus peccatum odio habere quod interfecit nobis omnes illos de parentela nostra
qui mortui sunt et illos qui venturi sunt interficiet et nos ipsos in omnibus miseriis quas in mun-
do isto videmus. Possemus odium peccati colligere. Quando aliquem mori videmus debemus cogi-
tare quantum malum sit peccatum facere ex quo talia peccata sequuntur sua stipendia. Apostolus: Stipen-
dia peccati mors. Legitur quod Adam et Eva quando viderunt mortem Abel luxerunt centum annis
intelligentes illam mortem sequelam esse peccati. Mirum est quomodo homines peccatum amare pos-
sunt cum occasione ipsius tot miserias incessanter sustineant. Ad miserias enim huius
odium peccati debet in eis revocari quod homo iracundus stultus sit iram recipiendo ...

quia homo plus deficit quam ad pacem per viam istam veniat. Citius pervenit homo ad pacem paciendo quam bella faciendo. Et facilius acquirit homo largiendo quam auferendo.

De hiis que debent hominem cohibere ab hoc peccato

Sequitur de peccato incendiariorum. Incendiarius dicitur. De peccato incendiariorum ... qui incendit audacter propria civitatem vel villam vel domum aliquam vel segetem vel aliquid simile malo studio vel pro vindicta. Si autem hoc faceret audacter ipse qui habet potestatem indicendi iustum bellum non diceretur incendiarius esse quia guerra esset iusta. Hec autem sunt que debent cohibere hominem a peccato isto. Primum est hoc quod istud peccatum dyabolicum est. Dyabolus enim in inferno in igne punit homines. Sic faciunt incendiarii in hoc mundo. Unde cum ipsi dyabolo assimilentur in isto mundo assimilantur ei in inferno. Secundum est hoc quod peccatum istud peccatum pure malicie est. Nullum enim est peccatum utilitatis. Peccatum rapine vel furti adducit lucrum vel utilitatem. Sed peccatum incendii nec utilitatis nec strenuitatis est peccatum cum tam aliquis posset ista facere. Et sicut sufflatores ignis in servicio hominum sunt viles persone quam non erunt viles sufflatores ignis in servicio demonum. Sua est culpa sunt pauperes homines quorum domus incenderunt. Sed propter solam superbiam divitum fecerunt. Unde ipse. Dum superbit impius incenditur pauper. Preterea hoc incendiariorum peccatum est pure malicie et ideo peccatum est in spiritum sanctum. Tercio debet cohibere hominem a peccato isto hoc quod peccatum istud valde dampnosum est proximo. Pauper enim homo exheredatur cuius domus sua comburitur et oportet eum cum uxore sua et familia sua mendicando per domos aliorum quod valde grave est homini intuenti. Unde Eccli. xxix. Vita nequam hospitandi de domo in domum. Incendium accidit quod numquam redibit ad pristinum statum et quod filii eius ad deciam fures efficiuntur et filie prostituuntur. Et ille qui domum incendit reus est omnium peccatorum que occasione illius incendii fiunt. Quarto debet hominem cohibere ab hoc peccato hoc quod peccatum istud valde dampnosum est actori suo. Dampnosius est illi quam passo. Unde Greg. in dyalogo quod cum quidam incendisset messem cuiusdam viri sancti nomine Stephani quidam videntes messem illius combustam venerunt ad istum dicentes quod messis sua esset incensa. Et adiungentes ve ve pater Stephane quod contigit. Cum ille placide respondit ve quod illi contigit. Nam michi quid contigit. Ille qui credidit incendere domum alienam incendit suam. Est enim domus illa sua quam ad eundem et sibi amittit. Sicut miles qui est in exercitu alicuius proprius equus quem amittit non sibi amittit sed domino suo cuius est. Incendiarius dum preparat ignem ad comburendam domum sibi preparat ignem ignem eternum. Igne enim peccatorum comburit seipsum. Augustinus. Sic putato maliciam esse quasi ignem. Quinto debet cohibere hominem a peccato isto hoc quod idem peccatum multum impedit a salute auctorem suum et propter vehementiam doloris incense quam oportet eum facere propter malediciones quas fecit ei. Quia enim pauper homo habet aliquem defectum occasione illius incendii vel videt parvulos suos lu-

Decem signa quod dominus amat pacem.

addens amplius quandam loquelam. Unde dicit Glo. Si occulta hostis bellum quod te gladias quid
a me petas non accusas. Jo. Gladium tenet hostis ut me perimat. Mira insania
ubi durum sibi deum plangere et gladium capiti imminentem non timere. Mira est fatui
tas est quod aliquis caput suum se a gladio tradat ut prevaleat fratri suo cum scriptum sit quod maledic
tus est et non miserebitur. Jo. reges et principes huius mundi de levitate uniuntur a gladio quod ali
as guerras faciunt et non sufficiunt vestibus ex utraque parte. Abacuc. i. ipse de regibus
triumphabit et tyranni ridiculi erunt. Secundo de eo quod s. a. g. scilicet quod deus non amat
velle agere et pro contrario odit guerram et talia possumus ponere per que appareret quod
deus multum amat pacem. Primum signum est quod deus voluit nasci in mundo isto dum
totus mundus pacatus fuit. Et duravit pax illa .xii. annos. ut impleretur illud
Ysa. ii. Tunc conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. Spiritualiter
enim non vult habitare alicubi nisi pax sit ibi. Unde In pace factus est locus eius. Secundum
signum est quod deus amet pacem. scilicet quod cum ipse natus esset. ipse tamen cito commendavit
pacem cum omnibus multitudine angelorum dicente. Gloria in altissimis deo et in ter
ra pax hominibus bone voluntatis etc. ut habetur Luc. ii. Tercium signum est scilicet quod ipse mit
tens apostolos voluit ut homines ad pacem hortarentur dicens. Math. x. Intrantes in
domum salutate eam dicentes. pax huic domui. Quartum signum est quod ipse
vocavit pacificos specialiter filios dei dicens. Math. v. Beati pacifici quoniam filii dei vo
cabuntur. et discipulos suos dedit eis illud mandatum de exhortatione ad pacem
dicens. Luc. x. In quamcumque domum intraveritis etc. Quintum signum est scilicet quod deus re
licturus discipulos suos pacem spiritualem tamquam hereditatem eorum reliquit eis dicens
Jo. xiiii. Pacem meam do vobis. pacem relinquo vobis etc. Post resurrectionem suam ad discipulos suos
pacem commendavit eis dicens. pax vobis. ut habetur Jo. xx. duobus locis. Sextum signum
est scilicet quod deus ita care voluit emere pacem nostram. Mori enim voluit ut nos re
conciliaret sibi. Maritari voluit filius dei nostre nature infirme ut pax ista
reformaretur. adhuc et pacem peccatorum paratus est emere valde care. quantumcumque enim aliquis
peccaverit si ipse penituerit deus paratus est ei dimittere omnem offensam et emere
pacem ipsius regno celo. honorabilis est pax ista peccanti si habet deum in suo
corpore non debet pacem honorabiliorem ab eo requirere. et ut breviter dicam
spirituale officium filii dei fuit pacem reformare. hac de causa venit ipse in mun
dum istum. et fuit ibi plusquam .xxxiii. annis. Unde ad Eph. ii. Ipse est pax nostra
qui fecit utraque unum. Tercio debent homines cohiberi a guerris propter mala que inde
sequuntur et bona que amittuntur. Primum malum quod ex guerra sequitur est odium.

gentes i alieno hospicio ipe maledicit ei q domu suam icendit q maledictio i
feret i cendiatores i igne eternu. Vn. ecc. iiij. Maledicentis t i amaritudine aie
exaudietur. precatio exaudiet an eu q fecit eu. Et xxxv. eiusdem. deprecatione lesi dns
exaudiet no despiciet preces pupilli n uiduam si effundat loquelam gemit
tione lacrime uidue ad maxillam descendunt et clamatio eius sup deducente eas. A max
illa eni ascendunt usque ad celu et dns exauditor no delectabitur i illis. De materia ista
In tractatu de rapina dictu e. Sexto de cho. ho. a pecco isto pena mag qua i
presenti puniunt incendiarii. Pena au eorum sed leges humanas e ut q dolo ig
ne apposuit igne cremetur ut capite puniatur. n debz absolui n dapno resar
cito et prestito iuramento q igne ulterius no apponat a deo n puniet. Inde q
frequenter accidit q ipi mala morte moriunt. Vn legitur ij. Reg. xiiij. De absa
lone q fecit succendi messe Ioab q postea suspensus fuit. et occisus e trib lan
ceis missis i cor eius. Legitur et. xiij. Iudic. q Sampson succendit segetes philistinorum
q postea captus e a philisteis et excecatus et tandem ipo occisus. Septimo. de cho.
ho. a pecco isto. magna pena q puniendi sunt icendiarii i futuro q p osten
di p h q legitur. Gen. xix. q dns dicturus e. Ite maled. i ig. et. et. et subicit tamqua
ca h dapnationis. Hospes eram et no collegistis me. Si dns punitur e eos igne eterno
q i xpo hospicio no receperunt eu. quanto credendu e illos ee puniendos q hospicia
dni i q ipi tunc uiuis h ebant combusserunt qui pauperes hospitati fuissent i do
mo quam ipi combusserunt tociens dno hospiciu suu abstulerunt. Iusto presen
ti i futuro cremabitur incendiarius cu ipe alios cremet q p que peccat ho p h torque
tur. et no e lex equior illa quam ne. ar. ar. p. f. Octavo de cho. ho. ab h pecco
q peccatum i valde displicet deo q ostendi p p h q hospitalitas tantu placet deo
quantu hospitalitate pecctu iste destruit. q hospitalitas multu placet deo. pa
tet ex eo q legitur ad heb. ult. Hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc eni
qda placuerunt angelis i hospicio receptis et origenes domos hospitales in
gressi sunt angeli. domos n hospitibus clausas ignis et sulphur succendit.
domus qs angeli ingressi sunt fuerunt domus abraham et domus Loth. domus aute
succense fuerunt domus Sodomorum et Gomorreorum. hospitalitas tantu placet deo
q deus ad hospitales homines i ppa psona legitur declinasse. Vn refert Greg.
In quodam omel. q quidam prelatus multu fuit hospitalis. et quada die cu peres
nos susciperet et aqua daret manibus. ex humilitate iussus fuit inter eos i cuius
manibus aqua debuit fundere et cu versus ut eu acciperet. n invenit eu i cuius

seruando iudicando. Homo qui aliquem habet odio valde stultus est. amat enim societatem eius quem odit
et vult cum eo ire in infernum. quod valde mirum est. mirum etiam est quod ipse maliciam quam in hoste
odit in se diligit. propter unum delictum quod videt in homine omnia bona que in ipso videt odit. propter
modicum quod contra eum habet in eo odit quecumque de eo habet. id est in quo assimilatur illi qui totum prius suum odiret
propter domum unam hostis sui. que esset ibi vel totum agrum unum odiret propter unam urticam que esset ibi.
ut breviter dicam. Homo qui vult vindicare se stultus est iram recipiendo conseruando vin
dicando. Iram recipiendo stultus est quod cum frater eius dicat ei durum verbum et ex alia parte gla
dio eum velit illum interficere. ipse non curat de gladio quod parat. sed solum de verbo tristatur. Hec
stultitia innuitur Job. v. Virum stultum interficit iracundia. q.d. ex stultitia est
quod ab iracundia se permittit occidi. Stultus etiam est in seruando iram cum sit ignis quod dicit
et Salomon dicens Ecclesiastes vii. Ira in sinu stulti requiescit. qui non excutiat ignem vel car
bonem si in sinu suo ceciderit nonne stultus sit. Prov. vi. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu
suo ut vestimenta eius non ardeant. Stultus etiam est ira iudicando. Prov. xii. Fatuus
statim indicat iram suam cum ira furor est. Sic enim indicare se esse insanum. Item qui indicat
iram suam hominibus succendit contra se manus suorum eo quod domum suam ardere cum potius
cogitare debet. quomodo per se domum sue subueniret. Sicut non esset seruanda semita quam
iratus dictaret. sic non est proferendus sermo quem ira dictat cum ira sit furor. Homo iratus
si taceat. ostendit et se magis stultum quam ipse sit. Multa enim garrulatur que tac
ta non esset. Prov. xiiii. Qui impaciens est exaltat stultitiam suam. Ratio pro valde
ad hoc ut se ostendat multiplex iniquitas que est in homine irato qui vult vindicare
se. Prima iniquitas eius est quod ipse auctoritate sua presumit se iudicem uel se iniuriatorem
suum. Secunda est quod ipse in eadem causa vult esse actor et iudex. Tercia est quod ipse vult vin
dicare se pendente die qui sibi assignata est ad plenariam eius iusticiam exhibendam
dies ista dies iudicii est. Apostolus. Nolite ante tempus iudicare. Quarta iniquitas est
quod ipse in punitum vult relinquere illum a quo debuit incipere. scilicet seipsum qui sibi no
cuit magis quam alius quicumque potuit alius inferre ei iniuriam est odio quod ipse animam
suam interficeat. Quinta iniquitas est quod ipse non reddit pacientiam iniuriarum quam ei
debet. Sicut iniurias debet ei innocentiam. Sexta iniquitas est quod ipse iniusticiam
que ex solo iudicio debet procedere ex iniquitate vult elicere quod ex ira et odio. Sex
to pro valde ad hoc ut ostendat exemplum christi. optimum est exemplum ipsi christi qui ut videbatur pa
cientissimum qui ultimo faciat vindictam de inimicis suis. bene debet sufficere
homuncul[o] quod tam cito vindicetur de inimicis suis. Sicut dicit ab. Summa
religionis est imitari quem colis. Et legitur quod appropinquante morte eius cum

est quia ira potest diuidi in iram occultam que non prorumpit in exteriorem iniuriam et iram prorum
pentem in exteriorem iniuriam. sicut fit in iniuria ubi sunt facti. De prima ira dicit dominus Mt.
v. omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. et post subdit. De secunda ira qui dixerit fratri
suo racha reus est concilio. qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis. racha interiectio est indig
nantis sed non nominat aliquam specialem contumeliam. sed qui dicit fratri suo fatue
nominat specialem contumeliam. Item ira potest diuidi in iram qua homo sibi irascitur et in iram
qua irascitur proximo. et in iram qua irascitur deo. De prima ira dicitur Deut. Iudicandum cum aliis
irascitur deserere sibi irascitur. de qua ira dictum est prius. de ira autem qua quis irascitur deo. quales
est ira iniquorum blasphemancium deum. potest intelligi illud eccl. xxvii. qui in altum mittit
lapidem cadet super caput eius. De peccatis que ex ira proueniunt.

Sequitur de peccatis que ex ira proueniunt. Proueniunt autem ex ira lis. unde prouerbiorum xxvi.
Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem. sic iracundus homo suscitat
rixas. et eccli. xxviii. homo iracundus incendit lites. ex ira etiam sequitur Guerra. In
cendia. homicidia. et alia. Iniuriis malicium iniusta et rapine et similia. De lite non dice
mus modo. quia de illa dicetur cum aliis peccatis lingue. De rapina autem dictum est. In tractatu
de auaricia. De istis hic dicemus. et primo de Guerra. xii. autem sunt que debent cohi
bere a Guerra homines. Primum est Guerra quam habemus cum hostibus inuisibilibus.
Job. vii. milicia est uita hominis super terram. Gen. iii. Dictum est ad serpentem ipso
na inimicicias inter te et inter mulierem. et semen tuum. et semen illius. Guerra ista ualde
periculosa est et propter calliditatem demonum. Gen. iii. Serpens erat callidior cunctis
animantibus terre. et propter longum exercicium pugne. Cum enim guerra ista non cessauerit
ex quo adam decepit et longum usum et experienciam multum uidetur docuisse inimicum
et eum propter exercicium pugne. Greg. assidua temptacio dyabolus deprehendit. et est et propter mali
tiam demonum qui incessanter sicut sanguinem nostrum sitiunt prouerbiorum xxx. Dyabolus sanguis
suga uocatur unde sic dicitur. Sanguisuge due sunt filie. et quia demones inuisibiles
sunt. Ideo nunc maxime impugnat si te impugnari nescias et quia magnum damp
num est. Si quis uincatur regnum eternum amittet et in patibulo infernali affligetur.
Si autem aliquis uincat multum lucratur. quia remunerabitur in regnum eternum. nam
accipit redemptio de guerra ista. et ut breuiter dicam. sic dyabolus peior est homine
sic Guerra quam habemus cum dyabolo. peior est quam Guerra quam habet cum hominibus.
Sicut aliquis princeps qui habet aliquam guerram fortem et periculosam studet
pacificare alias guerras emergentes sibi. Sic debemus pacificare cum hominibus
ne a demonibus superemur. ad hoc nos prouocat illud Job. xl. memento belli et non

xii. sunt que debent homines cohibere a Guerra.

restreret a filiis quia docet eos aliqua salubria dixit eis alieno sensu magis quam me cre-
didi lesus uindictam non expetii ulli scandalum facere nolui et si feci sedaui ut potui.
Septimo quod ualet ad detestationem ire est quia dominus ab eo qui uult uindicare et dimissa iterum repe-
tere ad que peccata iterum et quia legitur Mt. xviii. De illo qui noluit dimittere cum seruo suo
a quo dominus suus repetiit uniuersum debitum sibi prius dimissum. De eius diuisionibus ire
Dicto de hiis que ualent ad detestationem ire consequenter diuisiones ponende sunt ad uitam p-
cauentes. Notandum ergo quod est quedam ira que bona est qua homo irascitur uicio. de qua Eccl. vii.
Melior est ira risu quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Est alia ira que
mala est qua homo irascitur persone de qua intelligenda sunt que dicta sunt prius. et istius du-
as species habet. quedam enim subita est et sine deliberatione uocatur que uenialis est. alia uero
cum deliberatione et consensu uocatur que mortalis est. has duas species tangit dominus dicens
Irascimini et nolite peccare q.d. Si subita ira surgat in uobis non consentiatis ei. Ira
uero que cum deliberatione est si inueterescat odium dicitur. est enim odium ira inueterata quod uetat
prohibere apostolus ad Eph. iiii. dicens. Sol non occidat super iram uestram. ad detestationem odii
spiritualis possunt ista ualere primo illud. Ge. xlix. Maledictus furor eorum quia pertinax
et indignatio eorum quia dura. Secundo illud. Ioh. iii. Omnis qui odit fratrem suum homicida est.
Tertio quia odium spirituale est contrarium caritati que est maxime uirtus maxime placens
deo et maxime displicens diabolo. quod maxime diabolo placeat. patet ex uerbis Greg.
dicentis. Non curat antiquus hostis ut terrena nobis tollat sed ut caritatem
tem feriat. De placentia uero dei manifestum esse potest per hoc quod dicit dominus. Io. xv. hoc
est preceptum meum ut diligatis inuicem. Quarto quia cum tot querantur homo per que peccat sed
ille qui manet in odio iniurias sibi illatas nolit remittere primo in hoc quia
nec peccata sibi remittentur. Stultus est qui unam iniuriam non uult dimittere ut mil-
le uel plura sibi peccata remittantur. Quinto est hoc quia ira et odium contra naturam
uidentur esse in homine cum homo sit animal mansuetum naturaliter et mitior. unde Iob. xxxi. Ab
infantia mea creuit mecum miseratio et de utero matris mee egressa est mecum.
Mansuetudini uero que est in homine attestatur forma et dispositio exterior hominis. In omni
enim specie animalis figura corporis et rubor nature exterior attestatur sic un-
gues acuti fortes et magni et adunci dentes et cauda ossis magna
attestantur crudelitati ut apparet in leonibus. contrarium uero mansuetudini attesta-
tur in hominibus. Sextum est uero hoc quia cupiditas et alia peccata consistunt in appeti-
tu alicuius boni sed inordinate. odium consistit in appetitu ipsius mali. unde maio-
ris prauitatis et malitie iste esse quam cupiditas et similia peccata. Item nota

processerunt. Et adam terra. fideles quoque quia ipsi quadam spirituali fraternitate fratres sunt quia ex uno
patre scilicet deo nati et ex una matre scilicet ecclesia et celestem hereditatem diuisuri. Unde inimicari in-
ter fideles inimicicia carnali est quasi inter fratres lupi uel serpentes. Videntur esse huiusmodi homines
qui bella mouent contra homines. Seneca. Ferina rabies est sanguine et uulneribus gaudere et abiec-
to homine in siluestre animal transire. Inter serpentem et hominem naturales sunt inimicicie.
Unde Genesis iii. Ponam inimicicias inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. Unde serpen-
tes se esse ostendunt qui ad homines inimicicias habent. Immo peiores serpentibus et lupis
esse uidentur. Serpens enim serpenti non nocet uel lupus lupo. licet diabolus alterent specie non no-
ceant. Homo uero nocet homini. Seneca. Inimicissimus est homo homini. leo leoni non nocet. lupus
lupum non ledit. Vere canes uidentur esse tales homines qui ad inuicem certant. Nono
de. cho. ho. a guer. Et quia homines qui guerras amant spirituales filii diaboli sunt. sic
pacifici sunt filii dei qui spirituales filii dei sunt. sicut prius dictum est. Decimo de cho. ho. a guer.
Miseria quam sustinent homines qui guerram faciunt. Ipsi enim de nocte incedunt armati
in siti fame et frigore. Si tamen sustinerent pro deo quantum sustinent pro gloria mundi mag-
nam coronam haberent apud deum. Unde ps. Contritio et infelicitas in uiis eorum. et cetera. Undecimo de cho. ho.
a guer. Dubius euentus belli. quoniam est ille qui fortune se credit deterius accidit in
bello. Unde ii Regum xi. Varius est euentus belli et nunc hunc et nunc illum consumit gladius.
Si aliquis fortis est ipse inueniet alium fortem. Unde Jeremias xlvi. Fortis impegit in fortem
et ambo pariter corruerunt. Si aliquis malus est inuenerit qui aliquem eque malum aliquem inue-
niat. Unde prouerbiorum xvii. Semper iurgia querit malus. angelus autem crudelis mittetur contra eum
et post hanc uitam quem diabolus ut eum deferat in infernum. uel in presenti quando dicitur homo eque ma-
lus mittetur ad reprimendum maliciam eius. uulgariter dicitur quia catus bellicosus defert aures
scarnizatas similiter et frequenter accidit quia qui amant bella moriuntur gladio. Unde
Reg. xv. Dixit samuel ad agag regem amalech sicut fecit mulieres absque liberis
gladius tuus sic absque liberis inter mulieres erit mater tua. Duodecimo de cho. ho. a g.
Et quia sapientes tam timent guerras et tam amant pacem. Unde salomon qui legitur
sapientissimus fuisse regnum suum in pace summa tenuit quadraginta annis. Unde Salomon
et nomen huius. Interpretatur salomon pacificus. Christus et uocatus est rex pacificus et in ciuitate
non est quia ita uocatur ecce dei sed guerra. Unde Luc. xi. Omne regnum in se ipsum
diuisum desolabitur. Et ambrosius. parue res concordia crescunt. magne uero res discordia
dilabuntur. licet tamen bonum sit pax. quia et suo giro contrarie. Sed ... Unde
tamen ualde raro guerra esset facienda. cum enim guerra et pax sint contraria
maxime a se distant et ideo ualde longa est uia que est per guerram ad pacem et

de una guerra sunt mille hoīes quorum quilibet ī peccato mortali. Illi aūt q̄ sunt ī peccato hoīcide sūt
uix̄ eorum dicit Job. In prima cā sequitur hoīcidia ⁊ frequenter illi q̄ moriuntur ī guerris
uel ī bellis moriuntur ⁊ morte eterna q̄ maximum periculum ē. hīc ē dampnum irrecupa
bile ē. Mat. ii. Rachel plorans filios ⁊c. ⁊ consequitur ⁊ incendia locorum sacrorum ⁊ non sa
crorum ⁊ rapine ⁊ furta. filii agricolarum fures efficiuntur filie prostituuntur. omittuntur
frequenter ecclesie ⁊ infinita alia bona. Quarto dē eho. ho. a guerra. hīc q̄ ī guer
ris ppauperibus malum infertur his q̄ nō meruerunt sed ī guerris illi mala recipent
q̄ ī culpa sunt hīc tollerabilius esset. sī illi paruum uel nichil mali recipiunt. innocentes
ū depredantur. uix̄ est ysa. lix. q̄ recessit a malo prede patuit. Item quicquid delirant
reges plectuntur achiui. In hīc tyrannus huius mundi peruis se habent quam diabolus ī infer
no. ille ē nō nocent nisi ūiūs q̄ meruerunt. tyranni ū ī guerris suis pocius nocent illis
q̄ innocentes sunt q̄ nō ē pura culpa cum innocentes deo spirituali adhereant ⁊ ī eo fiduci
am habeant. ⁊ sunt ī eius protectione. ps. Innocentes ⁊ recti adheserunt michi. Prouerbiorum ii. de custodi
ac rectorum talibus ⁊ proteget gradientes simpliciter. ī guerris ⁊ ī ferendum malum pauperibus
magis aūt dampnificatur aliquis pauper mulier quam gallina una aufertur ei quam aliquis
q̄ multum diues esset dampnificaretur ī mille marcis. sic uidua paupercula de qua loquitur
dominus. luc. xxi. plus misit ī gazophilacium mittendo duo minuta quam omnes alii secundum
iudicium domini. Quinto dē eho. ho. a guer. hīc q̄ uix̄ ē quin male accidat eis qui
guerras faciunt. dum ē malum inferunt eis. ⁊ sic mala accidit eis ū ipsi malum ī
ferunt aliis ⁊ tunc deterius eis accidit. Melius ē ē mala sustinere quam mala face
re. prouerbiorum. Melius ē humiliari cum mitibus quam diuidere spolia cum superbis. Sexto dē
cohi. ho. a guer. difficultas consulendi illis q̄ guerris intersunt. cum ē uix aliquis
sit paratus uitare ⁊ fortiores sunt ex eo q̄ sunt lībī. unusquisque uult esse occasio omnium ma
lorum q̄ sunt ibi. unde Job. xli. dicitur de corpore dyaboli. Corpus eius q. scuta fusilia ⁊ compac
tum squamis sese prementibus. Septimo. dē eho. ho. cohi. a guer. hīc q̄ nulla uel
parua utilitas inde sequitur. quam aliquis guerram facit ut sua recuperet. plus ualet q̄
ipse ī guerra expendit quam q̄ ibi acquirit. quam ū aliquis guerram facit ut sua
recuperet sed ut uindicet fratrem suum uel cognatum sibi occisum. nulla utilitas
ex hīc sequitur illi q̄ mortuus ē melius esset ei defuncto q̄ hoīcida pro anima eius iret ad
partes transmarinas uel q̄ processio fieret a multis dei super interfectum q̄ procu
raret sibi aqua benedicta ⁊ cruce nō cum igne maledictionis ⁊ lanceis ⁊ uexillis
a multis dyaboli. hic indecens fuit. Octauo. dē eho. ho. a guer. fraternitas q̄
est inter homines. Omnes ē homines aliqualiter fratres sunt. q̄ ex uno patre ⁊ ex una matre

manibus aquam fundere debuit ei quod hic tamen apud se miraretur eadem nocte per visionem ei
dominus dixit. centum diebus in tenebris meis. hesterna autem die me in memetipso recepisti.

De his que debent homines cohibere ab homicidio

Sequitur de peccato homicidii a quo peccato. Primo debent homines cohibere. De peccato homicidii.
hic quod ipsum est contra naturam docente et natura animalia que debent diligere ea que sunt eiusdem speciei
cum ipsis. Unde eccl. xiii. Omne animal diligit sibi simile. Unde mirum est quare homo vult alium hominem
occidere cum natura doceat unum lupum amare alium. Secundo debet cohibere homo a peccato isto hic quod ipsum
multum est contra rationem. dictat enim ratio homini quod non debet facere homini quod sibi odit fieri. ut legitur
thob. iiii. Unde cum ipse super omnia mortem odio habeat ipse super omnia cavere debet ne mortem
inferat. Tertio debet cohibere homo ab hoc peccato hic quod illud peccatum diabolus est et diabolo assimilat. Unde
io. viii. Ille homicida erat ab initio et prius peremit utrorum. Unde sanguisuga vocatur. Prov.
xxx. ubi dicitur. Sanguisuge due filie sunt. Quarto debet cohibere homo ab hoc peccato hic quod videtur ab homine
hic degenerare et in bestiam transisse que sanguine humano sitit. Unde seneca. ferina rabies est ista
sanguine tumultu letari et hic est abiecto homine in silvestre animal transire. Quinto debet cohibere homo
ab hoc peccato magna pena qua homicide puniuntur et in presenti et in futuro. De pena eorum
legitur Matth. xxvi. Omnes qui acceperint gladium gladio peribunt. et apoc. xiii. Qui in gladio oc
ciderit oportet eum in gladio occidi. et in Gen. ix. Quicumque fuderit sanguinem hominis fundetur san
guis eius. et prius hoc refertur vel ad mortem eternam vel temporalem. utrumque est rectum qui gladium in ma
nu sua accipit ad effundendum quod multum punietur peccatum homicidii. Unde Gen. iiii. Vox
sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. Vox sanguinis pluraliter dicitur vox g sanguinea
al ut sit sensus. Generatio que ex abel exisset nisi interfectus fuisset requirit vindictam super
de te. Penam autem homicide ostendit cum subditur. Maledictus eris super terram et fuit
tanta maledictio illa quod et ipsam terram tetigit. Unde subditur. Cum operatus fueris ter
ram non dabit fructus suos. et subditur post. Vagus et profugus eris super terram omnibus
diebus vite tue. et est factus chaym tremulus. Unde ait. omnis ergo qui invenerit me
occidet me. Et notandum quod quattuor peccata dicuntur ad dominum clamare. scilicet oppressio innocen
tium. Unde exo. ii. Ascendit vox filiorum israel ad dominum et peccatum sodomorum. Unde Gen.
xviii. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est et descendam et detentio mercedis mercen
nariorum. Unde Jac. ult. Ecce merces operariorum vestrorum que fraudata est a vobis clamat
et clamor eorum in aures domini sabaoth introivit et peccatum homicidii. Unde vox san
guinis fratris tui etc. Circa vero de peccatis nominatis. Sed dicuntur clamare ad dominum ad mo
dum homicidii quia sunt quasi homicidium. In peccato enim contra naturam effunditur id quod potuit
esse materia corporis humani et ideo est quasi homicidium. In oppressione vero innocentum et deten
tione mercedis aufertur pauperibus vita illorum et ideo ad quasi homicida reputatur.

De iiii peccatis que dicuntur ad dominum clamare.

in heremo morabatur ∴ ⁜
quod latrones auferebant ei panes de quibus vescebatur. Unde Amon precepit duobus dracho-
nibus ut custodirent hostium celle et cum latrones venissent ad hostium videntes dra-
chones obstupuerunt quos invenit Amon pre timore semimortuos et fecit eis prepara-
re mensam et compuncti facti sunt sanctissimi homines. Contra [illegible] iracundiam.

Sequitur de remediis contra iram propriam quorum primum est consideratio dominice passionis. Gregorius.
Si passio domini ad memoriam reducatur nichil adeo durum quod non equo animo toleretur quod vene-
num nobis in libris nostris insinuatum est ubi legitur quod filii Israel respicientes serpentem
in palo a morsu serpentium ignitorum sanabantur. Numeri de serpentibus ignitis. Ira est a
qua quis sanatur si diligenter attendat quod Christus in cruce pro eo sustinuit. Tunc enim patien-
ter sustinebit quicquid oportebit eum pro amore Christi pati. Secundum remedium contra iram ipsa est 2
silentium. Unde sic dicitur Proverbiorum xii. fatuus statim indicat iram suam. Dicit Glossa. Flamma nisi
explicata magis fervescit/ occultata languescat. Proverbiorum xxvi. Qui imponit stulto si-
lentium iras mitigat. [stulte] est homo superbus id est stans altus. proprie si iracundus sit. homo enim iracun-
dus non solum est stultus sed etiam quasi insanus. Unde si silentium ei imponatur ira mitigatur. Ad hoc
potest referri quod legitur in vitis patrum de abbate Ysaac qui requisitus a quodam fratre quare demones
eum timerent respondit. ex quo factus sum monachus statui statim apud me ut iracundia
ex guttur meum non procederet et ideo ita timent me demones. Legitur et de abbate Achille
quod quidam senex venit ad eum et vidit eum sanguinem expuentem et requisivit quid hoc esset
cui abbas Achilles respondit. Sermo erat cuiusdam fratris qui me contristavit et repugnavi
ut non illum dicerem sed precatus sum dominum ut tolleret a me. et factus est ille sermo sanguis
in ore meo et postquam expui eum requievi sed et illam tristiciam et sermonem illum sum oblitus.
Ad istud sed remedium ut patet per psalmum. posui ori meo custodiam cum consisteret peccator adversum me. Ter- 3
tium remedium est consideratio divine ordinationis. Nullum malum pene potest inferri nobis
nisi divina ordinatione quod magnum solatium debet esse fidelibus. Omnis enim tribulatio ve-
vino lud potio est quam celestis medicus qui discretissimus est et fidelissimus habet quasi in vitro
suo. unde dicitur in psalmo. et statuit aquas quasi in utre et inde dispensat eam filiis suis prout
videt expedire. Ideo mansuete et patienter toleranda est tribulatio. Istam rationem 8+157
insinuat nobis dominus Johannis xviii. dicens. Calicem quem dedit michi pater non vis ut bibam [illum]. Cum
tribulatio est quasi virga in manu matris amantissime quia in manu dei qui filios su-
os diligit super omnem matrem. Unde Ysaias xlix. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum
ut non misereatur filio uteri sui. et si illa oblita fuerit ego tamen non obliviscar tui. Non
est michi timenda virga que est in manu matris amantissime scilicet misericordie dei proprie
quam ad tempus per virgam hic a gladio pene eterne liberari. Ad hanc ordinationem

ne suo ei auferetur. i. pet. i. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis
de vana vestra conversatione. sed precioso sanguine. quasi agni immaculati et incontaminati. Ergo
precio hominem debemus appendere ne nobis vilescat. Undecimo. de eodem. homicidium abhorret peccata.
quia homo templum est spiritus sancti. unde templum dei violat qui hominem occidit vel liberat. i. ad cor.
iii. Nescitis quia templum dei estis vos et spiritus dei habitat in vobis. Siquis autem templum dei vio
lat. disperdet eum dominus. Duodecimo. de eodem. homicidium abhorret peccato. quia tota trinitas in homine
habitat tanquam in hospicio suo. unde Jo. xiiii. ad eum veniemus et mansionem apud eum fa
ciemus. Unde toti trinitati contumeliam facit qui viro iusto in quo ipsa habitat violenciam
facit. Sed ista racio non valet [?] generaliter ad mortem iustorum hominum. sed in veritate ad homici
dium iustorum hominum. quantum ad id quod periculosius est homicidium iustorum cum scriptum sit. Mors
peccatorum pessima. De morte vero iustorum scriptum est. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. De occisione iustorum hominum.
Mors hominum peccatorum pessima est. quia est velud quedam porta per quam in infernum in
trant. et est quidam transitus ad mortem eternam. Mors vero iustorum velut quedam porta
est per quam fit egressus de miseria huius vite. et ideo non solum magnum peccatum est homici
dium iustorum sed et impiorum nisi hic fiat imperio dei. Imperio autem dei hic fit quando fit auctoritate
legis divine. Aliter non placet deo fieri. eze. xviii. Numquid voluntatis mee est mors
impii dicit dominus deus. et non ut convertatur a viis suis et vivat. et in eodem. Nolo mortem
peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. Et Mt. ii. Rachel plorans filios suos noluit consolari quia non sunt.
ubi dicit glo. ecclesia plorat non tam morte translatos quam supplicio peremptos.
supplicio inquam infernali. De morte vero iustorum dicit sapiens. non est lugenda
mors quam immortalitas consequitur. peccatum homicidii unum est quod chasma ponderositatem
eius sustinere non valens. deicit in barathrum desperationis. Maior est iniquitas mea quam ut veniam me
rear [?]. est quod quam humana natura coniuncta fuit et unita divine. quod aliquis fuit
ausus extendere manum in hominem vel eum occidendo vel liberando nisi divino imperio
quod aliquis miles nupsit alicui regi illi de regno illo defertur [?] matrimonio
de genere ipsius. quantum ergo deferendum esset hominibus cum humana natura maritata sit filio
dei. preterea. si cruci tanta reverencia exhibeatur. quia coniuncta fuit corpori xpi per mo
dicum tempus. quanta reverencia est exhibenda humane nature quae unita est divi
ne ita quod numquam separabitur ab ea. et hec sufficiant de peccato homicidii. de alia vero iniectio
ne manuum iniusta. de qua ubi hic esset dicendum. nunc dicetur quia eadem sunt in magna
parte ea que debent hominem cohibere a peccato isto cum hiis que dicta sunt de peccato homicidii.
Sequitur de remediis contra iram. et odium. De Remediis contra iram tam propriam quam alienam
Contra iram alienam sunt [illegible] remedium. contra iram vero propriam octo [illegible]

Vnde eccl. xxxiiij. Panis egentium vita pauperum est. qui defraudat illum homo sanguinis est. et ibidem. Qui aufert in sudore panem. quasi qui occidit proximum suum. et ibidem. qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario fratres sunt. punitur enim homicida irregularitate. licet enim de peccato homicidii condignam penitentiam egerint tamen non possunt promoveri. Vnde i. par. xxviij. Dixit dominus ad David. Non edificabis domum nomini meo eo quod sis vir bellator et sanguinem fuderis. Sexto detestabilis homo a peccato isto. scilicet homicidii. fraternitas que est inter christianos. Omnes enim christiani fratres sunt fraternitate spirituali et naturali. ex uno enim patre et matre sunt omnes. scilicet adam et eva. Nam et sunt spirituali a deo patre et ecclesia matre. Vnde homicidium inter christianos est fratricidium. ad quod potest referri illud. Gen. xxxvij. Quid nobis prodest. si occiderimus fratrem nostrum et celaverimus sanguinem ipsius. Melius est ut venundetur ismahelitis et manus nostre non polluantur. frater enim et caro nostra est. Septimo detestabilis homo a peccato isto. hoc est quod fideles filii dei sunt. Vnde ab. filii dei sumus. Vnde hic probatur.

Maximus est timendus ne remaneat inimicus. et i. Jo. iij. Videte qualem caritatem dedit nobis deus ut filii eius nominemur et simus. et in eodem. filii dei sumus. sed non dum apparuit quid erimus. sed cum apparuerit similes quoniam ei similes erimus. et Math. xxiij. Patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus enim est pater vester qui in celis est. Ergo qui aliquem fidelem occidit filium dei occidit quod constat nimie temeritatis esse. quomodo ante conspectum dei stare audebit qui filium dei occidit. Octavo detestabilis homo a peccato hoc. quod quilibet homo habet unum angelum bonum deputatum sibi ad custodiam cui contumeliam facit qui hominem occidit vel in iuste manus in eum mittit. Vnde x. Math. xviij. Videte ne contempnatis unum ex istis pusillis. dico enim vobis quod angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est. Si quis verberaret aliquem qui fuerit militem de familia regis Francie sibi ad custodiam deputatum non parum offenderet regem. quantum ergo putandus est offendi rex celestis quando ille occiditur vel verberatur cui ipse unum de angelis ad custodiam deputavit. qui sunt quasi milites de familia ipsius.

Nono detestabilis homo ab homicidio hoc quod ipse ad similitudinem dei creatus est. Vnde mirum est quomodo aliquis audet destruere creaturam illam quam deus ad similitudinem suam creare dignatus est. Vnde Gen. ix. postquam dominus dixit quicumque fuderit sanguinem hominis fundetur sanguis eius. Subditur causa ista ad ymaginem quippe dei factus est homo. Si aliquis artifex tantum habet amorem ad opus suum quod pro nimio valore est quod non potest sustinere ut aliquis ei verbo detrahat ut patet neque vilificatorem qui non potest sustinere ut visibus eius detrahat. quantum tamen deus putandus est amare creaturam illam quam creare voluit ad similitudinem suam et quantum offenditur in eius destructione. Decimo detestabilis homo ab hoc peccato. scilicet quod tantum carus dominus emit hominem non parum enim offenditur deus quando res illa quam emit sanguine

nabimus remedia. Primum remedium contra iram alienam est mollis responsio. Unde Prov. xv.
Mollis responsio frangit iram. Sermo durus suscitat furorem. Et Prov. xxv. Responsio
mollis confringit duritiam. Et hoc est unum de miraculis spiritualibus quod molle frangat
m. ex. durum. Unde legitur in Vitis Patrum de abbate Machario quod cum properaret ad quendam locum
cum discipulis eius precedens ipsum obviavit cuidam sacerdoti ydolorum portanti lignum
grande cui dixit discipulus Macharii quo vadis demon. At ille iratus percussit eum
No. ita quod fere mortuum reliquit. Cui postea obvians abbas Macharius ait. Salveris labo-
rator salveris. At ille quid in me boni vidisti ut ita me salutares. Cui senex quia
vidi te laborantem. Cui sacerdos. Ego ex tua salutatione cognovi te servum mag-
ni dei. Sed quidam monachus male me salutavit quem ego plagis afflixi. Et statim
compunctus est sacerdos ydolorum petens veniam. Et duxerunt vulneratum usque ad cellam
et sacerdos ydolorum monachus factus est. Et de hoc dicit Io. Vide quid lenitas sermonis fe-
cerit et quid austeritas. Homo iratus est velud olla bulliens. Prov. xv. Os fatuorum ebul-
lit stultitiam. Sed aqua frigida mollis responsionis superfundenda est. Eccli. xviii. Nonne
ardorem refrigescat ros. dulce verbum est velud ros refrigescens ardorem ire. Sic
ex ore exit flatus. Unde ignis materialis accenditur et sputum unum extinguitur. Sic
ab ore exit durum verbum. Unde ignis ire accenditur et dulce verbum extinguitur. Ad quod
videtur pertinere illud Eccli. xxviii. Si sufflaveris quasi ignis exardebit. Si expueris super
Remed. 2m illum extinguetur. Utraque ex ore proficiscuntur. Non mirum si duris verbis ignis ire
accendatur. cum collisio duorum corporum ignem materialem producat. Secundum remedium contra iram
alienam est silentium. Unde Prov. xxvi. Cum defecerit lingua extinguetur ignis. velud
lingua se habet ut [illegible] que accenduntur homini iracundo. Unde ignis ire nutritur. Unde Eccli. viii.
c. p.ro Ne litiges cum homine linguato et non strues in ignem eius ligna. Securum est cito
recedere ab irato sicut aliquis recedit ab igne qui non vult neque comburi neque calefieri
3m ab eo. Unde ad Ro. xii. Non vos defendentes karissimi sed date locum ire. Tercium reme-
dium contra alienam iram vel odium est beneficium. Unde Prov. xxv. Si esurierit inimicus tuus
ciba illum. Si sitit da illi bibere aquam. prunas enim congregabis super caput eius. Beneficia
m. ex. No. que inimicis exhibentur sunt velud prune accendentes inimicos eorum ad amorem. Unde
legitur in Vitis Patrum de quodam heremita nomine Theon qui habebat gratiam sanandi
infirmos. quod cum venissent latrones putantes eum aurum multum habere. ipse fecit eos
stare foris affixos et mane cum incole vellent eos comburere pro furto ipse ait. Di-
mitte eos abire illesos alioquin a me fugiet gratia sanitatum. Et statim ipsi latro-
exem. nes conversi sunt ad dominum. Legitur et de quodam qui vocabatur nomine Amon qui in egypto

|| Ev. mth. v. f. Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos ut sitis
filii patris vestri qui in celis est :—

in heremo morabatur

respiciat. Aug. de q̃ legit̃. ij. R. xvj. q cū semei maledixisset sibi et abysai gravaretur
4m dnū. Quartū remediū ē cõsideratio utilitatis quã hẽt tribulatio q̃ collatõ tñ i p̃senti quã
i futuro. Hanc utilitatẽ isinuat Aug qñ dicit de p̃secutoribz. Certitudine dñi me sicut apes
Ap[ostolu]s aculeo pungũt. s3 ex alia pte mel tribuũt. atq3 timet̃ q pũgũt. amanẽ tñ q mel
tribuũt. Sic p̃secutores licet pungãt dũ tribulatõne inferũt tñ amandi sũt q mel
5m dulcedinis celestis q̃dã m̃ conferũt. matia ẽ etne corone hõi tribũt. Quītū reme
diū est cõsidatõ status i q̃ ē iniuriãs. Insan[us] ẽ ẽ sic ostensũ ẽ p[rius]. Irrogata ẽ iniuria ipi
ẽ i sania q̃ fecit sic phs dicit. Ideo cõpati debem[us] iniuriantibz nõ irasci. Sextū re
6m mediū ẽ cõsidatõ p[ro]pror[um] defectuũ. Facili[us] ẽ portat alios defect[us] alienos qñ p[ro]pos defect[us]
suos cognoscit q̃s opt[er]et ab aliys portari. Vñ Ier. xxv. Eo indigeas remissione et.
Ideo aliq̃ defectibz alior[um] ita de facili irascunt[ur] q suos nõ agnoscũt. Sen. Regnũ ẽ aios
illos nõ induratos hẽre illi oblita sue i firmitatis aliene deseuiunt. q. iniuriã accep
7m iunt. Aug. Irasceris servo tuo q̃ peccet. irascẽ ẽ tibi ne tu peccet. Septimū remediū ẽ cõside
ratõ finis uite mortis. s. et eor[um] q̃ post mortẽ sequunt[ur]. Vñ Ecc. xxviij. Memento nouis
simor[um] et desine inimicari. Et subdit. memorare timorẽ dnĩ et nõ irascaris proximo
8m Octauũ remediũ ẽ cõsidatõ p[ro]p[ri]e impotentie. Multi sũt q̃ ideo irã seruant cõ proximũ
suũ q putant q delectus eet nõ uindicare se de eo q̃ iniuriat[us] ẽ eis. q̃ attendere de
berent q nõ ẽ p[ro]prie eẽ hũt defendendi se de armis suis ul' a pulicibz suis. Vnde Aug.
Vo et quiniũ dicit. et times. et iratus es. pulicibz resiste ut dormias. Incipit de pecco
lingue.
Ultimo int̃ pccã dicend' est de pecco lingue q illud pccm remaneo
post alia pccã. Multi ẽ cauẽt sibi ab aliys pccĩs q̃ ñ cauẽt a pecco lingue
s3 m̃. Primo agem[us] de custodia lingue i cõmuni. Scdo enumerabim[us] diuersa pccã lingue
et de uno q̃q3 eor[um] suo ordine p̃sequem[ur]. Tercio ũ tangem[us] de remedyis cõ pccm lingue.
Multa ũ sũt q̃ debent hoiem moue ad diligentẽ custodiã lingue. Primũ ẽ s3 q
dus hoiem i lingua honorauit p̃ cetis creaturis. Nulli ẽ creature dedit d[eu]s linguã
natalẽ ad usũ loq̃le q̃ hõi q nõ paruis honor ẽ nec paruũ bñficiũ est. Si aũ n̄ credis
bñficiũ ẽ eẽ magnũ. cogita si mutus eẽs quãtũ bñficiũ putares si redderet̃ ẽ lo
quela. Plus ẽ amares s3 qm̃ si daret̃ t i finita pecunia. Vñ ualde ingrat[us] ẽ ho
2m q̃ peccando dnm̃ i honorat i mẽbro illo i quo deus hoiem p̃ cetis creatis honorauit. Scdm
est s3 q lingua quãtũ ad usũ loq̃le organũ ẽ rõnis. ubi ũ nulla rõnis sic dic Aug.
et i solis rõne hñtibz inuenit̃ natalis. Vñ a rõne regi debet et solũ ad impiũ
rõnis debet ling' exire i actũ loquele. Indecens est ut nulla rõnis sit rõne tñ
tat' et ex q̃ aliq̃s cõparatus est iumentis et si. fac. ẽ illis. de iure possz eis a deo au

facit loquela ad nutum eius non pertinet loquela. Tertium est quod aves que non receperunt tantum 3
beneficium gratiam in lingua quantum homines, non aliquam mercedem a deo expectant pro usu lingue
sue laudant creatorem suum. Unde mirum pro deus offendi si homo ei in lingua contumeliam retri-
buat ex quo congregatio avium eum laudat. Quartum est hoc quod lingua est membrum valde no- 4
bile et in quo maxime videretur esse omnis immunditia. Maior est immunditia peccati immo non reputanda
corporalis immunditia comparatione ad peccatum lingue. Unde Matthei xv. Non lotis manibus man-
ducare non coinquinat hominem. Diligentius ergo custodienda est lingua ne peccato inquinetur. Qui autem non
beneficium veniationis condampnari diminuit. Unde in spiritu sancto peccare videtur cui bonitas attribuitur. Ad detestationem etiam huius peccati facit hoc quod illi qui peccata sua defendunt in culpa sua ipsum
deum involvere volunt. Unde super illud Gen. iij. Vocem tuam audivi in paradiso. Dicit Gregorius. Presumentes
peccantibus deo velle attribuere. Unde accusantur quod inde est quod sic peccavit homo cum vellet esse par
deo. Lib. i. sic ille ab omni dampno. Qui namque ille in maiestate par esse non potuit in peccato sibi parem
eum facere contendit. Immo eum vult ostendere nocentem se autem innocentem. Et super illud. Nolite iugum
agere. Dicit Gregorius. Malum est peccare et peius perseverare. Presumptuosus est in deum se defendendo culpam
suam proterve. Ad detestationem huius peccati valet facere quod deus specialiter vult ponere custodiam oris sui
propter peccatum istud. Unde in ps. Pone domine custodiam ori meo etc. Et subdit. Non declines cor
meum in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis. Non declines id est declinare non permittas. Excusa-
tiones vero in peccatis dicuntur verba malitie vel quia sunt contra bonitatem dei. Dum beneficium dei volunt
attenuare vel quia ille qui excusat se deum vult infamare dum culpam suam in deum nititur re-
fundere ut Adam. Gen. iij. qui dixit domino. Mulier quam dedisti michi sociam dedit michi de ligno
et comedi. Et quia ille defendit quod omnes homines debent persequi scilicet peccatum. Et notandum quod mul-
tis modis solent homines peccatum suum excusare vel defendere. Alii per infirmitatem carnis
contra illud Eccl. v. Ne dederis os tuum ut peccare carnem tuam facias. Alii multitudine peccanti-
um unde dicitur Eccl. xxxvij. Peccator homo vitabit correptionem et ad voluntatem suam inveniet
excusationem. Illis vero qui excusant se multitudine peccancium dicatur quod non minus ardebunt
quia cum multis ardebunt. Immo maior ignis erit sicut quod plura ligna erunt in igne
quia secundum ligna exardescet ignis ut legitur in Eccl. Contra hunc modum excusationis est illud Exo.
xxiij. Non sequeris turbam ad faciendum malum. Turbam sequitur qui eam imitatur. Et Eccl.
vij. Ne peccet in multitudine civitatis. Alii vero excusant se per nobilitatem suam quia magnum
dedecus faciunt nobilitati sue qui rei vilissime et immundissime de ea servum faci-
unt. Immundissima res peccatum est. Turpius est nobilitate sua peccatum defendere quam si aliquis
miles clipeo suo vile sterquilinium protegeret. Alii vero excusant se per iuventutem qui
videntur dicere quod iuventutem suam a dyabolo teneant cum credant dyabolo in iuventute esse serviendum.

Sequitur de peccato periurii. Et notandum quod due sunt De periurio et duabus speciebus eius.
species periurii. Una est iuratio perversa. Alia est iuramenti liciti transgressio. Ad
detestationem vero sed prime speciei periurii notandum est quod ille qui licitum iuramentum facit ipse
quasi laqueum ad collum suum ponit unde dicitur Prover. vj. Illaqueatus es verbis oris tui et captus propriis
sermonibus. Qui vero iuramentum licitum transgreditur ipse laqueo illo quasi propriis manibus se
strangulat. Potius expediret ei quod solummodo contentus esset quod laqueo ad collum suum po-
sito ipse se strangularet quam quod iuramentum licitum transgrederetur. De alia vero specie iura-

et lux cecat. Detractores enim sunt ut quidam comete qui uenenatis animalibus pascuntur. Sic detractores
alienum peccatum quod quasi uenenum est deferunt in ore. Et est detractoris uas est aquam maledictam dicta
continens. unde dicitur in psalmo. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Detractor est fur et peior furibus aliis qui
uestes et alia bona temporalia furantur. Unde Ambrosius. Tollerabiliores sunt fures qui uestes et alia
bona nostra diripiunt quam fures qui famam nostram lacerant. cuius ratio potest esse illa quam dicit Salomon. Me-
lius est nomen bonum quam diuicie multe. Unde qui nomen bonum alicui aufert magis nocet ei quam
si ei multas diuicias furaretur. Et furtum tale uix aut numquam potest restitui. Item detractores dicuntur
pistores diaboli. sunt qui carnes humanas hominibus comedendas apponunt. Unde super illud. Proverbiorum xxiii. No-
li esse in conuiuiis potatorum nec in comessationibus eorum qui carnes ad uescendum conferunt cum dicit Glossa. Carnes ad uescendum confer-
re est in collocutione derogationis uicissim uicia proximorum dicere. Item detractores diaboli turi-
ficant et incensum diaboli quasi thuribulum deferunt in quo per suauem odorem fetorem alienorum peccatorum ho-
minibus ingerunt. Detractores enim sunt testes iniqui quia non rogati non examinati testimonium ferunt
absente eo contra quem testificantur. Seneca. Loquens de proximo tuo scito te pro eo uel contra eum testimonium dicere
In psalmo. Insurrexerunt in me testes iniqui. Ipsi enim uidentur esse aduocati diaboli. Ipsi conantur ad hoc
ut quod est dei cedat in partem diaboli. Quid enim aliud est dicere iste est fornicator uel usurarius quam dicere
iste debet esse diaboli. Detractores figurati sunt per Amon qui rasit dimidias barbas nunciis
David. Decurtauit uestes usque ad nates ut legitur ii Regum x. Dimidiam barbam radit detractor
nuncius non David id est Christi. dum medietatem utilitatis ei aufert. Dicit enim quod bona faciunt sed inten-
tione mala. Detractio est sicut dicit auctoritas filia liuoris que si bonum factum negare non possit quoniam
non peruertere temptat. detruncat in uestes usque ad nates et siquid est pudibundum in eis detegit.
Tercio principaliter ad hoc potest ostendi quante crudelitatis sit peccatum istud. Notandum autem quod
detractor a deo crudelis est quod se prius ledit ut postea alios ledere possit. Se enim prius accusat ut alios possit
detrahere. Crudelitas enim detractoris ex eo patet quod carnes humanas comedit et sanguinem humanum
bibit. Unde Job. Quare persequimini me sicut deus et carnibus meis saturamini. Detractor hominem persequitur sicut deus. Gregorius.
Qui aliena detractione pascitur procul dubio alienis carnibus saciatur. ad Galatas v. Si inuicem
mordetis uidete ne inuicem consumamini. Detractor comedit quandoque patrem suum uel matrem suam
id est spiritualem uel carnalem dum ei detrahit nulli parcit nec amico nec inimico. Unde Ezechielis v. Dicit dominus
ierusalem id est ecce patres comedent filios suos in medio tui et filii comedent patres suos. Ysaie ix
Unusquisque carnes brachii sui comedet. Detractores uno morsello comedunt unum presbiterum uel
archiepiscopum uel episcopum. Detractor enim in xl carnes comedit. Unde quidam abbas in Vitis patrum
Melius est comedere carnes et bibere uinum quam comedere in uituperatione carnes fratrum. Detractor
non parcit mortuis dum sepelit enim homines mortuos in peccatis quod est unum opus misericordie contrarium
illi operi misericordie. de quo Tobie ii. Detractor enim crudelior esse uidetur lupis et leonibus et ceteris bestiis

huius peccati vel quia peccatum istud diabolicum est. primum enim mendacium dixit diabolus. Gen. iii. Nequaquam moriemini.
Unde Jo. viii. legitur de diabolo. cum loquitur mendacium de propriis loquitur quia mendax est et pater eius. Ipse est pater
mendacii quia primus inventor est et per hoc homines mendaces. Hoc est mendax filius diaboli et imitator. Jo. viii.
Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. Tercio potest valere ad detestationem huius peccati quia peccatum
istud membrum inquinat. In quo magis est indecens inmundicia scilicet os. Reddit enim os abhominabile deo.
Unde Prov. xii. abhominatio est domino labia mendacia. Si aliquis os suum apertum haberet muscas talibus
vel velut inmundiciis quascumque vellent ibi intrare et permitteret eas ibi nidificare os eius abhomina-
bile esset hominibus. Sic os mendacis abhominabile est deo. cum inmundicia mendacii multo amplius disple-
ceat deo inmundicia muscarum vel [illegible] verum. Quarto potest valere ad detestationem huius peccati quia peccatum illud
hominem falsum reddit quantum prevalet denarius bonus a denario falso tantum prevalet homo verax
homini falso et mendaci. Unde bonus denarius valet c. falsos et unus homo verax c. mendaces. Unde multum
melioraret se aliquis si remoto peccato mendacii vera de cetero loqueretur. Quis est cui non
displiceat si aliquem de denariis suis inveniat falsum. Quis est qui non pocius velit habere denarios
bonos quam falsos. Sed de seipsis non dolent miseri homines quando seipsos falsos inveniunt et ipsi
quasi volunt se esse falsos quam veros. In quo apparet cecitas eorum quia amplius amant denarium
unum quam seipsos. Quinto potest valere ad detestationem huius peccati quia mendacium est quoddam venenum quod tante
efficacie est quod in ipso ore existens hominem interficiat. Sap. i. Os quod mentitur occidit
animam. Unde mirum est quomodo miseri homines non timent quando venenum istud in ore senciunt
peius est venenum istud veneno animali sicut anima deterior solet esse suo effectu. Mendacium est quod
fuit in ore serpentis occasio videtur fuisse veneni quod in ore habet serpens. Sexto potest valere ad de-
testationem huius peccati quia omnis mentiens quasi proditor est. Vult enim quod iste cui mentitur fidem sibi adhibeat fi-
dem tamen ei non servat, immo vult eum decipere. Septimo potest valere ad detestationem huius peccati magnitudo
ipsius quam insinuat nobis Eccli. xx. Ubi sic legitur. Pocior est fur quam assiduitas viri mendacis
perdicionem autem ambo hereditabunt. Et ideo videtur esse peior qui assuetus est mendacio quam fur. Quia fur
nocet corpori. Ille autem qui mentitur nocet anime dum eam in errorem inducit. Item appetitus malus qui
est in fure quo ipse appetit rem alienam est appetitus rei bone. Sed appetitus eius qui mentitur est appe-
titus rei male. Fur enim summum bonum temporale querit. Sed mentiens alienum malum scilicet errorem proximi.
Unde peccatum mendacii peccatum diabolicum est et peccatum malicie et inventum a Sathana. Inter peccata que deus
odit Prov. vi. ubi sic legitur. Sex sunt que odit deus et vii. detestatur anima eius. oculos sublimes lin-
guam mendacem etc. Sicut ergo aliquis erubesceret si in furto deprehenderetur. Sic erubescere deberet
si in mendacio eius deprehenderetur. Illud autem quod dictum est quod et fur et mendax perdicionem hereditabunt
non est intelligendum de quocumque mendace. Sed de illo qui dicit mendacium nocivum et ad eandem
speciem mendacii referendum est quod dictum est prius. Os quod mentitur occidit animam etc. Ps. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

uento in facto veniam. Judas quoque tenet figuram confessionis accusavit se licet cum culpa esset
de re illa dicens. Peccavi. Quid retribuam deo nostro etc. et subdit. Deus invenit iniquitatem servorum tuorum
ille est qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Signa peccati habere noluit. Voluit enim oc-
cidi et cum iniquis reputari. Tertio propter hoc valet ad hoc quod si ostendatur quantum meritum sit huius confessio
et accusatoria. Unde Gregorius: Non tantum admiror hanc ultimam confessionem peccatorum quam sublimia gesta
sanctorum. Item in psalmo: Dixi confitebor adversum me etc. Tu remisisti impietatem peccati mei. Ps. xv. Confessio mol-
lis frangit iram. Mollis confessio est cum ipse accusator quoque mitium frangit iram dei. Item
super illud: In iusticias meas non ab... Dicit Glossa: Quando homo detegit deus tegit. Cum homo tegit deus nudat.
Cum homo agnoscit deus ignoscit. Item latro regnum in cruce meruit quia se accusavit. Unde
Augustinus loquens de illo verbo: Sacrificium laudis honorificabit me etc. quo ostendam illi salutare dei. Dicit:
latro in cruce quare meruit quod illam unam venit non ostenditur salutare dei a quo tunc peccatum
exeat. In eo enim quod se accusavit deum laudavit. Et super illud: Veritas de terra orta est et iustitia de celo
prospexit. Dicit Augustinus quasi diceret: Deus peccatum ei quia non parcit sibi. Ignoscamus ei quia non ignoscit sibi.
Quarto propter hoc valet ad hoc ut peccator qui peccatum illud nititur impedire peccatorem. Non vult enim deus a pec-
catis suis liberare eum qui defendit ea. Unde Augustinus: Tu factus es peccati tui defensor. Quomodo erit
deus liberator ut sit ipse liberator. Tu esto accusator. Quinto propter hoc valet ad hoc ut peccator si ostendatur
multiplex excecati stultitia qui peccatum suum defendit. Est primo stultus est talis quod ipse defendit pessi-
mum hostem quem ipse habet. Peccatum ostenditur pessimus hostis quem homo habet ex hoc quod nullus
alius hostis tibi homo non contra potest nocere homini si ab hoc hoste sibi caveret. Nulla enim nocebit adver-
sitas si nulla dominetur iniquitas. Secundo sic stultus est qui peccatum suum defendit quod abyssus mise-
rie abyssum invocat misericordie. Ipse debuit miseriam suam plene exprimere ut amplius mi-
sericordiam dei posset movere. Ipse vero miseriam attenuat quia nolit quod miseria sua misericordiam
dei moveat. Non sic fecerunt pauperes quos Elias voluit impetrare. Immo paupertatem
et infirmitatem siquam habuerunt hominibus denudant. Tertio stultus est quia non vult manifesta-
re in curia misericordie peccatum suum et reservat illud in foro iustitie ubi manifestabitur ad penam
quod non vult manifestare hic ad veniam. Sexto propter hoc valet ad hoc ut peccator si ostendatur
illius magna perversitas qui peccata sua defendunt. Perversitas vero eorum patet ex hoc quod
illud quod deus persecutus est usque ad mortem propriam scilicet peccatum sicut ostensum est in principio summe
ipsi defendere volunt usque ad lesionem proprie glorie et usque ad dei offensam. Cum tamen omnis
creature peccatum debent persequi tanquam opus diaboli et tanquam illud quod solum indecens est in mundo
isto. Septimo propter hoc valet ad hoc ut peccator si ostendatur ingratitudo eorum qui peccatum suum defen-
dunt. Ingrati enim sunt tales divine misericordie et bonitati dum beneficium ipsius nolunt attenu-
are. Beneficium bonitatis divine attenuat qui culpam suam diminuendo beneficium

Qui defendit peccatum suum stultus est

i asit aliqua circumstancia que ea mortalia faciat. Alia autem divisio mendacii est in tres species. scilicet in
mendacium perniciosum et iocosum et officiosum seu non benignum. Primum benignum. Rubrica huius
sexte divisionis continet tria prima rubrica prime divisionis. Secundum vero rubrum continet quartum
et quintum. Tercium autem rubrum huius divisionis continet tria ultima rubrica prime divisionis.
Tercia autem divisio mendacii est. In mendacium principalis affectiones et mendacium falsi testimonii.
Ad detestationem vero falsi testimonii aliqua addere possumus licet ea que prius dicta sunt. Ad detestationem mendacii ad
hoc possunt referri. Notandum quod contra peccatum falsi testimonii. Primo possunt ista verba sacre scripture
que illud dissuadent ut est illud Exo. xx. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Et eiusdem xx
iii. Non iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium. Secundo possunt valere ad hoc idem commi-
nationes quas sacra scriptura facit falsis testibus. non est in Prov. xix. Testis falsus non erit impunitus et qui
loquitur mendacia peribit. Tercium est hoc quod peccatum illud multum nocivum est. Nocet enim deo. nocet iudi-
ci. nocet ei contra quem testimonium fert. Unde Aug. Falsidicus testis tribus personis est obnoxius. Primum deo cuius
presenciam contempnit. Deinde iudici quem mentiendo fallit. postremo innocenti quem falso testimonio
ledit. Unde falsus testis licet septennem penitentiam egerit de falso testimonio. tamen non dum liberatus est
donec ei satisfecerit pro posse suo quem verum ei suum testimonio amisit. Testis iniquus deridet iudici-
um ut legitur Prov. xix. Et ideo in extremo iudicio merito deridebitur quod pro quo prestat homo proximum hoc et condempnetur.
Quartum est hoc quod ipse vendit deum. Unde super illud Math. xxvi. Tunc abiit iudas et cetera. dicit Glossa. Multi ho-
die sunt qui factum iude exequuntur et idem faciunt. Nam cum pro munere falsum testimonium dicunt quod veritatem
negant deum quia veritas est venditur. Et notandum quod qui vult a peccato mendacii cavere oportet quod peccatum
cupiditatis a se repellat duo ex peccato enim cupiditatis mendacia procedunt ut patet in mercatoribus
Unde Caym qui inter homines primus legitur mendacium dixisse. Gen. iiii. Nescio domine. Numquid custos fratris mei
sum. et cetera. Iuxta possessio cupiditatis et cetera sunt quod ananias et saphira pecunie mortui sunt
timore et humanum oportet remotionem qui vult cavere a mendacio. Hoc docet petrus dominum negavit.

Sequitur de peccato detractionis. de quo hoc ordine dicemus. De peccato detractionis
Primo dicemus de peccato eorum qui detractiones proferunt. Secundo de peccato eorum qui eas libenter
audiunt. Tercio vero tangemus aliquid de inpatientia eorum quibus detrahitur. Circa primum vero primo ponemus
ea que possunt valere ad detestationem detractionis. Secundo aliquid tangemus de diversis speciebus detractio-
nis. Notandum ergo quod xii sunt que possunt valere ad detestationem detractionis. Primo possunt
valere ad hoc verba sacre scripture que hoc vicium nobis dissuadent de quibus pauca ponemus. Dissua-
det enim nobis hoc vicium Levit. xix. ubi sic legitur. Non maledices surdo nec coram ceco pones
offendiculum. Sed timebis dominum deum tuum. ad litteram. Valde impium est surdo maledicere cum ipse non
audiat. nec contra obiecta aliquid possit respondere. Valde etiam impium est coram ceco ponere offendiculum
cum ille non videat nec possit cavere. Sed secundum Glosam. Surdo maledicit qui absenti detrahit.

menti notand' e q xij sut q debent hoies cohibe a pcco illo. Primu e h q ille q
sacrmt peierat i p9 piurio suo manu illa dexa. dat q ipe tangit eugliu ul q tangit
manu illi cui iurat. Et dou ipe peniteat de piurio illo manu illa dexa e 7 qnqz se
manu illa signat ipe se signat manu dyabo. Dubius que ipe signat manu illa ma
nu dexa signat. Scdm est h q cu alia pcta fugiant 7 qi timeat res sacras pcm per
iurij no timet eas. s illas appinqt. Si qs uult fornicari si ipe e infra ecctam. Ipe exat
inde. Si est i cimiterio exit inde. Si ppinquus e cimiterio ul ecctie elongat se ab eis
ille u q uult peierare intrat ecctiam. Si exat ex intrat ad altare 7 gmittit pcm piu
rij qnqz sup altare 7 qnqz sup euuglm. qnqz sup ipm corp9 xpi q horrend est dictu
mirum est qm ipa terra eu no absorbet ul qm angli q assistunt circa corp9 xpi eu no
puniunt. Ipe e dya9 timet res sacras 7 q reuerencia q n facit ille q peierat. Terciu
est h q ille q peierat fur 7 sacrileg9 ee uir. Contractat e re aliena iguito dno 7
rem sacra q nom dni scm assumit q phibitone illam. exo. xx. Non assumes no
me dei tui i uanu. Quartu est h q ipe falsari9 est. Si qs i sigillo alicui9 dni litt q
misso ad gfirmanda aliqm ueritate uteret ad a gfirmand ipe falsari9 iudicaret
7 si faceret h de sigillo dni pape. ipe eo excoicat9 ipo iure u posset absolui ab
epo suo. Sic cu de9 giuserit hoibz ut assumat nom suu ad gfirmatione ueritatis. si ueri
tat noie ipi9 ad gfirmatone falsitatis. ipi falsarij sut 7 q ad dm excoicari excoi
cacione illa q h e. I. ad cor. xvj. Si qs no amat dum ihm anathema sit. Quintu e h q ille
q sacrmt peierat ipe pvoc noie alioz p canem uult dm i uolue i pcco suo. eu e' iurare
sed ad. Sic dm i teste adduce cu ipe iurat falm. Ipe uult adduce dm ad testificandu
falm. tal quatu i se est uult mai9 malu face xpo ut uir qm ei crucifixores. Ipi e' i talē
uir xpo tm mortē malu pene. Ipe u uult eu iuolue i malu culpe q deteri9 est. Ipe uult facere
reputare dm deceptore. du i noie ei9 7 q p manu ei9 uult hoies seduce q gen9 pcti no
legi gmissu fuisse 7 a dexa. licz dya9 mendax sit 7 pr ei9 7 p mendaciu hoies seducat
tu no legi q ipe iuramentu mendacio addat ut meli9 possit seduce sic faciunt illi
q peierant. Sextu est h q cu i noie ihu flectat oe genu celestiu terrestriu 7 iferno
ut legitur ad phil. ij. ille q peierat cu i noie ihu xpi deo gtumelia facit. deterior
ee uir illis q in iferno sut q i noie ei9 genu flectere dnt. Septimu e h q cu ho
p h teneat9 p que pccat 7 tal i noie dni pccet. Ipe i noie dni merito puniet ut
cu illud iuocauit no exaudiatur 7 cu ad d fugerit no gtegat cu alijs hoibz
nom dni refugiu sit ut e. P9u. xviij. turris fortissima nom dni ad d currit
iustus 7 exaltabitur. Octauu est h q piuriu eruat iure ei9 q d dns odit. Zach. viij.

lose mordet. Tercio quia dum sunt presentes amare se simulant ut detrahit et ut de silencio confid.
sic ad litteram serpentes uerbis & tumultibus hominum deterrentur. Sic detractor timet quem uidet
uenire eum cui detrahit. Tortuose est mordax detractor. Dum a laude eius incipit cui uult detrahere.
Deinde subdit tamen quod est contrarium. uel scilicet que contradicta adulatoria uerisimilitudine est sue
intencionis pretendit dicens. Non dico hoc animo detrahendi & ut fidem ei adhibeant. dicat se
multum amare eum cui detrahit. Terram autem ad modum serpentis comedit quia quod terrenum & infimum
in homine est in ore suo uersat. De hiis serpentibus legitur Deut. xxxii. Dentes bestiarum inmittam
in eos cum furore trahentium super terram. & Ier. viii. Ecce ego mittam in uos serpentes pessimos quibus non est
incantatio & quia homines assueti detractionis uix corriguntur. Unde Eccli. xxiii. Homo assuetus uerbis
improperii omnibus diebus uite sue non erudietur. B. Nequid [?] ipsa est lingua que tres interficit uno B.
flatu. Lingua detractoris tres interficit uno uerbo. scilicet se & eum qui audit quem consentit ei. quamque &
eum cui detrahitur quando peruenerit ad eius noticiam. Detractor est monstrum est in ore gladium uel gladios
habens. Unde ad detractorem pertinet illud Prov. xxx. Est generatio que pro dentibus gladios habet & cetera. Ps. Filii
hominum dentes eorum arma & sagitte & lingua eorum gladius acutus & cetera. Gladius est in labiis eorum quoniam quis audiuit. B. Gladius corpus B.
lingua detractoris. non hoc lingua nimirum mucrone illo quo dominicum latus confossum est crudeliorem dicere uerea-
mus. Fodit enim hic corpus non tamen exanime fodit hoc exanime facit ipsius est spiritus & clauus nocentior est
quam uidens infixit non est corporis sui uite. uitam istius corporis perculisset. Numquam illud pro isto mor-
tis iniurie tradidisset. Detractor est figuratus est per illam bestiam de qua legitur Dan. vii. que similis
erat urso & habebat tres ordines dencium. ursus & si hominis similis sit tamen homo non est. Sic detractor
& si exterius uideatur esse homo tamen uere homo non est qui sanguine humano pascatur. In tribus uero ordinibus
dencium figurari possunt tres modi quibus detractor proximum lacerat. Lacerat enim eum bona aperta
minuendo. occulta negando. falsa crimina imponendo. Detractor est comparatur sepulchro patenti
de quo fetor incessanter exaltatur. Unde in Ps. Sepulchrum patens est guttur eorum. Nullum sepul-
chrum ita fetet in conspectu hominum quantum os detractoris in conspectu dei. Sapiens non referre
de hiis garcionibus an a superiori natura an ab inferiori. Inconueniens quia non minus a superiori
quam ab inferiori fetent. Tantus est fetor in ore detractoris ut ex fetore illo multi moriantur
aliquando tamen adeo fetidi sunt quod fetorem illum non senciunt. B. Ubi omnes fetidi sunt unus fetor B.
minime sentitur. Detractor est comparatur mulieri pregnanti que cum dolore conatur ad emissionem
partus. Unde Eccli. xix. A facie uerbi parturit fatuus tamquam gemitus partus infantis uidetur
detractori quod disrumpetur nisi uerbum malum auditum de proximo euomeret. Contra quod Eccli. xix. Au-
disti uerbum aduersus proximum tuum commoriatur in te confidens quoniam non te disrumpet. Ad
detractorem uero pertinere illud Job. xxxii. En uenter meus quasi mustum absque spiraculo quod
lagunculas nouas disrumpit. Detractor est similis est noctue cuius oculos nox illuminat

Ubi sic legitur. Unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris et iuramentum
mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odit dominus. Nonum est maledictio que est super periuros
et in presenti et in futuro. Unde Zach. v. Vidi volumen etc. et subditur. Et dixit ad me dominus. Hec est
maledictio que egreditur super faciem omnis terre quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur
et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud dicit dominus exercituum et veniet ad domum furis
et ad domum iurantis. In nomine meo mendacium et commorabitur in medio domus eius et consumet
eum et ligna eius et lapides. Decimum est hoc quod peccatum istud replet homines iniquitate. Unde
Eccli. xxiii. Vir multum iurans replebitur iniquitate et non discedet a domo eius plaga. In fine
huius verbi tangitur pena periurorum in presenti. Undecimum est quod periurus perdit deum. Deum
vivat perdit et iusticiam sive fidem suam. repellitur enim post periurium a testimonio. clauditur et
sibi ingressum regni celestis. Unde in psalmo. Quis ascendet in montem domini etc. et subditur. Qui non iu-
ravit in dolo proximo suo. ibi per contrarium innuitur quod ille qui in dolo iurat proximo non intrat. Duo-
decimum est hoc quod sacra scriptura propter magnum periculum periurii a deo dissuadet iuramentum quod quibusdam
visum est quod iuramentum omnino prohibeat. Unde Matth. v. Ego autem dico vobis nolite iurare neque per
celum neque per terram etc. Et notandum quod septem iuramentum vii. dissuadentur in sacra scriptura. Primum est appe-
titus iurandi sive affectatio. Unde Jac. v. Ante omnia fratres mei nolite iurare neque per celum neque per terram neque
per aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester est est non non. ut non sub iudicio decidatis. Se-
cundum est assiduitas iurandi. Unde Eccli. xxiii. Iurationi non assuescat os tuum. Multi enim
sunt casus in illa. et sequitur. Nominatio dei non sit assidua in ore tuo. Tertium est iurare ex le-
vi causa vel nulla. Unde Deut. v. Non usurpabis nomen dei tui frustra quia non erit impunitus
qui super re vana eius assumpserit. Tria alia que dissuadentur circa iuramentum sunt falsitas eius quod
iuratur, substracta veritate et iuratio iniusta que per oppositum innuitur. Jer. iiii. ubi sic legitur. Iura-
bis vivit dominus in veritate et in iudicio et in iusticia. Septimum est iurare per creaturas. Unde Matth. v.
Ego autem dico vobis non iurare omnino neque per celum quia thronus dei est. neque per terram quia scabellum
pedum eius est. Ideo autem dissuadetur iurare per creaturas ne assiduitate sic iurandi labantur homines

Sequitur de peccato mendacii. De quo hoc ordine **De peccato mendacii. cap.** Et ydolatria.

Dicemus primo quid sit mendacium. et ponemus ea que possunt valere ad detestationem huius peccati. Secun-
do tangemus aliqua de diversis divisionibus mendacii. Est autem mendacium secundum Augustinum falsa significatio
vocis cum intentione fallendi. Ad detestationem vero huius peccati primo possunt valere verba sacre scripture
que dissuadent nobis mendacium ut est illud Eccli. vii. Ne accipias faciem adversus faciem tuam
nec adversus animam tuam mendacium. Faciem adversus faciem suam accipit qui veritate exclusa
a corde suo que est dei similitudo falsitatem que diaboli est faciem assumit. Eccli. vii. Noli ama-
re mendacium et post in eodem capitulo. Noli mentiri omne mendacium. Secundo possunt valere ad detestationem

De septem quibus sacra scriptura dissuadet quod iuramentum

Decem que valent ad detestationem peccati mendacii

homo absens nimis p' audire detrahentem quam si surdus esset. Surdus quidem audit quando alte sibi clamatur
absens vero qui quandoque distat per duas leugas vel amplius non audiret detrahentem quantumcumque clama
ret. Detrahens est ponere coram ceco offendiculum dans illum qui eum ascultat qui cecus est vel quia simplex
est vel quia non cognoscat personam cui detrahitur narrante alienum scelus. Unde ipse scandalizatur.
Unde detractor impie agit et periculose tam in eum cui detrahit quam in eum coram quo detrahit. De
dissuadendis huiusmodi plus in eodem capitulo. Non legitur non eris criminator nec susurro in populis. Crimi
nator idem est quod detractor qui in alieno crimine delectatur. Item Levit. xvii. Sanguinem omnis animalis
non sumetis in cibum. Item Levit. iii. Nec sanguinem nec adipem omnino comedetis. Sanguinem comedit
detractor qui in peccato delectatur. Deut. Cave ne sanguinem comedas. Et Eccli. v. Ne appelleris
susurro in vita tua et lingua tua ne capiaris. Et Jac. iiii. Nolite detrahere etc. Greg. Noli
esse aliene vite aut temerarius iudex aut curiosus explorator. Scdo p ua. ad d. h. p.
si diversis generibus verum detractor comparetur. Notandum autem quod detractor comparatur cani. Unde Matth. vii.
Nolite sanctum dare canibus etc. nolite spargere etc. Et Eccli. xix. Sagitta infixa
femori canis, sic verbum in corde stulti. Canis sagittam habens infixam femori non quiescit
donec removeatur. Neque stultus quiescit post donec verbum malum quod de proximo audivit alii revelet.
Detractores sunt canes gregem domini custodientes non percutientes et unam oviculam inde aufer
unt quam laniant vel deridendo vel aliter. Canes isti non solum carnes comedunt sed et ossa ro
dunt quia non solum carnalibus hominibus detrahunt sed et spiritualibus. Spiritualiter autem detractores similes
sunt canibus qui in macello morantur qui sanguini insidiantur et sanguinolenta habent labia. Unde ad
eos pertinet illud Prov. i. Insidiemur sanguini. Detractor etiam porco comparatur quia ad modum porci non parc
ori suo ab immunditia sicut nec pedi suo non advertens illud quod legitur Sap. i. A detractione parcite lin
gue. Qui non vult parcere ei cui detrahat saltem deberet parcere proprie lingue quam inquinat
dum per immunditias aliorum peccatorum eam trahit. Porcus si ortum intret non ex una parte flores vi
deat ex alia parte stercora neglectis floribus ad stercora currit et ea in ore suo ponit. Sic de
tractor si videat in aliquo aliqua imitatione digna que velud flores sunt et ex alia parte
aliqua reprehensibilia que velud stercora sunt. De hiis non que sunt imitatione digna non curat
propter hanc immunditiam que est in detractoribus voluit spiritualiter eos excludere Augustinus a mensa sua. Unde legitur
habuisse hos duos versus scriptos in mensa sua sicut habetur in Glo. super illud Prov. xxiiii. Cum detractoribus ne
commiscearis etc. Quisquis amat dictis absentem carpere vitam. Hanc mensam indignam noverit esse sibi.
Multum immunda iudicavit ora detractorum Augustinus qui porcis pecoribus eos exclusit a mensa sua.
Detractor etiam comparatur serpenti. Unde Eccli. x. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui
occulte detrahit. Assimilatur autem detractor serpenti in hiis proprietatibus. Serpens est animal pe
riculosum in silentio mordens tortuose incedens terram comedens. Sic detractor perditor est.

Octavo potest valere ad detestationem huius peccati pena qua punitur peccatum istud. De qua pena habetur Prov. xx. Sua
vis est homini panis mendacii sed postea os eius implebitur calculo. De pena etiam mendacii habetur Act. v. de
Anania sic ait Petrus. Non es mentitus hominibus sed deo. Audiens autem Ananias hec verba ceci
dit et expiravit. Nono potest valere ad detestationem huius peccati hoc quod peccatum istud valde nocivum est ecclesie dei.
Factum est enim ut vix alicui fides adhibeatur. Ier. ix. Mendaces fecerunt verba unumquemque ut de fratribus
non credatur. Unde in psalmo mendacia hominum multiplicantur prava lingua hominis mendacis est velud
arcus dyaboli oculos interiores filiorum dei sagittans. Unde Ier. ix. Extenderunt linguam suam quasi
arcum mendacii non veritatis et [illegible]. Sagitta vulnerans lingua eorum. Decimo potest valere ad de
testationem huius peccati ut ostendatur quantum meritum sit abstinere ab hoc peccato ad quod pertinet quod in Vitis patrum
legitur de quodam heremita qui visitatus est ab aliis heremitis delatis ultra per fluvium monasterio
angelorum qui dixit eis aliquid querentibus de eius conversatione. Hoc custodivi ex quo genitus sum
quod numquam mendacium de ore meo procederet neque propter amorem celestium terrenum aliquem amarem.
Sed non gratia domini in huius vita defuit quicquid peccati ad nostram suam moram contexuit cum infirma triduum
sic ipsi pruderunt mortuus est et anima eius ab angelis ipsis recepta magnum meritum tenebat esse.
Salomon x. a mendacio cavere cum hoc peteret. Prov. xxx. Dicens vanitatem et verba mendacii longe
fac a me. Undecimo potest valere ad detestationem huius peccati quod homines assueti huic peccato in obprobrio magno
sunt. Unde Eccl. xx. Obprobrium magnum in homine mendacium et postea ibidem. Mores hominum men
dacium sine honore et confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Et Eccl. iiii. De mendacio erudi
tionis tue confundere. Duodecimo potest valere ad detestationem huius peccati hoc quod [illegible] quam cadit peccato isto.
Unde Eccl. xx. Lapsus false lingue quasi qui in pavimento cadit. Mendacium videtur esse corruptio mentiens
cui peccatum placet quod non est quam quod est et videtur habere oculos cordis in furnos cum
tenebre falsitatis ei placeant et lumen veritatis ei displiceat. Corruptionem hominis mendacis
insinuat Augustinus super id psalmi. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sic dicens. Mentito perdere mentiens quod de
clinat ab eo quod est ad id quod non est. De divisionibus mendacii

Sequitur de divisionibus mendacii que multe sunt. Primum est in viii. mendacia sunt viii.
species que ponit Augustinus in libro de mendacio. Prima species est mendacium in doctrina religionis
quod est contra fidem vel bonos mores hoc facere fugiendum est ad hoc nulla causa quisquam debet adduci. Secunda est
quod nulli prodest et alicui obest. Tercia est que prodest uni alteri obest. Quarta est que fit solo
mentiendi fallendi quoque libidine quod est merum mendacium. Sic dicit Augustinus. Quinta que fit cupiditate
placendi de suavi eloquio. Sexta est que nulli obest et alicui prodest ad pecuniam eius ser
vandam. Septima est que nulli nocet et alicui prodest ad vitam corporis servandam. Octa
va est que nulli obest et hoc prodest quod ab immundicia corporis aliquem tueatur. Tres prime
species mendacii sunt mortalia peccata. Sicut deliberatione dicantur. Quinque alia venialia peccata sunt

leo enim leoni parcit et lupus lupo. certe bestie parcunt bestiis sui generis. Detractor uero non parcit carnibus humanis. Detractoris lingua peior uidetur esse inferno. Infernus enim solos malos deuorat lingua uero detractoris amplectitur et bonos et malos. Unde legitur eccl. xxviii. de lingua tercia que est lingua detractoris quod utilis potius infernus quam illa. Quarto principaliter ualet ad detestationem huius peccati. Si ostendatur quante immunditie est peccatum istud. Notandum est ergo quod detractor scarabeo comparatur qui non quiescit nisi in stercoribus. Sic detractor in alienis peccatis. De his scarabonibus legitur eccl. xxii. Cunctorum inimicorum tuorum coram te terga uertam. eructans scarabones per linguam detractoris uelud uolutabulum est non cessans uoluere et reuoluere sordes uiciorum. Quinto principaliter ualet ad detestationem huius peccati si ostendatur quante iniquitatis sit detractor. Notandum ergo quod detractor iniquus est in seipsum in proximum et in deum. In seipsum quia ipse querit festucas uidere oculos sibi eruit quando debet querere lumen alicuius boni exempli. Ipse sufflat in puluerem unde eius oculi excecantur. Greg. Quid aliud detrahentes faciunt nisi in puluerem sufflant et in oculos suos terram excitant. ut unde plus detractores conflant inde magis ueritatis non uideant. Iniquus est et detractor in proximum quem fetore peccatorum uult corrumpere. Iniquus et est in deum cui iudicium suum uult auferre. quod dicitur Luc. vi. Nolite iudicare et non iudicabimini. Detractor uult usurpare sibi quod ipse deus pater sibi non usurpat [illegible] iudicium. Pater enim non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. Io. v. Iniquus etiam est in deum cuius prouidentiam quantum potest conatur minuere. Bonos enim quos ex parte dei fuit asserit esse quando eos malos dicit. Sexto principaliter ualet ad detestationem huius peccati. Si ostendatur detractor exosus esse deo et hominibus ad quod pertinet illud eccl. xxi. Susurro coinquinat animam suam et in omnibus odietur. Et eccl. v. Susurroni odium inimicicia et contumelia. odium cordis. inimicitia operis contumelia uerbi. Et ad Ro. i. Detractores deo odibiles. Septimo principaliter ualet ad detestationem huius peccati quia detractor maledictus est a deo et abhominabilis hominibus. De primo legitur eccl. xxviii. Susurro et bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. De secundo legitur prou. xxiiii. abhominatio hominum detractor. Octauo principaliter ualet ad detestationem huius peccati pena qua dominus punit detractores. De pena ista legitur Num. xii. De maria sorore moysi quod leprosa facta est quia detraxit moysi. De pena etiam ista legitur Leu. vii. Quicumque comedit sanguinem peribit de populis suis. Item leu. xvii. Homo quicumque de domo israel et de aduenis qui peregrinantur inter uos si comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius et disperdam eam de populo suo. In sanguine delectari peccatum diabolicum uidetur esse. Unde detractores spirituales filii diaboli sunt qui sanguisuge uocantur. prou. xxx. Sicut enim detractores sanguinem peccati sic et diaboli. Nono principaliter ualet ad detestationem huius peccati si ostendatur quanta stulticia peccatorum laborat. De stulticia ipsorum dicitur prouerbiis. quod proprium est stulticie aliena uicia cernere sua obliuisci. Legitur enim in uitis patrum quod quidam frater inuentus est culpabilis et adductus est abbas moyses uehementia precum qui tollens secum sportam uetustissimam. impleuit eam harena et portauit eam. illis

De pena detractorum

De stulticia detractorum

u admirantibus quod hic esset dixit. peccata mea sunt post me currentia et non video illa et ve-
ni ego hodie aliena iudicare peccata. Sic detractor facit. peccata enim sua quibus totus ple-
nus est non videt. peccata autem aliena ante oculos suos habet. Decimo patet via ad detractionis fugam. sicut ostende-
batur quam dampnosum sit ecclesie dei. Notandum ergo quod detractor est ventus urens vineam domini
Ledens precipue in flore. Illi enim qui in vita bone vite non possunt morsus detractionum susti-
nere sed desistunt a bono incepto et sicut poma debilium candarum decuciuntur de arboribus
vento. Sic ventus detractionis illos a deo separat qui non dum firmiter ei adheserunt. Detrac-
torum quidam in se est universaliter tenebras vult facere in mundo isto sicut leguntur facte in passione domini
super universam terram. lucernas enim conatur detractor detractor extinguere dum viros sanctos
nititur infamare cum ergo tenebras suas faciat tamen ter in anno detractor gaudere tenebras
suas vellet facere. detractor tenebras amat et in tenebris ibit. Undecimo. patet via ad detractionis fugam.
hic quod peccatum est in spiritum sanctum. detractor enim impugnat graciam spiritus sancti dum conatur eam vel diminuere
vel ex toto suffocare. In hominibus illo unde dicuntur peccatum illud a spiritu sancto ad quem pertinet remis-
sio peccatorum. Duodecimo patet via ad detractionis fugam. hic quod dicit glosa. de peccato isto super i. Regum. xxiiij. Cum
detractionibus ne consenseris. hic spiritualis vicio predicatur totum pene genus humanum. Et notandum
quod cum omnibus debeat cavere quarumlibet personarum. precipue tamen a detractione prelatorum caveat vel spiri-
tualis. Unde Exodi. xxij. dicitur. non detrahes et principi populi tui non maledices. Et Genesis. ix. legitur
de Cham filio noe quod patris sui verenda detexit et ideo in semine suo maledictionem rece-
perit. Unde legitur ibi maledictus Chanaan puer erit servus servorum fratribus suis. Legitur
ij. Regum vi. de Oza quod a domino percussus est quia manum suam ad archam dei extendit per archam
in qua continebatur manna et virga Aaron et tabule testamenti figuratur prelatus in quo contine-
ri debet manna dulcis consolationis et virga correctionis. cum sancta discretionis ad quam archam
si detractor manum extendit illi detrahendo a domino percutietur. Gregorius. Multi. dicit. plus
vitam sacerdotum quam suam discusserunt in erroris foveam dilabuntur minus considerantes
quod non eos vita sacerdotum lederet. Sed huiusmodi bonus sacerdotum admonitionibus au-
rem acomodarent. Noverint illis qui possunt valere quantum peccatum detrahencium consequens est
ut ad tangendum de diversis speciebus detractionum. Notandum ergo quod super capitulo predicto. Detrahentem se-
creto proximo suo hunc persequebar. Distinguuntur triplex genus detractionis. Primum est ma-
lum dicere de alio. Secundum audita mala cum augmento referre. Tercium est libenter audi-
re. Nos autem possumus dividere detractionem. in vj. species. quarum prima est occulta mala
proximi publicare. Secunda est audita cum augmento referre. Tercia. crimina falsa
imponere. Quarta bona occulta negare. Quinta manifesta bona minuere.
Sexta est bona in mala convertere. De peccato eorum qui libenter detractiones audiunt

De diversis speciebus detractionum

Sequitur de peccato eorum qui libenter detractiones audiunt. Contra quod vitium. Primo possunt
valere verba sacre scripture que id dissuadent. unde dicitur Prov. iiij. Labia detrahentia
sint procul a te. Et ad Prov. xxiij. Noli esse in conviviis potatorum nec in comessationibus eorum qui
carnes ad vescendum conferunt. Et id xxiiij. Cum detractoribus non commiscearis. Et id Eccli. xx
viij. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. Quod autem peccatum sit pravum valde dicit
B. Qui detrahere vel detrahentem audire quid horum damnabilius sit non facile dixerim.
Sunt autem reprehensibiles illi qui libenter detractiones audiunt. Multis de causis. Primo propter
hoc quod videntes fratres suos a canibus dilacerari et non exterrent canes saltem clamo
ribus set prius cum sperent se posse proficere immo canibus applaudunt in quo potius se ca
nes quam homines ostendunt. Eccli. xiij. Que communicatio sancti hominis ad canem. Cum detractor
serpens sit ut prius ostensum est non videntur homines esse sed potius genimina viperarum qui
eas non exterrent qui lapides durarum increpationum non proiciunt quando vident fratres
suos ab eis morderi. Reprehensibiles etiam sunt qui libenter audiunt detractores quia illis
qui fratres suos comedunt salsam ministrant ad quam eos comedant. Hylaris enim vultum
ostendendo sunt quasi salsa morsus quia insipidus esset detractionibus. Jo. Nemo invito au
ditore libenter narrat. Prov. xxv. Ventus aquilo dissipat pluvias et facies tristis
linguam detrahentem. Reprehensibilis etiam est ille qui detractori consentit quia testis exceptione ple
no non iurato neque examinato contra absentem credit et frequenter testi unico contra id legis
divine. In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Immo quod plus est si unus
ribaldus detraxerit uni viro sancto et decem boni viri iurent contrarium potius credit illi ri
baldo simplici verbo testificanti contra virum sanctum quam decem bonis viris iurantibus pro
ipso. Reprehensibilis etiam est talis quia vere est sepulchrum patens. Unde fetor incessanter exalat potius
eligit esse contra dei voluntatem et ad suam damnationem quam recedendo inde obmutescere faci
at os detractoris. Si enim deesset auditor deesset et detractor. Reprehensibilis etiam est talis quia
noctue credit testificanti contra lucem quam naturaliter odit. De peccato eorum qui impatienter susti

Sequitur de peccato eorum qui impatienter tollerant eos qui sibi detrahunt. nent detractiones
qui valde caritati sunt. Valde enim utiliter serviunt eis si ipsi patienter sustinerent. De
tractores enim spine sunt viam inferni obstruentes viris sanctis. Unde Osee ij. Ecce ego
sepiam viam tuam spinis. Ipsi etiam sunt vigiles civitatem ecclesie custodientes ad modum vi
gilum qui grande tinnientes. Ipsi etiam depascunt segetes domini ne in paleas luxurient et pau
ca grana habeant. Ipsi sunt lime a vasis glorie rubiginem auferentes. Sed sunt quedam vasa
maledicta que a limis illis assumunt rubiginem. Unde debent recipere pulchritudinem detrac
tores a filiis dei quia quodam rasorio peccatum elationis eradunt. Unde Greg. Predico lavat

dūas linguas detractorꝫ ī electos. ut sicut ī eis elacōnis surrexerit lingᵃ detractoris cecidat.

Sequitᵘʳ de pc̄to adulacōnis. de quo hꝫ m̄ dicenᵈ. **De peccato adulationis**

primo ponenᵈ ea q̄ ad detestacōne͡ huᵘˢ pc̄ti possūt ualē. Scd̄o tangenᵈ de reme
dijs q̄ pc̄ām istud. Notand͛ ē q̄ adulacō sic̄ q̄dā dixit est pulcra laudatio. Vn̄ nom̄
laudacōnis ⁊ adolacōnis eisdē ueꝛꝫ gstat ꝫ nō eodē m̄ ordinatis. Scd̄m tullium
ū nom̄ a sono sumptū. Canes ē quoꝝ ē ī ira adulacō sicut expmūt istū sonū. Ad
detestac̄ ū huᵘ pc̄ti. Primo possūt ualē uerba sacre scrīpē q̄ ē dissuadent. hec est illᵈ
exo. xxx. hoc oleū unctōnis scm̄ erit m̄. Jnguatōnes uiras caro hoīs n̄ ungetᵘʳ
ex eo ⁊ sub diᵘᵉ paulo post. hō q̄cūq; tale cū posuerit ⁊ dedit ex eo alieno exter
minabitᵘʳ de pplō suo. Oleū istud laus est q̄ debet deo dari nō hoī uiuenti. Itē leuit̄.
ii. mel n̄ adolebit ī sacrificio dn̄i. Jn melle dulcedo adulacōnis ītelligitᵘʳ. Itē dissua
detᵘʳ hꝫ uiciū. exo. xxiiij. Non coques hedū ī lacte matris. adulator hoīem dūni
quē dyaᵘˢ frangere n̄o ꝑ ī lacte adulacōnis coq̄t ut dyaᵒ gmestibil' fiat. Itē pu͛.
xxiiij. Ne lactes quēq̄ labijs tuis. ⁊ Jnecᶜᵒ. an̄ morte n̄ laudes quēq̄. Scd̄o possᵗ
ua. ad de. hᵘ pc̄ti exempla. ꝑ paupe ex. xp̄i. de q̄ dicit Glo. sup ... .xxij. Et relictis
illis abijt foras ex ciuitate q̄ paup erat nulli adulatus. ubi n̄ ī tanta urbe ī
uenit hospitem. Sꝫ apud lazarū receptus ē a pl̄is ⁊ dicit de se. j. ad tess. ij. neq;
aliqū fuim̄ ī sermone adulacōnis sicᵘᵗ scitis neq; ī occ̄one auaricie de᷑ testis est.
Tercio ꝑ ua. ad de. hᵘ p. si adulatorē uł adulacōnē diuisis gi͛bꝫ rerū gpemus.
Notand͛ ē q̄ adulator nutrix dyaˡⁱ est. filios dyaˡⁱ lactans lacte adulacōnis. Vn̄ pu͛.
Si te lactauerint peccatores n̄ adq̄es eis. Item. pu͛. xvj. Vir iniq̄ lactat amicū suū
⁊ ducit eū ꝑ uiā nō bonā. ⁊ treṅ. iiij. lamie nudauerūt mamas. Lactauerūt catu
los suos. lamia ē bestia sius fetibꝫ crudelior q̄m cetē bestie. Vn̄ lamia. q. lania
appellatᵘʳ. q̄ catulos suos credit' laniare. Vn̄ b̄n sign̄ adulatorē q̄ ī ueritate eos
laniat q̄s uᵗ lactare. Jd͛ aū gpatᵘʳ adulacō lacti ut ostendatᵘʳ uerecundū ēē hoī ad
ulto. adulacōnē amare. Sic̄ uerecund͛ est hoī barbato ad mamillas matrinas pend̄.
adulator ad modū nutricis filios dyaˡⁱ. obdormire facit ī pc̄cis. ⁊ sic̄ nutrix casū pueri
ad ei' gsolacōnē saltū interpretatᵘʳ. Sic adulator p̄um ei' magn̄ n̄ adulatᵘʳ. q̄ ī ueritate
casus ē asserit ēē opus magnificū. Adulatores egyptie mulieres sūt. quarū mamil
las moyses respuit. Itē adulatores locuste sūt comedentes residuū grandinis. exo.
x. Locusta estate cantat. hyeme silet. Vn̄ recte sign̄ adulatores q̄ eos laudant qui
hn̄t estatē ꝓspitatis. a laude ū eoꝝ silent qui hn̄t hyemē aduersitatis. Vn̄ ecc. xiij.
Diues locutus est ⁊ om̄s tacuerūt ⁊ u͛bū ei' usq; ad nubes pducūt. Jn grandine ū

de his qui adulatori cooperantᵘʳ

psecutor ītellitᵘʳ

tas a parte parebit. Tertiu͂ remediu͂ ẽ ut ho͂ subtilit͛ discernat adulatorē omē eu͂ q̄ sibi loquit͛ neveritu͂dabit͛ ẽ cu͂ cognoscet se puilem reputari ab eo q̄ sibi lac adulationis ꝓpinat vn̄ socrates tandam sibi adulanti dixit. Sil ꝓficias adulator cu͂ te īntelligā. Quartu͂ Remediu͂ ẽ q̄ ho͂ t͛rrẽm faciẽ adulantibȝ ostendat. Talis ẽ facies eos fugat. sic̄ hylaris faciẽs eos multiplicat. vn̄ ꝓu͂. xxv. Princeps q̄ libent͛ audit u͂ba mēdacij omēs ministros habebit impios. Remanere u͂ lac adulationis mistu͂ est acceptu͂ p͂ti celesti q̄ figuratu͂ ẽ Gen͂. xxi. V legit͛ abraha͂ fecisse grāde cōuiuiu͂. In die ablactationis ysaac. De pc̄cō maledictionis

Sequit͛ de pc̄cō maledictionis. maledictionē u͂ hic intelligo mali imprecationes q̄ q̄ pc̄cm̄ possūt uale͂ p̄ u͂ba sacre scripture q̄ d͛ dissuadent ut est illd͛. ad Ro. xij. Benedicite et nolite male͂ d͛. ij. pe. iij. Non reddentes malu͂ p̄ malo ul͛ maledictu͂ ꝓ m͂. Scd͂o uale͂ possūt ad h͛ exempla. sicut ẽ istud q̄ legit͛ de dn̄o chr͛o. j. pe. ij. q̄ cu͂ malediceret͛ nō maledicebat. Et illd͛ ap͂li. Maledicimur͛ et benedicimus. Tercio po. ua. q̄ h͛ pc̄cm̄. Si ostendat͛ multa mala q̄ sequūt͛ ex eo. Primu͂ malu͂ ẽ amissio regni celorum. vn̄. j. ad cor. vj. Neq̄ maledici neq̄ rapaces regnu͂ dei possidebūt. Aliud malu͂ q̄ frequent͛ maledictio q̄m̄ aliquis facit sup͂ caput maledicentis reuertitur. vn̄ ꝓu͂. xxvj. Sic auis ad alta transuolans et passer q̄libȝ uadens. sic maledictum frustra ꝓlatu͂ ī quēpiam supueniet. Id͛ aūt d͛ frustra ꝓlatu͂ q̄ ẽ maledictum iuxta diuinā iusticiā ꝓlatum. ut est illd͛. act. viij. Pecunia tua tecu͂ sit ī ꝓditionē et tale maledictu͂ uenit sup͂ illu͂ q̄ maledi͂r. maledictum u͂ sic ꝓlatu͂ uenit sup͂ eu͂ q̄ maledicit. vn̄ ecc͂. xxvij. Qui ī altu͂ mittit lapidem sup͂ caput eius cadet. et Gen͂. xxvij. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. In ps͂. Maledicent illi et tu benedices. et m͂. v. Beati estis cu͂ maledixerint uob͂. Quarto po. ua. q̄ h͛ pc̄cm̄. h͛ ostendat͛ puersitas eorum q̄ male agentibȝ maledicūt cu͂ ẽ illi q̄ male agūt infirmi sunt cōpaciend͛ eēt eis et ꝓ eis orand͛ u͂ eēt malu͂ imp͂cand͛ eis cu͂ plus mali h̄eant q̄ expediret. Quinto po. ua. q̄ h͛ pc̄cm̄ h͛ q̄ maledicere adeo est illicitu͂ q̄ et nō ẽ licitu͂ maledicere dyabolo. vn̄ ecc͂. xxij. Du͂ maledicit impius dyabolu͂ maledicit ipse aīam suā q̄ duplr͛ intelligi p̄t uno modo. sic cu͂ impius maledicit dyabolum. i. cu͂ dicit eu͂ maledictum et cōtempnat tu͂ ipse maledicat aīam suā. i. dampnatā et maledictam ostendit cu͂ maledictum imitet͛ vn̄ ad Ro. ij. In excusabilis es o ho͂. Omis q̄ iudicas. In q̄o ẽ iudicas. aliu͂ teipm̄ cōdempnas alio m͂ sic intellige. Cu͂ impius maledic͂ dyabolo. i. malu͂ optat dyabolo. Ipse maledicat aīam suā. i. maledictioni culpe et pene se subicit. Cu͂ ẽ dyabolus sit creatura dei pc̄cm̄ ẽ ei malu͂ optare vn̄ ī canonica iude u͂ legit͛ q̄ cu͂ michael cu͂ dyabolo disputans altercaret͛ de moysi corpore nō est ausus iudiciu͂ inferre blasphemie. Sȝ dixit impet sibi dn̄s. dic͂ Glo. Sbriciq̄ uel quanq̄ h͛ altercatio angeli facta fuit cu͂ dyabolo. h͛ diligent͛ inuendu͂ ẽ q̄ si michael archan

persecutor intelligitur. Locusta est residuum studium comedit quod scilicet Gregorius. Quem persecutio frangere
non vincit vincit adulatio pervincit. adulatio deterior videtur esse detractione quia detractio humiliat
hominem. Sed adulatio extollit. adulatores et vinee sunt propter loquacitatem. Unde in ps. et dedit eruca eorum vi
nas in pe. ce. ip. adulatores sunt serene usque ad interitum dulces secundum Boecium. Item sunt adulatores diaboli
nutrientes diaboli et aliquorum civitatum. Unde Osee vii. In malicia sua letificaverunt regem. Ipsi etiam sunt sacerdo
tes diaboli homines vivos sepelientes. Unde Matthei viii. Dimitte mortuos sepelire etc. De quo verbo loquitur Gregorius dicens
Tunc mortuus mortuum sepelit cum peccator peccatorem aggere adulationis premit. adulator est echo quia
conformans se ei cui adulatur. Si enim riserit ridet. Si fleverit flet. Sap. xvii. Resonans de montibus
echo. Similiter ipsi sunt quasi camaleon quod scilicet solum aere est de aere vivens quod colorem habet varium et in
momenta mutabilem. in ut cui rei se coniungit ei concolor fiat. Item sicut incantatores diaboli qui faciunt
hominibus de se credere quod ipsi volunt. adulator homines prorsus insanos exultans facit. quidem non est quod
credere de se non possit cum laudatur. Iob equa [illegible]. Item adulator qui sub pretextu decorandi tornandi
hominem sigillat. Unde ad eum potest dici. Sicut novacula acuta fecisti dolum. Adulator est proditor est sub
specie osculi ad modum Iude hominem tradit hostibus suis et sub specie amicicie hominem interficit. Unde
recte signatur per Ioab qui sic legitur ii Re. xx. Dixit ad Amasam. Salve mi frater et tenuit manu
dextera mentum Amase quasi osculans eum et percussit eum in latere et mortuus est. adulator oleo com
paratur. Unde ps. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. De quo oleo diabolus ungit suos qui in certamine laborant
in oleo et ungit diabolus homines quos flectere non potest ut ad malum eos molliat. Unde Augustinus. oleum est falsa
laus adulatoris que mentes a rigore veritatis emollit ad noxia. adulatio etiam mel est. Sed toxica
tum est. Et alia sagitta aurea et ideo non curant si ab ipsa ledantur. Est etiam ventus qui levis videtur tamen subfert
montes de regno dei in regnum diaboli. Item est rethe diaboli in insidiis. Unde prov. xxix. Qui blandis fictisque
sermonibus loquitur rethe expandit pedibus suo. Quarto potest via ad decimum potest. Si ostendatur quantum
sit nocivum homini ad quod pertinent verba sacre scripture que secuntur super ea. Quoniam laudatur peccator in
desideriis anime sue. Dicit Augustinus. Hec est ira dei magna ut desit correctio et assit adulatio. adulan
cium lingue alligant animas in peccatis. delectat enim hominem ea facere in quibus non solum non me
tuitur reprehensor sed etiam auditur laudator. Et super illud Luce vi. Ve vobis cum benedixerint vobis homines. Dicit
Gregorius. Magna pars pene est peccatori sua scelera non ut non arguantur. Sed insuper quod bene gesta
laudari. Et super illud Deus in adiutorium etc. Dicit Augustinus. Plus nocet lingua adulatoris quam manus
persecutoris. Et proverbiorum xxvii. Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta odien
tis oscula. eccl. vii. Melius est a sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi. Et ysa.
iii. Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te deceperunt. Item ysa. ix. Erunt qui beatificant populum
istum seducentes et qui beatificantur precipitati. adulator ducit eum cui adulatur quasi ad super
cilium montis ut inde precipitetur sicut iudei dicuntur fecisse de domino. Luce iiii. Item prov. xi. Si

gelus gregorius sibi adversanti blasphemiam dicere noluit. sed modesto eum sermone cohibuit quanto magis
hominibus omnis blasphemia est cavenda. Item Glo. gregorius in substancia bonus sed in voluntate malus et tamen ab angelo
non blasphematur quia aliquid proferre adversus bonam naturam blasphemiam reputavit archangelus. Simile
habetur Zach. iii. ubi sic legitur. ostendit michi dominus Ihesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini et sathan
stabat a dextris eius ut adversaretur ei. et dixit dominus ad sathan increpet in te dominus sathan qui elegit ierusalem
Precipue vero cavendum est parentibus a maledictione filiorum quia ille maledictiones magis nocere solent
ecc. iii. Benedictio patris firmat domos filiorum maledictio autem matris eradicat fundamenta
valde impium est quia aliquis malum optet filio quod non licet ei optare gregorius. De peccato convicii. Adon
Deinde queritur de peccato convicii a quo peccato primo debet cohibere lingua quia convicium multum vulnerat cor
eius cui dicitur. unde ecc. xxviii. flagelli plaga livorem facit plaga lingue comminuet ossa. Io.
Sicut homo cavet ne aliquem percutiat baculo. sic cavere debet ne eum percutiat convicio. Secundo debet cohi
bere a convicio quia convicium caritatem seu amiciciam destruit. que est tanta excellencior. unde ecc. xxii.
Mittens lapidem in volatilia deiciet ea sic. Qui conviciatur amico dissolvit amiciciam. Tercio debet
cohiberi a convicio quia non de facili fit concordatio post convicium dictum. unde ecc. xxii. ad amicum et si produxeris
gladium non desperes. est enim regressus ad amicum. Si aperueris os triste non timeas. est enim
concordatio excepto convicio et improperio. et superbia et misterii revelatione et plaga dolosa. iiii.
debet cohiberi a predicto convicio quia homo assuetus huic peccato vix corrigitur. unde ecc. xxiii. homo assuetus
verbis improperii. in omnibus diebus suis non erudietur. Quinto debet cohiberi a convicio quia hic qui conviciatur
dicit frequenter convicia audivit. unde sapiens qui profert de re quod vult audiet quod non vult. Prov. xiii. In
pulvis confundit et confundetur. Prov. xxvi. Qui volvit lapidem revertetur ad eum. Sexto debet cohiberi a convi
cio quia convicium dignum facit hominem morte eterna. unde Matth. v. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit
gehenne ignis. Septimo debet cohiberi a convicio quia dicere convicium libenter homini signum est impietatis
et magne perversitatis. unde Prov. x. labia iusti considerant placita et os impiorum perversa. ex habundancia
cordis os loquitur. vitiosum est cor. unde frequenter exit convicium et indubitanter rusticus est qui rusticita
tem libenter dicit quia valde perversus sit qui convicium dicit. ex hoc super patere. quia aut convicium quod ipse dicat
est malum pene aut malum culpe. Si malum pene est cum malum pene adeo sit ipse dicendum ob
probrium homini exprobrat eius creatori. unde Prov. xvii. Qui despicit pauperem exprobrat factori eius. Si vero
est malum culpe gregorius. cum gaudere de hoc quod alius in culpam ceciderit. Levit. xix. Si habitaverit advena in terra
vestra et moratus fuerit inter vos non exprobretis ei sed erit inter vos quasi indigena. advena
est homo qui magnus peccator non fuit cui peccatum suum exprobrandum non est. unde ecc. viii. Ne despi
cias hominem avertentem se a peccato neque improperes ei. memento quoniam omnes in corruptione sumus.
Specialiter autem cavendum est ne convicium correctioni admisceatur sicut faciunt quidam qui sub specie cor
rectionis conviciantur hominibus. unde ecc. xix. est correctio mendax in ore contumeliosi. Vere ...

Quod convicium non est admiscendum correctioni

mulator ore decipit amicum suum. Quarto principaliter ad detestationem huius peccati. Si ostendatur adulator esse maledictus
abhominabilis et detestabilis. Ad primum pertinet illud Ysa. v. Ve qui dicitis bonum malum. Alia littera. Ve
qui dicitis malo bonum est. Et in eodem. Ve qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti aufer-
tis ab eo. Et subditur pena propter hoc sicut stipulam devorat flamma ignis et calor flamme exurit. sic
radix eorum quasi favilla erit. Item Eze. xiii. Ve que consuunt pulvillos sub omni cubito manus
et faciunt cervicalia sub capite universe etatis quandoque quia in aliquo peccatore fatigatus est et vult
converti in eo. Sed venit maledictus adulator et appodiat eum exemplis malis et fortitudine
ille qui peccat. quasi parietem facit inter se et deum sed absque temperamento est et cito corrueret. Sed adulator
linit eum ut fortior sit. Unde Eze. xiii. Ipsi edificabant parietem illi autem liniebant luto absque pa-
leis. Dic ad eos. Qui liniunt absque temperamento quod casurus sit. Ad hoc vero quod adulator detestabilis
sit pertinet illud Prov. xxiiii. Qui dicunt impio iustus es maledicent eis populi et detestabuntur eos
tribus. Ad hoc quod abhominabilis sit pertinet illud Prov. xvii. Qui iustificat impium et qui condempnat iustum
uterque abhominabilis est apud deum. Ad idem pertinet quod dicitur super Luc. xvi. ubi agitur de divite et la-
zaro quod pauper in lingua cruciatur. lingua adulantium que vulnera lingunt. dum mala que in nobis repre-
hendimus impio favore laudant. Lingua enim ista que vulnera lingit indubitanter abho-
minabilis est. Sexto principaliter ad detestationem huius peccati. Si ostendatur magna stulticia qua laborat
adulator. Est autem una stulticia ipsius hoc quod ipse laudat hominem sibi ipsi. quasi vellet eum
vendere sibi. Unde quidam dixit cuidam adulanti sibi. Quid me tam laudas numquid inven-
dere me vis. Alia stulticia eius est quod ipse homini adulando ut gratiam eius acquirat quam tamen me-
lius inveniret si veritatem ei diceret. Unde Prov. xxviii. Qui corripit hominem gratiam postea in-
veniet apud eum magis quam ille qui lingue blandimentis decipit. Et eisdem xxiiii. Labia deoscu-
labitur qui recta verba respondet. Et Iudicum. Qui arguunt laudabuntur et super eos veniet benedictio. Hoc est
id quod precipue deest divitibus et potentibus videlicet qui verum eis dicat. Unde Seneca. Monstra-
bo omnia que quod possidentibus desit. scilicet qui verum dicat et hominem inter mentientes stupentem. vel
per vetitis blanda audientem ad verum perducat. Ideo dicitur illis non quod velint audire sed quod
velint semper audisse. De Remediis contra peccatum istud.

Sequitur de Remediis contra peccatum istud et possunt esse iiii. que hic notantur. Primum est ut qui
venit adulationis flatu. homo ad cavernam descendat id est quod infimum est et vilissimum. Ipse con-
sideret et dicat. quam tu illum [illegible]. Aliud remedium est memoria mor-
tis quod remedium figuratum est Exo. x. Ubi legitur quod oravit moyses dominum qui flare fecit ven-
tum ab occidente vehementissimum et arreptam locustam proiecit in mare rubrum. In locustis
adulatores intelliguntur quas ventus veniens ab occidente proicit in mare dum memoria
mortis eos fugat quia vanas hominum laudes contempnit qui de morte sua cogitat quam veri-

dax est tal' correctio. Conueniens e' se correptione cu' peccator sit coniuncta. Tullius in tractatu de amicicia
monere et moneri e' officium uere amicicie. Ita tamen q' adulatione careat a monitio et contumelia
obiurgatio. Et prou. xv. Qui suauis est lingua in moderationibus et admonitionibus suis relinquit
contumelia' ho mansuetus moderate corripit et sic uitam dicitur sue seruat. Ho iracundus immoderate
corripiendo ipsam perdit uitam. Cauendum e' ab immoderata et immansueta correctione. Nisi enim
ho caueat sibi ipse ignem incendit que' debuit extinguere et occidit que' debuit sanare et te
netur de dampno q' ubi ab eo incaute plagatum fecit. ad primum pertinet il. eccl. viii. Ne incen
das carbones peccatorum arguens eos. Ad secundum pertinet il. prou. xv. lingua placabilis lignum uite. que autem im
moderata conteret spiritum. lingua mansueta lignum seu arbor uite e'. Occidit enim uitam spiritualem e' illius
qui corripit lig. lingua immoderata conterit spiritum tam corripientis quam eius qui corripitur. Ad tertium
pertinet il. exo. xxii. Si egressus ignis inuenerit spinas et comprehenderit aceruos frugum siue stan
tes segetes in agris reddet dampnum qui ignem succendit. q' de igne ire per intelligi cuius dampnum
tenetur reddere qui uerbo incauto illud succendit. De peccato contentionis et q' debent homines cohibere ab illo p.

Sequitur de peccato contentionis a quo peccato primo debet cohibere homines il. q' peccatum istud diabolicum
est. Vnde dicitur Michael est similis actibus demonum q' litigare. Vnde seruos dyaboli non dei se osten
dunt qui litigant. ii. ad thi. ii. Seruum domini non oportet litigare sed mansuetum esse ad omnes.
Item apostolus. Si quis uult contentiosus esse. nos talem consuetudinem non habemus. Secundo debet hominem co. a
contentione il. q' separare se a contentione honorabile est. Vnde prou. xx. honor e' homini qui separat se
a contentionibus. contendere non ignominiosum e'. Ieron. contumeliosum e' litigare. Tertio debet ho. co. a
contentione il. q' litigare signum e' superbie et stulticie et prauitatis et malicie. ad primum
pertinet il. prou. xviii. Labia stulti miscent se rixis. et il. xx. omnes autem stulti miscentur contu
meliis in uerbo miscendi q' commixtio est inseparabilis uno. Intelligitur q' stulti a contentione
ne separari non possint. Ad secundum pertinet il. prou. xvi. Homo peruersus suscitat lites. et xxvi.
Sicut qui apprehendit auribus canem. Sic qui pertransit impaciens et commiscetur rixe alterius. Ad quar
tum pertinet il. prou. xvii. Semper iurgia querit malus. angelus autem crudelis mittetur contra eum hoc
erit in morte quando angelus malus ad eum ueniet ut eum deducat in infernum. uel angelus ma
lus per intelligi aliquis ho malus ad eum missus. Vnde dicitur uulgariter. Iste est malus sed quemque
inueniet parem suum. Quarto debet co. a contentione il. q' multa mala inde proueniunt. Vnde
eccl. xxii. ante ignem camini uapor et fumus ignis exaltatur. Sic est ante sanguinem male
dicta et contumelia. Et infra. et xi. eodem. a scintilla una augetur ignis. et xxviii. Cer
tamen festinans incendit ignem et lis festinans effundit sanguinem. Quinto de. co. a conten
tione il. q' abstinere ab ea magni meriti e'. Vnde legitur. In uitis patrum q' orante macha
rio uox insonuit ad eum dicens. nondum ad mensuram duarum mulierum peruenisti que habitant

in prima ciuitate atque quaesisset Macharius intus ciuitatem conuersationem earum ab ipsis dixerunt quod erant uxores duorum fratrum et per xl annos simul fuerant nec umquam aliqua earum aliam dicto uel facto contristauerat et statuerunt in corde suo non usque ad mortem ultimum inter se se celare non loquentes et habentes intrasse religionem si uiri earum permisissent. Vitas patrum. Earum in quibus consiliebatur multum harum mulierum erat scilicet quod lites non habuerunt ad inuicem. Animi non innocens nesciret litigare. Vnde legitur in Vitis patrum quod duo senes erant in una cella qui numquam habuerunt litem inter se. Dixit autem unus: faciamus litem inter nos et ponamus laterem in medio et uterque dicat quod suus est quia nescimus quid sit contentio. Cum posuisset laterem unus dixit meus est. Alter respondit: ego spero quod meus est. Cum autem primus diceret non est tuus sed meus, alter respondit: Si tuus est tolle eum. Et sic non inuenerunt materiam litigandi. Et licet uniuersaliter declinanda sit contentio, precipue tamen cum v personis. Prima cum homine potente. Vnde Eccl. viii: Non litiges cum homine potente ne forte incidas in manibus illius. Et cum homine locuplete. Vnde Eccl. viii: Non contendas cum homine locuplete ne forte contra te constituat litem. Multos enim perdidit aurum et argentum. Et cum homine linguato. Vnde Eccl. viii: Non litiges cum homine linguato neque struas in ignem illius ligna. Et cum homine iracundo non facias rixam. Item cum propria uxore. Ex quo enim aliquis incipit litem habere cum propria uxore numquam habebit requiem. Prou. xix: Tecta perstillantia et litigiosa mulier comparantur. Qui in domo perstillante est quamuis uult declinare stillicidium in uno loco inuenit illud in alio ita quod non inuenit sibi requiem. Sic uir et uxor quietem non inueniunt ex quo inceperint esse litigiosi et ualde male est eis quantascumque delicias alias habeant. Vnde Prou. xvii: Melior est buccella sicca cum gaudio quam plena domus uictimis cum iurgio. Et licet de nulla re litigandum sit, precipue tamen non est litigandum de re que hominem non molestat. Vnde Eccl. xi: De illa re que te non molestat ne certaueris. ls.

De personis cum quibus precipue declinanda est contentio

De peccato derisionis.

Sequitur de derisione quam mali faciunt bonis de qua breuiter pertransimus cum de ea dictum sit in tractatu de accidia in capitulo de uerecundia. Illud solum addentes quod legitur Neemias dixisse ii Esdre iiii ca. cum Tobias Ammanites irrideret iudeos edificantes dicens: Si ascenderit uulpes transiliet murum eorum lapideum. Audi inquit Deus noster quia facti sumus despectui. conuerte obprobrium super caput eorum et paulo post subdit: Ne operias iniquitatem eorum et peccata eorum coram facie tua non deleantur quia irriserunt edificantes.

De peccato praui consilii et quod debent homines ab hoc peccato cohibere

Sequitur de peccato praui consilii a quo peccato debent homines cohibere se quod prauus consiliarius proditor est. Decipit enim eum qui in eo confidit. Si eum qui ab eo consilium petit quod non est prauum. Vnde Prou. xxvi: Sicut noxius est qui mittit lanceas et sagittas in mortem ita uir qui fraudulenter nocet amico suo. Item de ho. co. ab hoc peccato quod praui consiliarii quasi omnia mala faciunt. Sic tamen ut non fecisse uideantur. Ipsi dant palmas in faciem Christi. In umbris eius...

cognita· specialiter autem cavere debemus a voto indiscreto ne forte voveamus quod implere nolumus
In quo mirum possunt aliqui claustrales qui vovent ea que sciunt se non impleturos. In quo et ali-
qui mirum possunt qui suscipiendo sacros ordines continentiam promittunt quam tamen non proponunt
servare quod valde periculosum est. Unde prov. xx. Ruina est homini devorare sanctos et de voto suo
tractare et post votum retractare. Et eccl. v. Melius est non vovere quam post votum promissa non reddere.
Item in eodem Si quid vovisti deo ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis et stulta promissio. De
Sequitur de verbo ocioso. Notandum ergo quod verbum ociosum ut secundum verbo ocioso quid sit verbum ociosum.
sonum est quod sine utilitate loquentis dicitur aut audientis. Verba non scurrilia et turpia
non sunt computanda inter ociosa. Unde Jer. Qui scurrilitate replicat et cachinnis ora dis-
solvit et aliquid profert turpitudinis non ociosi sermonis sed criminosi reus tenetur. Multa enim sunt
que deberent homines cohibere a verbis ociosis. Primum est hoc quod est viri iusti celum sit os eius porta celi est. Et ideo
aperiendum non est absque magna causa. Legimus celum ad litteram nusquam apertum fuisse. Sed nunquam
hoc legitur quando aliquid mirum subsecutum sit. Legitur in ps. Et ianuas celi aperuit et subditur. Et pluit
illis manna ad manducandum. Legitur etiam in Luc. quod Ihesu baptizato et orante apertum est celum et subditur quod
descendit spiritus sanctus. Vox etiam patris audita est. Item cum beatus Stephanus lapidaretur aperti sunt celi et vidit
Ihesum stantem a dextris dei et gloriam dei. Sic quando porta celi spiritualis aperitur scilicet os viri iusti debet
exire inde vel manna vel verbum dulcis consolationis vel verbum quo gratia spiritus sancti datur vel verbum
quo Christus et ipsius gratia hominibus ostendatur. Sed de quibusdam cum os aperitur quod exeat manna exit potius
vana aliquid scurrilitatis. Secundo debet homines cohibere ab ociosis verbis hoc quod lingua calamus est spiritus sancti. Unde
ps. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Solent offendi scriptores quando calamo eorum aliquid inutile scribi-
tur et perficiunt. Sic spiritus sanctus quandoque linguam illam repellit que verbis ociosis se exposuit. Ter-
cio debet homines cohibere a verbis ociosis hoc est quod loquela nisi in solis ratione habentibus invenitur. Unde patet se da-
ta est loquela ratione. Et ideo sine ratione fieri non debet. Quarto vero debet homines cohibere a verbis ociosis hoc
quod omnia verba ad examen divinum venient. Unde Mt. xii. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines
reddent rationem in die iudicii. Eccl. ultimo. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato
etc. Et dicit Glo. quod de verbo ignoranter prolato. Unde debent verba nostra examinari hic ut postea examen
possimus evadere. Quinto debet homines cohibere a verbis ociosis hoc quod homo est velud castrum obsessum undique.
Unde in ps. Inimici mei animam meam circumdederunt. Os vero hominis porta est per quam istud castrum vel
tradens captum est. Ideo porta ista diligenter est custodienda et non ad usus inutiles aperienda.
Sexto est hoc quod thesaurus magnus est in homine. Unde apostolus. Thesaurum habemus in vasis fictilibus. Ideo
qui thesaurum non vult amittere os suum clausum diligenter debet custodire. Septimo. Utilitas
magna que ex verbis potest provenire verbo uno per hominem in oratione regnum eternum tenetur. Item uno
verbo potest dari occasio salutis pluribus animabus. Unde ex magna corruptione provenit hoc quod homo ocio-

Quarto notandum est quod in multiloquio non deerit peccatum ut legitur Proverbiorum x. Qui multis utitur verbis ledit animam
suam et in Ecclesiastico. In multis sermonibus invenietur stultitia. Quinto est quod multiloquium signum est stul-
ticie. Unde in Ecclesiastico. Stultus verba multiplicat. Et Proverbiorum xxix. Totum spiritum suum profert stultus. Sexto
notandum est quod in psalmo legitur. Vir linguosus non dirigetur in terra. Septimo notandum est quod frequenter est ibi curiositas. Sicut
multum est de palea frequenter parum est de grano. Proverbiorum xix. Qui multa verba sectatur nichil habebit. Octa-
vum quod magna utilitas est in cavendo a multiloquio. Unde Ecclesiastico xx. Qui odit loquacitatem extinguit
malitiam.

De peccato turpiloquii.

Sequitur de turpiloquio quod peccatum
dissuadet nobis apostolus ad Ephesios v, dicens: Fornicatio autem et omnis immundicia aut avaricia
nec nominetur in vobis. Sic decet sanctos aut turpiloquium. Ab hoc peccato multum debemus cavere quia hoc peccatum
est turpitudo in ore et multum indecens est immundicia. Preterea turpiloquium proximum corrumpit. Unde
i. ad Cor. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ii. ad Thi. ii. quorum sermo serpit
ut cancer. Corrumpit et turpiloquium ipsum qui turpiter loquitur invitando turpia opera non abhorre-
re. Seneca. Turpia ne dixeris. Paulatim enim per verba pudor dediscitur.

De scurrilitate et de risu.

Sequitur de scurrilitate que a stultis curialitas dicitur id est iocularitas que dicitur eo. lo. a. f. vi.
sic dicit Glosa super epistolam ad Ephesios. Contra quod peccatum plura possunt valere verba sacre scripture
que id dissuadent ut est ad Ephesios v. Fornicatio et omnis immundicia aut avaricia nec nominetur in
vobis sicut decet sanctos aut turpiloquium aut stultiloquium. Et ii. ad Thes. iii. Audivimus quosdam inter nos am-
bulare inquiete nichil operantes sed curiose agentes. Hiis autem qui eiusmodi sunt denunciamus et
obsecramus in domino Ihesu Christo ut cum silentio operantes panem suum manducent. Secundo preterea valet contra
hoc peccatum. Dicitur dulcis gravibus venenum competit. Notandum etiam quod scurre sunt velud capre vel
symie cum quibus ludit diabolus et homines excitat ad risum. Capra animal fetidum est et symia animal de-
forme. Sic tales valde fetidi sunt et valde deformes. Ipsi etiam sunt fures dampnosissimi. Quia
est quod nichil est preciosius in vita ista. Item tristicia hominibus furantur. Ipsi consolatores sunt eorum qui la-
borant in servicio diaboli. Ipsi relevant illos retrectationibus laborem eorum qui vadunt viam in-
ferni ne deficiant in via. Ipsi etiam faciunt obdormire homines in peccatis ut a diabolo deferantur
in infernum et non excitentur. Tertio preterea valet contra hoc peccatum si ponantur ea que sacra scriptura dicit
de risu huius temporis ad quem verba scurrilia excitant. Notandum etiam quod risus huius temporis error est.
Unde Ecclesiastes ii. Risum reputavi errorem. Est etiam velud quedam ebullitio stultitie. Unde in Proverbiis xv.
Os fatuorum ebullit stultitiam. Hec autem ista ebullitio ad ignem prave concupiscentie stultitia suf-
flante ignem illum vento vanitatis introcluso. Risus autem talis est velud sonitus spi-
narum sub olla crepitantium. Unde Ecclesiastes vii. Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla sic
risus stulti. Item risus talis est velud quedam nuncia stulticiam cordis exterius innuens.
Unde Ecclesiastico xix. Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enunciant de illo. Item
risus talis maledictus est. Unde Luc. vi. Ve vobis qui ridetis nunc quia lugebitis. Ex hiis
satis manifestum est quanta sit fatuitas scurrarum qui ad risum talem excitant. Item
notandum quod est risus invidie, risus perfidie, risus insanie, risus vanitatis pure
et risus prudentie. De risu invidie loquitur poeta describens: Invidia risus abest
nisi quem fecere dolores. De risu perfidie legitur Proverbiorum x. quasi per risum stultus operatur scelus.

ꝓphiza nobis xp̄e quis ē qui te percussit ut legit' fem fuisse. Mt. xxvi. Cu dn̄s capt' teneret'
q. dn̄s ignorare posset astutias eorum dū sep̄tū sit. Job. xii. Ipse nouit decipientē et eū
q decipit'. Tercio de. ho. co. ab h. p. qr consiliari' prauus ī consiliū q ipse uult dare g̃ alios
p dat g̃ se ipsum. istud e' h̄r iusticie. dicit' ī iusticia qr quicq uult noce alij. p̄ nocet
sibi. Omnis laqueus deceptionis p̄ capit eū q tetendit. ois gladius p̄secutionis spūalis. p̄mo
transuibrat eū q eo utitur. Vn̄ eccl. xxvii. Qui fodit foueā incidet ī eam et q statuit lapidē
ꝓximo offendet ī eo et q laqueum alio ponit p̄ibit ī illo facienti neqissimū consiliū. Sup ipsum
deuoluetur et nō cognoscet unde ueniat illi. Prou. xxvi. Qui fodit foueā incidet ī eā et q uol
uit lapidē reuertetur ī eū et ipse. lacū aperuit et effodit. h' est figuratū p. Re. xvii. In h qr Go
lias ꝓprio gladio decapitatus est. et Hester. vii. In h qr aman suspensus ē patibulo qd pa
rauerat mardocheo prauum consiliarij de rapinis et exactionibus q̄s faciunt fieri hūt peccatum et
ad restitutionē teneantur cū alij habeant lucrum consilio eorum. Vn̄ adquiescat ī mal' faciendo. In
bonis eni nunc quicq modico tempore plus mali faciunt q̄m toto tempore uite sue possunt
emendare. nullum peccatum ē q magis impediat hoies a salute q̄m istud. Quarto de ho. co.
a p. h qr istud peccatum nimis nocuum ecce dei. Vn̄ e' malus consiliari' destruit totā patri
am unā ad magnā maliciā praui consiliarij referri p̄t istud. eccl. Sequitur octō q d
ictum est. consiliari' e' alicui' ocul' ei' dr'. Vn̄ Mt. vi. Si oculus tuus scandalizet te.
erui. e. et p. abs te. Si consiliari' alic' principis malus ē negocia ei' male disponentur. Vn̄
Mt. vi. Si oculus tuus neqm fuit totū corp' tene. erit. Quinto de ho. co. a p. h qr quicq
illi q astuti sunt ad dand' consilia nocuua alijs ī consulendo sibi ipsis iusto dei iudicio fa
ti inueniuntur. Vn̄ Job. xii. legitur qr de' adducit consiliarios ī stultum finē. legitur et Job v.
de dn̄o q apphendit sapientes ī astutia eorum et consiliū prauorum dissipat. Sic aū cauend' est
est hoi ne det prauum consiliū. sic cauend' est ei ne prauo consilio acquiescat. Vn̄ eccl. vi. Multi pa
cifici sunt t. S; consiliari' un' de mille. et eccl. xxxvii. A consiliario malo serua aiam tu
am. p' scito q sit illi necessitas et qd ipse cogitabit ne forte mittat sudem ī terrā et
dicat bona uia est. Cauend' est hoi ne consiliū querat a iuuenibus. hac de cā e' roboā
ꝑdit regnum amisit qr adquieuit consilio iuuenum relicto consilio senū. ut legitur iii. Re.
xii. Itē cauend' ē hoi ne amatores h' mundi consulat de salute aīe sue. Vn̄ eccl. xxx
vii. Noli consiliari cū socero tuo socer ī mundus iste qr quodam modo pr est carnis q
uxor sp̄c est cui q consiliū tradū nō est de salute aīe qr figuratum ē. Gen. xxxi. In
h qr Jacob recessit a laban ipō nesciente. Is. angelus magni consilij uocatur te. et ī
alienū consiliū prestolari. Itē amicos consulat q nō legitur qr inimici hois domestici
ei'. Ysa. xix. Sapientes consiliarij pharaonis dederunt consiliū insipiens. Cauend' ē et hoi

ta et inutilia liberius loquetur ex quo prius a deo utilia loqui. Hec autem precipue reprehensibilis est in sacerdotibus.
Unde Bernardus: Inter seculares nuge nuge sunt, in ore sacerdotis blasphemie. Incidunt si incidant ferende
fortasse, referende numquam. Consecrasti os tuum evangelio, talibus iam aperire si licitum est, assuescere
sacrilegium. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem de ore eius requirunt, non nugas vel fabulas. Quidam
scurrilitatis quas falso urbanitatis nomine colorant. Non sufficiat ab ore propulsari, procul ab aure
est relegandum. Fede ad cachinnos moveris, fedius moves. Ieronimus: Beata lingua que non novit nisi de di-
vinis texere sermonem. Aliqui tamen sunt qui non multum curant cavere a verbis ociosis vel ab aliis
venialibus peccatis eo quod talia peccata sibi parva videntur. Ideo notandum est quod .v. sunt que homines deberent
timere circa venialia peccata. Primum est multitudo eorum. Unde Augustinus: Ista levia noli contempnere.
Si contempnis quando appendis, expavesce quando numeras. Secundum est hoc quod ad iudicium dei pro talibus sunt
trahendi. Unde super illud Job .xxxi. Nonne ipse vias meas considerat. Dicit Gregorius: Sic deus universas
vias considerat. Sic conversus diiudicat ut nec minutissime cogitationes ac tenuissima verba
que apud nos usu viluerunt eius iudicio indiscussa remaneant. Sed quomodo ratio poterit reddi de verbis
ociosis cum ipsa sine ratione dicantur. Unde Bernardus: Si ipsum verbum ociosum est quod nullam rationabilem causam
habeat, quam rationem reddere poterimus de eo quod est preter rationem licet fabulari aliquis donec
pertranseat hora quam deus ad agendam penitentiam, ad optinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad
promerendam gloriam miseratione gratuita indulserat. Tercium timendum est ne inter multa
venialia aliquod mortale incidat homine ignorante. Unde Osee .vii. Alieni comederunt robur
eius et ipse nescivit. Quartum timendum est ne per venialia ita homo debilitetur quod in aliquod mani-
festum mortale cadat. Ecclesiastici .xix. Qui modica spernit paulatim decidet. Gregorius: Vitasti grandia,
cave ne obruaris harena. Item. Si ista parva negligimus, insensibiliter seducti audacter ma-
iora perpetramus. Et si stuppa et clavi in navibus in firmum sint minima, tamen defectus eorum occasio sub-
versionis posset esse. Hec quasi in navibus sunt pertinentia eorum occasio est revasionis. Legitur quod Absa-
lon occasione interfectus sit .ii. Reg. xviii. In crinibus parva peccata possunt intelligi. Sicut enim
capilli capitis nostri numerati sunt, quia parva peccata multis sunt occasio mortis. Legitur et Iudicum
xvi. quod Sampson abscisis crinibus debilitatus sit. In quo figuratum est quod ad debilitatem quam mo-
dica bona negligere facere quod nazarei nutriebant comam. Ut legitur Numeri .vi. Quinto
timenda sunt venialia quia profectum impediunt. Quando enim aliquis deo ingratus est et non vult facere pro eo
nisi id ad quod tenetur, deus non ita habundanter largitur gratiam ei. Unde proficere possit [illegible]
unde sicut pulvis album alicui reddit abhominabile et modicus pulvis oculum [illegible] obnubi-
lat, sic venialia servitium alicuius minus gratum vel reddere deo et oculum cordis obnubilare.

Sequitur de multiloquio a quo precavendo. Primo **De multiloquio et de hiis que debent [illegible]**
debent eo homo. Quod multiloquium signum est instabilitatis. Unde Ieronimus: Sicut canes qui infirmiores
sunt magis latrant. Secundo vero hoc quod multiloquium hominem ociosum reddit, pauciloquum vero ama-
bilem. Unde quidam philosophus interrogatus quomodo quis posset hominibus placere: Inquit si gesseris optima
et loqueris minus pauca. Ecclesiastici .xx. Terribilis in civitate sua homo linguosus et teme-
rarius in verbo suo odibilis erit. Tercio hoc quod multiloquium impedit conversionem hominis. Unde Job
xi. Numquid vir verbosus iustificabitur. Levitici .xv. Unde qui patitur fluxum seminis inmundus erit

de risu in sacra legitur. Prov. xv. Quo stultitia est gaudium stulto et cetera. Multi sapientes
se habere sancti lugentes quam frequenter eos ridentes. Item Augustinus dicit gaudium mundanorum gaudi-
um est freneticorum. Risus vero prime vanitatis est, cum aliquis ex sola levitate ridet. Ad quem
risum possumus referre quod legitur In vitis patrum de quodam sene qui vidit quendam ridentem et dixit
ei: coram celi et terre domino rationem totius vite nostre reddituri sumus et tu rides? Risus vero pruden-
cie est risus rarus et tacitus. Unde Eccli. xxi. Stultus in risu exaltat vocem suam. Vir autem sapiens
tacite ridebit. Et Job xxix. Si quando ridebam ad eos non credebant. Gregorius. Prelatus se debet talem
habere ad subditos ut videns timeri et iratus possit amari, ne nimia levitas vilescat vel im-
moderata severitas reddat odiosum. Item Notandum quod sicut risus presentis vite debet esse modi-
cus et rarus sic luctus frequens et multus. Movemur autem ad hoc exemplo Christi quem ter legimus fle-
visse, risisse vero numquam legimus. Flevit enim super civitatis destructionem. Luc. xix. et ad lazari
suscitationem. Jo. xi. et In agonia quando prolixius oravit. De quo fletu habetur ad Heb. v. Monet et
nos ad hoc multiplex materia luctus quam in mundo isto videmus. Et hoc quod lacrime mee in valore
suo. Sed de hac materia require In tractatu de luxuria. Incipit de choreis. De indiscreta taciturnitate

Sequitur de indiscreta taciturnitate. Et Notandum quod sicut et quod sit tacere viciosum
viciosa est loquacitas. Sic et viciosum est semper tacere. Unde Eccl. iii. Tempus tacendi et tempus
[illegible]dendi. [illegible] Servanda est lingua non insolubiliter liganda. Prov. xviii. Mors et vita in ma-
nibus lingue. Ideo non ponenda est custodia ut nullam utilem edificationem clausum dampnet
nec letalis prorumpat liberum sociatorum egressum. Taciturnitas vero precipue reprehensibilis est in prelatis
qui docere habent populum. Illis enim tacere a verbo predicationis mors est. Unde Exo. xxviii. Precepit
quod in extremis partibus vestium sacerdotalium ferrent tintinnabula aurea mixta malis punicis
ut audiretur sonitus quando Aaron ingrederetur et egrederetur sanctuarium in conspectu domini et non moreretur.
De quo verbo loquitur Gregorius. Dicit sacerdos ingrediens et egrediens moritur si de eo sonitus non
audiatur, quia iram se occulti iudicis provocat si de eo sonitus predicationis non procedat. Ad idem
pertinet quod Eze. xxxiii. Si speculator viderit gladium venientem et non insonuit buccina et
ipse custodierit venerit quod gladius et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sangui-
nem eius de manu speculatoris requiram. Apostolus i. ad Cor. ix. Ve mihi si non evangelizavero. Ad pre-
latum spiritualem pertinet illud Ysa. lviii. Clama ne cesses et cetera. Osee viii. In gutture tuo sit tu-
ba et cetera. Ysa. vi. Ve mihi quia tacui. Sic per taciturnitatem prelati anima perit. Ille sibi ac sicut interfi-
ciat. Unde Act. xx. Paulus: mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi quominus annun-
ciarem omne consilium dei in vobis. Innuens per oppositum quod ipse reus esset sanguinis eorum si ipse eis
non annunciasset. Indiscreta taciturnitas dissuadetur et in legitur: ne timeas verbum in tempore salutis.

Post quam dictum est de custodia lingue in communi De remediis contra peccatum lingue.
et speciali de xxiiii peccatis lingue consequenter dicendum est ad de remediis contra peccatum istud
et ponemus viii remedia contra istud. Primum remedium est consideratio periculi quod est in loquendo. Nec
porta alicuius castri tanta caucius aperitur quam ingenti est domino castri quod hostes porte insidiantur. Unde
cum hostes invisibiles porte oris spiritualiter insidientur cum magna cautela aperienda est.
Ad hoc remedium potest referri illud Job xl. Memento belli et non addes amplius contra que loqui. Secundum
remedium est consideratio tam nobilitatis quam utilitatis huius membri. De cuius nobilitate ec-

In e ꝯsiliū cū stulto hēat. vñ eccⁱ. viij. Cū fatuis ꝯsiliū n̄ hēas. nō eñ poterit̄ diligere n̄ q̄ placēt eis.

Sequit̄ de pc̄ō q̄ seīant discordias. de pc̄ō seīanciū discordias ꝛ q̄ de. ho. co. a. p. h.

a quo pc̄ō p̄ deb3 cohibere ho. h3 q̄ istud pc̄m̄ a deo ē exosū. vñ prou. vi. Sex sūt q̄ odit dñs ꝛ vij. detestat̄. nā eı⁹ oculos sublimē ꝛ c̄. ꝛ ult̄ar. Salo. vij. loco eū q̄ seīat int̄ fr̄es discordias tanq̄ magis exosū deo q̄ alios pc̄ores n̄ mirū si de⁹ odiat eos q̄ seīant discordias i ecc̄. Magis ē uident̄ nocē ei q̄ h̄ faciūt q̄ q̄ xp̄ū corp⁹ ei⁹ crucifixerūt plus e¹ dilexit xp̄c corp⁹ ecc̄e q̄ corp⁹ suū p̄priū. cū p̄ corpe ecc̄e corp⁹ p̄priū morti exposuit. Vnde q̄ fodiūt corp⁹ ecc̄e unitate ei⁹ diuidi magis uident̄ ei nocē q̄ q̄ corp⁹ ei⁹ fodiunt cū tı̄nuitatē i eo diuidendo ad ostendend̄ q̄ corp⁹ ecc̄e nullo m̄ ualebat scindi p̄ discordias uoluit xp̄c tunicā i ꝯsutilē i diuisam manē. Jo. xix. Scd̄o de. co. ab h. p. h3 quod mltū nociuū ē corpi hūano q̄ diuisio ꝯtinuitatis. sic n̄ magis nociuū ē ecc̄e dei q̄ diuisio unitatis ex uno dico q̄ dicat ille q̄ discordiā seīat. quicq3 nascit̄ discordia tanta ex q̄ destruit̄ p̄sona una. Vñ magne malicie ē seīnare tale semē cū ex uno grano alt⁹ talis messis surgat. Tercio de. co. ab h. p. h3 q̄ op⁹ istud ꝯtrariū est ꝛ ꝯtrariū op̄i Vñ de ꝯtrario scriptū est. Jo. x. q̄ dispgit oues. xp̄c n̄ de se dicit. Ma. xij. Qui n̄ ꝯgregat mecū dispgit. ad xp̄m ꝛ ad seruos ei⁹ ptinet unire ꝛ pacificare. Vñ Ma. v. Beati pacifici q̄ filij dei uocab. Hac de cā filius dei uenit i mūdū ut pacē reformaret in mūdo. ad ꝯtrariū n̄ ptinet dispgere. de pc̄ō bilinguiū ꝛ q̄ de. ho. co. ab h. pc̄ō.

Sequit̄ de pc̄ō bilinguiū. Bilingues aūt dicūt̄ q̄ male loquūt̄ de hōib3 i absencia ꝛ bona i p̄sencia. ul' q̄ p̄tendūt q̄ bona i intencōne dicāt ul' cū ioco. id q̄ p̄ferūt cū malā hēant intencōne. a q̄ pc̄ō p̄mo deb3 co. ho. h3 q̄ mltū displicet deo. Vñ prou. viij. Dicit sap. increata q̄ est filius dei. arrogāciā ꝛ supbiā ꝛ viā p̄uā ꝛ os bilingue detestor. Nec mirū si de⁹ detestat̄ os bilinguē cū monstrū sit. nullū aūt bilinguē inuenit̄ excepto serpente q̄ bilinguis est iux̄ uulgi opinionē q̄ p̄p̄ uelocē motū lingue ip̄i⁹ sic apparet. Scd̄o de. co. a p̄. isto. h3 q̄ ualde nociuū ē p̄ximo. Vñ prou. xviij. Verba bilinguis q̄si simplicia ꝛ ip̄a puenit usq3 ad interiora uentris. i. usq3 ad interiora aīmus Dicit̄ aūt ūba bilinguis q̄si simplicia q̄ sub p̄textu ioci ul' bone intencōnis ea dicat tū cor audientis mltū ledūt. Vñ de ip̄is p̄t intelligi id. ps. Molliti sūt sermones ei⁹ sup oleū ꝛ ip̄i sūt iacula. Tercio de. co. a p̄. isto. h3 q̄ mltū nocet p̄pⁱo subiecto p̄ q̄ ponit̄ i magno piculo q̄ unicā linguā h3. In q̄nto piculo ē ille q̄ bilinguis est. uix sufficit aūt unicā linguā regere. Scd̄o nocet q̄ ponit hoīem i oppbⁱo ꝛ fama mala. Vñ ecc̄i. v. Denotaciō pessima sup bilinguē. denotaciō est digna ostēsio ꝯfusione plena. Itē ecc̄i. vij. Iniq̄u ꝛ ꝯtumeliā malus hereditabit ꝛ ois pc̄or

dicebatur non haberet hunc locum. Unde est talis sic de seipso cognoscatur et sibi ipsi de se credendum est iuxta verbum hylarii. soli deo de se credendum est qui se solus novit. Sed in aliis verum est quod dicit apostolus. ii. cor. x. Non qui seipsum commendat ille probatus est sed quem deus commendat. Ille qui iactat se est idolum seipsum colens et de seipso cantans. Ipse assimilatur galline que postquam fecit ovum non cessat clamare donec perdiderit quod ovum fecit et sic ovum amittit. Sic ille qui iactat se talis non prius donec bonum opus quod fecit amiserit. Tertio potest videri quantum sit peccatum si ostendamus mala que ex eo sequuntur. Hortandus ergo quod de hoc peccato sequitur iniuria. Unde proverbiorum xxviii. Qui se iactat et dilatat iurgia concitat. Sequitur etiam in deo odium. Unde sapiens. Viciosa est iactantia alterius audientibus non modo fastidium sed plurimum odium. Hoc tamen sciendum est quod licet viris sanctis opera sua bona quandoque dicere ad dei gloriam. Unde ii. cor. xi. dicit paulus. Existimo me nichil minus fecisse a magnis apostolis. Licet etiam dicere ad revelationem spei. Unde ysa. xxxviii. dicit ezechias. Obsecro domine memento queso quomodo ambulaverim coram te in veritate.

De secretorum revelatione et de hys q. d.

Sequitur de secretorum revelatione a quo peccato tria debent ho. co. Primum est hoc quod legitur eccl. xxvii. Qui denudat archana amici fidem perdit. Secundum est hoc quod legitur eccl. xxii. Quod est concordatio ad amicum excepto convicio et improperio et superbia et misterii revelatione et plaga dolosa. Unde revelatio secreti est unum eorum de quibus non fit concordatio. Tertio est hoc quod si aliquis infamatus fuit illa revelatione iuxta posse ei restituere damnum quod suscepit. Unde proverbiorum xxv. Que viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito ne postea emendare non possis amicum tuum.

De peccato indiscrete comminationis.

Sequitur de peccato indiscrete comminationis a quo peccato cavere debemus. Primo exemplo christi. De quo legitur i. pe. ii. Qui cum pateretur non comminabatur. ii. ca. de. ab eo. ut detur locus timori dei. Unde eccl. xix. Corripe amicum antequam commineris et da locum timori altissimi. Timori altissimi dat locum qui potius vult quod homines desistant a peccato timore dei quam timore humano. Tertio quod multa mala inde sequuntur. Unde eccl. xxii. Ante sanguinem maledicta et contumelia et mine. Quarto cavendum est a comminationibus ne stultiores nos ostendamus quam simus. Homo qui comminari consuevit ostendit se stultiorem esse quam sit quod multa comminatur que numquam facturus sit. Unde proverbiorum xiiii. Qui impatiens est exaltat stultitiam suam.

De peccato indiscrete promissionis.

Sequitur de peccato indiscrete promissionis a quo peccato debent cohibere tria mala que inde sequuntur. Primum est remorsio proprie conscientie. Unde proverbiorum xii. Est qui promittit et quasi gladio pungitur conscientie. Sed fit quando non solvit quod promisit. Secundum malum est quod inimicicias incurrit eius qui promisit cum ei non solvit. Unde in eccl. xx. Est qui pre confusione promittit amico et lucratus est eum inimicum gratis. Tertium malum est quod tenetur solvere quod promisit. Unde eccl. xxix. Ne spondeas super virtutem tuam quod si spoponderis quasi restituens

iudus & bilingis. Tercio nocet quia hominem reddit maledictum. Vnde ecc. xxviij. Susurro & bilingis
maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Bilingues sunt pseudo apostoli variis linguis loquentes
A peccato isto precipue cauendum est illis qui legem dei habent alios docere. Vnde .i. ad thi. iij. Diaconos similiter
pudicos non bilingues non multo vino &c. De peccato eorum qui rumores audiunt & cetera.

Sequitur de peccato eorum qui rumores amant a quo peccato precipue cauendum est claustralibus. Vnde
B. Rumores in claustro enumerat inter .xij. abusiones claustri .xij. vero abusiones claustri
hee sunt. Prelatus negligens. Discipulus inobediens. Iuuenis ociosus. Senex obstinatus. Monachus
curialis. Religiosus causidicus. Pannus preciosus. Cibus exquisitus. Rumor in claustro. Lis in capitulo.
Dissolutio in choro. Irreuerencia iuxta altare. De iactancia & de hiis ad decem & cetera.

Sequitur de peccato iactancie quia peccatum dissuadetur. Pro. xxvij. non legitur Laudet te alienus & non
os tuum. Possunt autem valere quod peccatum istud. Primo est ut est dictum quia legitur Dan. iiij. de Nabugo.
qui verba iactancie proferebat dicens. In fine hec est babylon ciuitas magna quam ego edificaui
in domum regni. In robore fortitudinis mee & in gloria decoris mei & cum adhuc sermo esset in ore
regis. vox de celo ruit & dixit. Nabugodonosor. rex regnum tuum transit a te &c. Legitur & in vitis pa
trum de quodam heremita qui pollens omnibus dei virtutibus cepit iactare se & ecce mulier in specie mulieris ue
nit ad speluncam eius dicens quia a bestiis nocte esset deuoranda nisi susciperet eam hospicio que
suscepta diuersis blandiciis induxit eum ad hoc quod tibia eius sigillatim tangeret & cum ictura
ret se ut eam fede amplecteretur ipsa euanuit deridens eum & multitudo demonum clamauit
O monache qui te usque ad stellas extollebas quomodo demersus es in infernum. Disce quod se ex
altat humiliabitur. Tunc ille desperans & fugiens pre confusione conspectum omnium religiosorum
reuersus est ad seculum trahens se omni impudicicie. Sequitur est secundum. nocens de precipicio reuoca
re. Sicut Iu regione thebaide manente quidam heremita apollonio viro probatissime
dixit ei vox de celo Appollonij per te perdam sapientiam sapientum in egypto & omnem callidum demo
num subruet. At ille ait. Aufer a me domine iactanciam ne forte elatus super fratres meos
cadam ab omnibus bonis. Et dixit vox. Mitte manus tuas ad ceruices tuas & quod comprehendis
constringe & sub harena subrue & continuo apponens manum ad ceruices apprehendit paruum
ethiopem clamantem & dicentem. Ego sum superbie demon. Et sonuit vox. Perge quicquid in deo
volueris securus. Secundo propter valere quod peccatum iactancie. Si manifestatur stulticia eius qui hic in vano laborat
honorando quia ille qui iactat se ore proprio seipsum quasi occidit. Vnde Pro. xxvij. os stulti con
tricio illius. Filios enim suos ore proprio comedit dum bona opera se iactando de illis amittit. Ipse
enim dei gloriam offendit. Vnde ecc. xx. Gratie fatuorum effundantur. Ipse laudem quam amat in loco
ponit ubi sordeat. scilicet in ore proprio. Omnis enim laus in ore proprio sordescit. Ipse enim testimonium facit de se
ipso. Io. viij. Tu de te ipso testimonium perhibes. testimonium tuum non est verum. In christo cum hoc

[ta]citurnitate dictum est. In principio huius tractatus uisum est quod in lingua proprie idcirco sunt in
iudicia et quod diuino officio per certas rubricas deputata sunt. Tercium remedium est quod homo
portam oris quasi quasdam barras faciat .s. arce iste sunt apposita firma declinandi
occasiones illas cum quibus peccare solet et lingua uel loca ista in quibus solet habere occasionem peccandi lin-
gua peccandi uel tenendi silencium oris uel in quibus homo facilius per linguam labitur ut ora per cibum
et alia similia apposita que custodiunt hominem ne offendat in lingua. De barris istis legitur. prouer-
biorum. xviii. Frater qui adiuuatur a fratre. quasi ciuitas firma et iudicia. quasi uectes urbium apposita. ex
iudicio uenis sancta de custodia sensuum. et quasi uectes .i. quasi barre urbium. Quartum remedi
um est quod homo raro loquatur. Exemplum de hoc habemus. In beata uirgine cuius .vii. uerba tantum leguntur
in euangelio. Quintum remedium est quod homo pauca loquatur. Sicut enim in multiloquio non deerit
peccatum. Sic dicitur . . . ad hoc ualet ut homo caueat a peccato. Unde eccli. xix. Qui odit loquacita-
tem extinguit maliciam. De iiii. et v. reme. dicit philosophus. ad summam perfectionis uolo te esse
breuiloquum. rariloquum. et submissa uoce loquentem. ad rariloquum monet Seneca dicens auribus
frequencius quam lingua utaris. Idem in hoc incumbe ut libencius audias quam loquaris. Sextum remedium
est tarditas in loquendo ut homo non excat in loquendo non precedente deliberatione ad quod pertinent uer-
ba sacre scripture que secuntur. Iacobus. Sit omnis homo uelox ad audiendum tardus ad loquendum. eccli. iiii. Noli
citus esse in lingua. et eccl. v. Ne temere quid loquaris neque cor tuum sit uelox ad proferendum ser-
monem coram deo. innuitur enim quare non debeat homo loqui absque deliberatione. quia enim loquitur homo
coram deo loquitur. eccli. xxi. Verba prudencium statera ponderabuntur. Seneca. Tardiloquum te esse iu-
beo tempore certo et decet. Prouerbiorum xiiii. Qui inmoderatus est ad loquendum senciet mala. ille quidem non uult
loqui non precedente cordis deliberatione clauem oris habet in archa cordis. Unde quantum ad hoc secu-
rus est. eccli. xxi. In ore fatuorum cor illorum et in corde sapientium os illorum. Septimum reme-
dium est quod inter omnia precipuum uidetur esse ut homo commendet linguam suam deo gubernandam. Unde est gubernare linguam
ut legitur. Psalmus. cxl. unde dicitur. Pone domine custodiam ori meo. Octauum remedium est silencium claustralium. Iacobus. Lin-
guam maledictam uidemus emendat silencium. et sicut in .v. clauis oris. ponitur in archa cordis. In vii. uero
in manu dei ponitur. Sic in .viii. isto clauis oris ponitur in manu prelati. Qui autem nesciente prelato
et nolente portam oris aperit. postquam clauem ei tradidit fractor uidetur esse templi spiritualis et cum clauem
faciat clauem uidetur esse latro. De silencio claustralium.

Ad commendationem uero claustralis silencii. Primo possunt ualere exempla et precipue exempla christi. De
quo dicit Glo. super illud ysa. liii. quasi agnus coram tondente. sic obmutuit et non aperuit os suum pilato uel herodi.
pauca enim respondit ne differretur salus humani generis. Legitur et quod abbas agaton lapidem in ore suo per
triennium tenebat donec taciturnitatem disceret. Legitur et de abbate paulo quod fratres dixerunt ei ut di-
ceret aliquem sermonem alexandrino episcopo ad se uenienti qui ait. Si taciturnitate mea non edi-
ficatur nec in sermone meo edificabitur. Inuenitur et de quodam milite potente qui uouit intrare re-
ligionem. et misit quendam uassallum suum ad abbatem iniungens ei quod diceret abbati se uelle in-
trare religionem istam. addidit et quod diceret se esse imitum paratum tamen in omnibus se obedire. quia ipse sciret
quod sepe in lingua offenderat et cogitauit quod non caueret sibi lingua sibi auferret bona que ibi faceret
et receptus est ibi miles in religione illa et credebatur mutus. exiens autem quadam uice cum abbate ad quen-
dam militem qui laborabat in extremis uidit animam eius cum ipse moreretur miserabiliter a demonibus

peracti et compacientes flevimus et descendentes inde obviam invenit album militem qui promisit abbati qui
renunciavit seculo et cum eum precederet in quodam ponte repentina ira coram abbate decidens de ponte submer-
sus est. Cuius animam vidit miles ab angelis in specie monachi in celum deferri et solutus est in gaudium.
Cum autem abbas venisset ad claustrum adiuravit militem in virtute obediencie ut sibi diceret si loqui posset
aut in morte illorum duorum se talia vidisset. Ait miles. Male fecisti quia contra propositum meum me loqui fe-
cisti. Sed tamen tibi indicabo et narravit ei omnia per ordinem. Audiens abbas cecidit ad pedes eius. Miles
autem veniens petiit ut in aliquo recluderetur loco ut taciturnitatis sue propositum posset servare. Secundo pre-
valet ad commendationem silencii sacra verba que eum suadent ut est in Ps. Super dominum exaudi. Loquela sit in
necessitate, taciturnitas in iocunditate. Et arsenio cum discederet a pallacio ut monachus fieret, facta est
vox dicens: Arseni fuge tace quiesce. Hec enim sunt radices non peccandi. Jo. Multo melius est duobus in-
perfectis esse rusticitatem sanctam habere quam eloquentiam peccatricem. Tercio prevalet ad commendationem silencii si osten-
dantur bona que ex silencio proveniunt. Notandum ergo quod silencium hominem fortem efficit. Unde Ysa. xxx. In
silencio et spe erit fortitudo vestra. Abbas pastor. Omnis labor quemcumque venerit tibi ex taciturnitate
superabitur sic vix vel numquam pugil vincitur nisi malum verbum dixerit. Sic vix vincitur quis a gladio si arma
lis ubi caveat. Item silencium pacem facit. Unde Ysa. xxxii. Erit opus iusticie pax et cultus iusticie
silencium. Silencium quoddam cultura iusticie. Sic enim ex nimia loquela frequenter sequitur iniuria ita
ex contrario. Sic ex silencio iusticia nutritur ex qua velud ex quodam arbore fructus pacis colli-
gitur. Unde cum claustralibus pax summe necessaria sit, valde necessarium est silencium eis. Unde silencium
pax [erasure]. Multe lites et rixe remanent ex observacione silencii. Prov. xxvi. Qui imponit stulto
silencium iras mitigat. Item silencium signum est sapiencie. Seneca. Taciturnitas hominis stulto pro sapiencia est.
Quidam philosophus cuidam rustico in convivio tacenti: Si doctus es inquit, si stultus solum habes. Prov. xvii. Stultus si
tacuerit sapiens reputabitur. In Job xiii. tacetis ut putaremini sapientes. Sapiens nemo
stultus tacere potest. Item silencium signum est spiritualis profectus. Unde Tren. iii. Sedebit solitarius et tacebit
quia levavit se super se. Homo qui iam levavit se super statum hominum qui habet dominum consolatorem et collocutorem,
potest tacere et esse solitarius. ex quo enim habet dominum pro socio non curat de consorcio humano. Seneca. Primum argumentum
composite mentis existimo posse secum consistere et secum morari. Bernardus. Cum quo deus est numquam est minus solus
quam cum ipse est solus. quia iam dixit: quia tunc liberius habet suum verum socium scilicet dominum. Homo qui cum deo interius lo-
quitur non curat multum de loquela exteriori. Gregorius. Non sufficit perfecte hominibus ad utrumque simul
sil quia si exterius auditum aperit interius surdescit. Item silencium preparat hominem colloquio divino.
Unde Tren. iii. Bonum est prestolari cum silencio salutare dei. Filius dei verbum est. Ideo auditum et auscul-
tacionem requirit. In Eccl. Ubi non est auditus non effundas sermonem. I Reg. iii. Loquere domine quia audit ser-
vus tuus. Silencium servare est os. Unde exit ignis et flamma obstruere. Item silencium servare est besti-
am indomabilem clausam tenere. Jac. iii. Omnis natura bestiarum et volucrum et serpentium et ceterorum domantur et domi-
ta sunt a natura humana, linguam autem nullus hominum domare potest. Item silencium servare est gladium penetrantissimum in vagina abscondere.
Ps. Lingua eorum gladius acutus. Item silencium servare est foveam obstruere per quam nocumentum transit et collum
cadendo sibi frangit. Eccl. xiiii. Beatus vir qui non est lapsus in verbo ex ore suo quam diligenter est
obstruenda fovea illa per quam fuit homini occasio ruine et talis ruine. Silencium proprium est viri claustra-
lis. Unde claustralis sine silencio est quasi equus sine freno. Silencium est clavis religionis est. Unde claustrum
sine silencio proprie claustrum non est cum sit absque clausura non est. Sed est velud urbs patens et absque
murorum ambitu. Unde Prov. xxv. Sicut urbs patens et absque muro sic vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum.
Claustrum absque silencio est velud vinea absque sepe que direptioni exposita est. Eccl. xxxvi. Ubi non

est sepes diripietur possessio.

tunicas. obl. qd dr. latu mandatu tuu nimis. Item h latitudo est qd debem opa caritatis
face cu hylaritate cordis . . . que cor dilatat. Tristicia u ipm angustat. Que sit lon
gitudo caritatis. que est longa animetas pseuandi usq in fine in opib3 bonis. Unde
senectus mea i mia uber. 7 que sit sublimitas ut est longitudine ut latitudine facim
totum pp uitam etnam adipiscendam faciam que nos pmittit in excelso 7 quid sit
pfundum caritatis. i. ut possitis intellige qd caritas qm habem sola uoluntate dei dat
qd au aliqs ht caritate aliqs no manifestu est. s3 qre isti dedit. isti non. pfundu est 7
abyssus multa. 7 huanu effugit intellectu. Voluntas g dei pfundu illud est. Volunta
rie enim genuit nos uBo utatis. 7 h uoluntas ei in albdito carit est. cui secreti pfundita
tem qdam in expauescens apls clamat. O. altitudo diuiciay 7 c. Hoc ÷ pfundu. Altitudo e
nom est toe excelso 7 pfundo. si tn in excelso dicat sublimitatis eminencia attendat cum
in pfundo dificultatis inuestigationis 7 cognitionis. Ad. sup hunc locu. Istas caritatis di
uisiones retorqt ad forma auris. Est g caritas radix uirtutu 7 ht h m qi. iiij. furcas.
Unde Greg. sup e. euuangelium. Hoc est pceptu meu 7 c. Jo. xv. Sicut multi arboris rami
ex una radice pdeunt. sic multe uirtutes ex una caritate generant. nec ht aliqd uiridi
tatis ram bom opis si n manserit in radice caritatis. Hec est au pcepit ds in ecc. xxiiij.
In electis meis mitte radices. Hec radix a xpo dno in quo plantata e suggit nutrimentu grauy
qd ad frondes. fructus 7 folia cunctarum uirtutu. hui radices uirtus que occultata in
pfundo cordis si se p opa manifestat extius qi qtuor furce sunt. iiij. modi diligendi. Inf.
Est g caritas fundamentu cetarum uirtutu sic in supdicta auctor. qd n pus iaciat in pfu
do cordis huani nulla uirtus aut uirtutis opus 7 bom aliqd potit edificari. Unde. i. cor.
iij. fundamentu aliud nemo p pone pret id qd positum est qd est xpc ihc. i. caritas ihu x
qr deus caritas est. Caritas dr hre. iiij. facies 7. iiij. penas. Unde eze. i. iiij. facies uni. i. ca
ritati ad dm ht faciem aquile p deuotone 7 cultu sui contemplatone. Unde pudebam do
minu i gspu. m. sp. Aquila enim figit intuitu suu i solem. ad malos faciem bouis qui
est aial imolaticiu p compassione. Unde. ij. cor. xi. quis infirmat. 7 c. pcta enim pxior
fixoria sunt nostror. ad bonos faciem hois p congratulatone. Homo enim solus e risibi
le ut ho. s. corrideat bn agentib3. Unde Gen. xxi. Dixit sarra. Risu fecit m ds 7 qui
cumq audierit corridebit m. Ad mundu faciem leonis qui est aial indignabund ut mu
dum contempnat 7 despiciat dicens cu aplo. phil. iij. Omnia reputaui ut stercora. 7 c.
Item circa hanc faciem attendim rectitudo. s. ut deus recte diligat sn reflexione
ad temporalia. s. ut amet pp se. Cant. i. Recti diligunt te n icuruati ad alia. Sic di
lexit nos xpc n intorquens amore suu ad pprium comodu. s3 ad ntm. bonor enim nror
non eget. Item amplitudo ut omnia que dei sut diligant. s. boni 7 mali. uidei 7 sarra
ceni. alr tn 7 alr. sic diligo qcuq sunt amici mei 7 canes dni. i. detractores. Unde
uulgari dr. Qui me diligit 7 cane meu. Item fortitudo ut dilecto nra sit for
tis ut mors. ut infin. 7 non dirumpat festuca modice tribulonis. Item teneri
tudo ut tene afficiat quis erga ea que dei sunt. g qd dr de quib3dam. Amos. vi.
Bibentes in phyalis uinu 7 optimo unguento delibuti nichil compaciebant sup contri
tione ioseph. i. minoris ppli. cr sicut dicit Greg. qui delicias pauant gregis do
minici dampna n curant. Dolere enim debet xpian qd unica letat xpi singlis

que sunt q(ua)si puelle ei(us). Unde ibidem dicit pharao Joseph. Absq(ue) imperio tuo n(on) mouebit
q(ui)sq(ua)m pedem aut manum in tota terra egypti. Cetere uirtutes q(ua)si pedisse(que) s(un)t ei(us) suo. Unde ad
ducent(ur) regi uirgines p(ost) eam. hee uirgines sunt theologice. s(cilicet) fides. spes. q(ue) nullam noue
runt corruptionem. Hec est hester. que interp(re)tatur abscondita. q(uia) nullus scit se h(abe)re carita(tem).
q(ue) inter ceteras placet assuero. i(d est) xp(ist)o. & caritas sola c(er)tum facit & tradita est ad custodiam
Egeo eunucho q(ui) ratum q(ue)rens (con)silium interp(re)tatur. Illis enim q(ui) castrauerunt se p(ro)pter regnum celor(um)
& discreti sunt qui. s(cilicet) ad honorem dei & salutem a(n)i(m)e sue non p(ro) laude humana (con)tinent co
mittit(ur) g(ra)ti(a) cauta est. Tertio q(uia) ipsa iungit immo ipsa unctio est que docet de omnib(us) neces
sariis ad uitam & dirigit simplices n(on) sinit eos existere in hiis q(ue) n(on) sunt ad salutem. Quarto p(ro)pter re
giam p(ro)tatem q(ua) participat(ur) uiris iustis. Unde ij. ad cor. v. Caritas xp(ist)i urget nos. hec
est q(ue) xp(istu)m fecit incarnari. Quinto p(ro)pter regiam largitatem. largit(ur) enim caritas sociis suis.
dona g(ra)tiar(um). uestimenta uirtutum. thesauros carismatum minor(um) & maior(um). De ista regina
di(citur) in ps. Astitit regina &c. p(er) obedientiam. a dextris tuis seruiens p(er) et(er)n(itat)is. in uestitu de
aurato. i(d est) corpore inmaculato q(uia) n(on) habitat in corpore subdito peccatis. circumdata uarietate mi
nor(um) & maior(um). Bene circumdata ad exemplum op(er)um & actor(um). Unde eze. xvi. Vestiui te disco
loribus. quelibet enim uirtus huic ueste filum suum apponit. Item di(citur) caritas regina u(n)
cituum q(uia) in qua(m)q(ue) p(er)ueniet ceteris uirtutib(us) in e(ss)entia. q(uia) di(citur) caritas e(ss)e in efficacia. q(uia) qui
diligit p(ro)ximum legem impleuit. In latitudine. q(uia) latior occeano. Unde latum manda
tum tuum nimis. In singularitate. q(uia) cum cetere uirtutes h(ab)eri possint a malis. h(ec) sola n(on) p(otest) h(ab)eri
n(isi) a iustis. Unde di(citur) fons p(ro)prius. s(cilicet) filior(um) dei. In p(er)manentia q(uia) caritas numq(uam) excidet.

Caritas di(citur) uestis nuptialis q(uia) sine hac ueste n(on) intrat(ur) ad
nuptias iocunditatis et(er)ne. ad quas intrat a(n)i(m)a egrediens de corpore u(e)l q(ua)n(do) exit de
purgatorio si uestem hanc h(ab)uit. sine qua p(ro)icit(ur) in tenebras exteriores. Hec uestis in
texitur filis iiij(or). color(um). de quib(us) facta sunt ornamenta tab(er)naculi. q(ue) fila h(oc) ordine
intexunt(ur). Primo est necessaria byssus retorta. Unde p(ro)u(er). in fi(ne). Byssus & purpura indumentum
ei(us). Apoc. xix. Datum est ei ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Hec byssus
p(ro)pter candorem sig(nifica)t castitatem. que primo necessaria est. Unde Jac. iij. Primum quidem pudica
&c. Castitas enim & abstinentia carnem dealbant. & in sacramento uult xp(istu)s tale ornamentum
retorta. p(ro)pter duplicem cautatem. Torq(ue)re enim & macerare carnem n(on) sufficit n(isi) ipsa mens
ad hoc retorqueat(ur) ut ipsa a uiciis sp(irit)ualib(us) illibata (con)seruet(ur). Hoc inuenies plen(ius) in
titulo de castitate. Secundo debet apponi purpura q(ue) reges ornat ut a(n)i(m)a se regat & corpori rega
lit(er) imperet. Est autem purpura coloris sanguinei & tingit(ur) de sanguine conchilii. Hec est pa
tientia q(ue) regib(us) (con)uenit q(uia) p(er) patientiam & regimen sui ad regnum p(er)uenit(ur). Unde luc.
xxiiij. Oportebat xp(istu)m pati &c. & bene post byssum purpura apponit(ur) q(uia) multe tribulatio
nes (con)tinentiam comitant(ur). Unde j. cor. vij. Tribulationem carnis habebunt h(uius)modi. s(ed) h(ab)i qui
p(er)secutionem carnis patiunt(ur) p(ro)pter iustitiam. Tertio apponit(ur) coccus ignei coloris
& flammei. hic est feruor caritatis qui ceteros colores illuminat. & caritas ceteras
uirtutes. bis tinctus q(ua)si in sanguine agni p(ro)pter duplicem dilectionem. Sicut ignis h(abe)t
ardorem & lucem. Quarto associat(ur) iacinctus coloris aerii que sig(nifica)t sanctor(um) spem
& desiderium quib(us) tendunt ad celestia dicentes. Nostra (con)uersatio in celis est. Hunc colo
rem n(on) intexit qui bona que agit n(on) p(ro)pter celeste premium. s(ed) p(ro)pter fauorem humanum

mortua est. ficta non fides est que ad tempus credit et in tempore temptationis recedit. luc. viij.
Unde et dicitur ficta id est fragilis sicut vas figuli. vel ficta et non vera fides est ypocritarum. de
quibus ysa. xxix. Populus hic labiis et cetera.

Caritas est ille fluvius paradisi. de quo habetur Gen. ij. Qui egrediebatur de loco voluptatis
id est de gratia viri iusti que est domino locus voluptatis cuius delicie sunt esse cum filiis homi-
num. prov. viij. et hic ad irrigandum paradisum qui inde dividebatur in quatuor capita. quia primo debe-
mus diligere quod supra nos est id est deum. secundo quod nos sumus. Tertio quod iuxta nos est id est proximum
Quarto quod infra nos est id est corpus humanum. Vel hec quatuor capita sunt quatuor modi diligen-
di. Tres modos diligendi habemus. Deut. vi. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota
anima tua et ex tota fortitudine tua. Quartus modus diligendi apponitur. Mat. xxij. scilicet ex tota
mente tua. et sic exponendum est secundum Crisostomum. Diliges inquit non timebis quia diligere
magis est quam timere. Commoratio enim culture dei habet timorem. perfectio dilectionem. Unde
j. Jo. iiij. Perfecta caritas foras mittit timorem. quamdiu enim timetur deus non pure di-
ligitur. Cum autem diligere eum cepit homo iam non omnino tantum timet sed et amplius diligit. timo-
re enim servorum est diligere autem liberorum. timor sub necessitate est dilectio in libertate. Qui
in timore servit penam quidem evadet mercedem autem iusticie non habet. quia invitus facit bo-
num propter timorem. Non vult deus ut timeatur ab hominibus tamquam dominus sed ut dili-
gatur tamquam pater. In creatione hominis non dixit tantum faciamus ho. secundum ymaginem et simi-
litudinem nostram. Simulatio convenit filiis ad parentes. non servis ad dominos.

Diliges dominum ex toto corde id est sapienter. ut pellem pro pelle et omnia que habet homo det
pro anima sua. Job. ij. Hec est prudencia serpentis ad quam nos invitat dominus dicens.
Estote prudentes sicut serpentes que periclitat pellem veterem ut recipiat novam. et sic
quodammodo innovat vitam. Et nos similiter debemus exuere ea que ad veterem hominem pertinent
ut induamus hiis que pertinent ad novum. Ut sic in novitate vite ambulemus. Item ser-
pens exponit totum corpus periculo ut caput conservet illesum. et nos debemus quicquid ha-
bemus et corpora exponere periculo ut caput conservetur. ne separemur a capite nostro quia quid prodest
homini si universum mundum lucretur. anime autem et cetera. Diligendus est deus ex totis viribus id est fortiter. fortis
est enim ut mors dilectio. Cant. infra. Unde quis nos separabit a caritate christi et cetera. ad Ro. Di-
ligendus est et tota mente id est memoriter. sic dicitur in cant. Fasciculus myrre et cetera. fasciculus
myrre est universitas mortium sive amaritudinum christi. cuius mortes mee sunt. quia in sin-
gulis membris mortuus est. Unde quot habet membra tot mortes sustinuit. ex quo
ergo mors christi mea est non possum nunc sentire angustias mortis eius. et si sentio non possum
non reminisci. immo commorabitur inter ubera mea id est in corde meo per iugem recordationem
Hic ergo recordantur quod sunt membra christi. si senciunt angustias mortis christi. quia vere
sua est si eius membra sunt. Item diligendus est deus ex tota anima id est dulciter. quia multa
est dulcedo in recordatione beneficiorum eius. Unde in via testimoniorum tuorum id est discurrendo
per singula opera beneficiorum tuorum que sunt testimonia dilectionis quam habuisti
erga nos. delectatus sum in omnibus eis sicut i. o. d. in illis enim beneficiis testificavisti quam nos
dilexisti. Via autem testimoniorum que a nobis percurrenda est. sunt nativitas. passio. re-
surrectio. ascensio. spiritus sancti missio. In nativitate habemus fenum carnis christi positum
in presepio ad reficiendum sancta sua animalia. Job. vi. Numquid mugiet onager

opatur. Si aliquod istorum filorum defuerit iam non erit uestis nuptialis. Hec uestis tingitur in san
guine agni et aliorum precipue scilicet martyrum. de quibus dicitur Apo. vii. Respondit unus
de senioribus dicens mihi. Hii sunt qui amicti stolis albis qui sunt et unde uenerunt. et dixi
illi. domine mi tu scis. et dixit mihi. hii sunt qui uenerunt ex magna tribulatione et lauerunt
stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni et cetera. B. Candidas prorsus in sanguine quia
exiuit cum eo. et ideo est aqua dealbans et testimonium perhibet ipse qui uidit. aut certe candi
das in sanguine agni nouelli sanguineo lacteo candido et rubicundo. quia dilectus eius est candi
dus et rubicundus. Cant. v. Hec est tunica ioseph. Gen. xxxvii. filii accrescentis qui uadit
de uirtute in uirtutem quia non facit ioseph sed iacob pater eius. id est christus pater noster qui luctatus
est pro nobis cum diabolo in die passionis. et est polimita. id est guttata. quasi distincta uel consuta
sui integra uarietate filorum uel colorum. et dicitur polimita. a polis quod est pluralitas et mito
quod est filum. et hoc est quod dicitur est super circumamicta uarietate. Hec uestis debet esse talaris
ut tunica ioseph. et hoc per perseuerantiam. alioquin nimis erit curta. Caritas enim numquam exci
dit. Debet enim habere duplicem manicam ut benefaciat amicis et inimicis et diligat utrosque. si altera
manica caruit iam caritas non erit. Debet esse integra ut omnes amplexetur et colligat
in sinum pietatis. alioquin precisa erit si multos diligat multos non. Debet studiosissime
custodiri tanquam thesaurus incomparabilis ne amittatur ad ludum talorum id est tarum concupiscentiarum
uel turbatur aut inpinguiotur in tabina carnalium uoluptatum. Debet uestiri et in usum assu
mi ne putrescat per inuidiam que est putredo ossium id est uirtutum. Pro. xiiii. Ne ui[n]ues
cat per luxuriam. ne comburatur per iram. ne coinquinetur per gulam ne alteretur per tristiciam
et est hoc. sed assumatur in usum. quia sic dicit Greg. Amor dei operatur magna si est. si autem ope
rari renuit amor non est. et sic dicit auctoritas. Caritas proficit aut deficit quia numquam est oci
osa. Hanc uestem debemus texere nobis de uellere agni inmaculati et induere ad exclu
dendum frigus peccati et conseruandum calorem gratie et caritatis. et tegendam nuditatem quam
contraximus et feditatem peccatorum nostrorum quia caritas operit multitudinem peccatorum. Iac. in fine. Hec
uestis quanto magis in usum assumitur tanto clarior. mundior. et preciosior efficitur
uel inuenitur. Hanc uestem reparat sibi qui habet operarias suas sub se. prima redimit. Dan.
ecclesiastici xx. est qui multa redimat modico precio. cum sitione prime. b conpunctio uel luctus ab
luit. Unde lauabo per singulas noctes et cetera. timor et dolor retonsuit. uerecundia confessio
recolorat. et hoc est quod dicitur de iuda. Gen. xlix. lauabit in uino conpunctionis stolam suam
id est animam. et in sanguine uue. id est christi qui est uua nata. de illa uite que dicit. Ego quasi uitis
que calcata in torculari crucis. uel sanguis uue est rubor uel pudor de peccato. pallium suum
id est exteriorem conuersationem. quia per gratiam conpunctionis et fidem seu uirtutem passionis. et
ruborem confessionis. caritas reparatur. Caritas est radix uirtutum que. uiii. habet fibras.
Unde apostolus ad eph. iii. In caritate radicati et fundati. et cetera. q. d. Obsecro ut sitis in cari
tate radicati. id est firmiter plantati ad similitudinem arboris que quanto plus terre infigitur
tanto plus amoris attrahit. plus crescit et habundantius fructum reddit. Per caritatem
enim efficimur arbores fructifere in orto domini qui est ecclesia proferentes folia uerborum
flores desideriorum et fructus bonorum operum. et fundati ad similitudinem domus ut sitis
habitaculum spiritus sancti. ita ut possitis comprehendere. id est perfecte intelligere que sit. id est quanta de
beat esse latitudo caritatis. latitudo caritatis est quod debemus benefacere amicis et i

Caritas est mentis affectus ad deum et proximum affluenter et ordinate. Alii caritas est dilectio dei propter seipsum et proximi propter deum. Alii caritas est motus porrectus. Alii caritas est amor adipiscendi et optinendi et animi ad fruendum deo propter se et proximo propter deum. Alii caritas est amor quo deus et proximus diligitur. Alii caritas est mutua dilectio. Alii secundum B. Caritas est cordis voluntas quido terna gaudia. Alii caritas est qua recte vivitur. omnia opera mea facio vel per gratiam dei vel pro utilitate proximi. Alii. Caritas est que recte vivit omnia opa mea facio ul' p gr̄am dei ul' p utilitate pximi. Item. Caritas est amare eum deo et odi qua nemo malevolus qui deus operatur in nobis sine nobis. Item. Caritas est sic qua dives pauper est et cum qua pauper dives est. Item. Caritas est cum deo. Item alibi. Caritas est sic qua dives pauper est et cum qua pauper dives est. Item. Caritas est esurienti cibus. sitienti potus. nudo vestimentum. viatori hospicium. infirmantibus sanitas. captivis redemptio. defunctis sepultura. in amaritudine positis dulcedo. desolatis consolatio. errantibus via. peregrinantibus viaticum. exulantibus patria. naufragantibus portus. Hec est enim virtus que vere dicere potest cum apostolo. i. cor. ix. Omnibus omnia factus sum ut omnes salvos facerem.

Caritas est sol qui dicitur solis lucens quia ipsa est lumen anime. et sicut sol lumen est anime et oculus mundi. Unde Gen. i. Fecit deus duo magna luminaria. luminare maius. scilicet caritatem ut preesset diei. id est virtutibus quarum ipsa est regina sicut dicetur inferius. Luminare autem minus est humilitas quere ḡtulo suo. Dicitur caritas sol multiplici ratione. Primo propter comitatem. sol enim communis est omni creature. et caritas inde ad est quia communis voluntas. hinc enim vox est omnibus omnia factus sum et cetera ut supra. Secundo quia sol est fons caloris et caritas est fons ignis filiorum dei cum non comitat alienum. id est filii diaboli. caloris quia ipsa est ignis quem deus venit mittere in terram. hoc inferius reperies. Tercio quia sol fons est splendoris quia sicut sol colorat res. sic caritas virtutes. Quarto quia sol vegetatione confert herbis et arboribus et omnes virtutes et virtutum opera ex caritate generantur secundum Greg. Quinto quia sicut sol omnibus radiis illuminat macrocosmum sic caritas. vii. radiis suis qui sunt. vii. modi diligendi microcosmum. Sexto quia ad modum solis stat caritas Christi ad hostium mentis et pulsat per consuetudines. per paupertatem. et huius ut ei aperiamus. Septimo. quia sol dicitur habere rotam vel in deum in rota. Similiter caritas videtur habere quandam rotam spiritualem in qua quasi radiolus unus unitas. scilicet caritatis que non patitur sectionem. Sex alii sunt sex modi diligendi. de quibus dicetur infra. Rotunditas sive circumferentia qua deprimitur ab anima et elevatur a posterioribus. est cura proximorum propter altitudinem priorum. Duodecim radioli sunt observantia decalogi et duorum preceptorum evangelii quod fit in presenti per virtutum. et sic elevatur posterius quod erit in futuro per premium. et quanto magis deprimitur tanto magis elevatur. quod per dilectionem fulgeat iustus. Ut sol dh' iud. v. In cantico delbore. Qui diligunt te domine sicut sol in ortu suo splendet ita rutilent.

Caritas regina est virtutum. primo quia coronam portat in regno dei. Ipsa enim sola coronatur et coronat amicos dei gloria et honore. Sola enim remuneratur quia sola vincit et pugnat. De cuius corona dicitur exo. xxv. quod erat super mensam auream. iiii. digitis elevata que dicitur interrasilis. bene super mensam auream quia excedit omnem sciam. iiii. digitis elevatam quia excedit. iiii. cardinales. interrasilis dicebatur hec corona quia caritate amicus diligitur quod inimicus non excluditur. et quia bona priorum complectitur tamquam sua. et malis alienis compatitur tamquam suis. Secundo quia maior est in regno virtutum. Unde i. ad cor. xiii. Maior horum est caritas. et quia habet imperium omnium operationum virtutum significata per ioseph qui dictus est salvator mundi. Gen. xxxv. cum imperator augustinum quia nullam accrescit de virtute in virtute. nullus salvatur nisi per eam. Imperat omnibus virtutibus

animus tollit deo centum vel mille animas pro quibus ipse mortuus est. Item sollicitudo. Solus enim diligendus est propter se. Sed multi non diligunt eum nisi dedit eis temporalia. Unde confitebitur tibi cum benefeceris ei. vel quorum amor deficit deficientibus temporalibus. Unde prov. xxvi. Cum defecerint ligna beneficiorum extinguetur ignis dilectionis. Item karistia. care enim et magno sumptu diligendus est ipse. quod non faciunt illi qui licet multa de suo haberent non tamen darent pro eo obolum quod facit avaricia. Item sapientia et discretio. quidam enim indiscreti credunt se multa facere pro eo quando tamen non tantum placant quantum irritant. Hoc modo dilexit nos Christus et sua caritas forma est et regula nostre dilectionis. Unde dicit Jo. xv. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. hoc igitur est preceptum meum quo impleto nullum dimittitur. quo omisso nullum impletur. quia plenitudo legis est dilectio. sic dicit apostolus. Cor. xiii. Hoc est preceptum meum. hec est lex regni mei. hec est regula amicitie mee. ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Dilexit nos deus prior. Unde dicit canonica Jo. iiii. ipse prior dilexit nos. istud non possumus adimplere quia sic dicit auctoritas. invenit prior Christus sed non prior prevenit. semper primus est in accessu. ultimus in recessu. et nunquam deserit hominem nisi prius ab homine deseratur. Unde Sap. vi. Preoccupat qui se concupiscunt gratis. non symonia. sed mera benignitate et sumptibus suis non faciens nobis amorem suum in proprium commodum sed in nostrum. bonorum enim nostrorum non eget. et hec est recta dilectio. Unde recte diligunt. non tantum tamen fructuose. non sibi. scilicet sed nobis. et hoc est diligere opere et veritate. Canonica i. Jo. iii. Item karissime. quod apparet ex precio quod dedit pro nobis. Unde i. Pe. i. non corruptibilibus et cetera. et nos debemus ipsum tam care diligere quod non debeamus preponere valenti se. et nos omnibus istis modis debemus invicem diligere sicut ipse dilexit nos. scilicet preveniendo nos in obsequiis pietatis et exhibitione honoris. Unde honore invicem prevenientes. Ro. xii. Gratis ut non exigatis merita aliorum quos diligimus quia amor ... esset sicut qui diligit dantes sibi. vel meretrici aut mercenarius. Recte et fructuose ut magis velimus benefacere aliis quam bonum fieri nobis. Unde ap. xx. Oportet suscipere ac meminisse domini Ihesu quia ipse dixit. Beatius est magis dare quam accipere. Karissime et debemus diligere invicem ut pro fratribus animas ponamus in necessitate quod tamen illi faciunt qui nec etiam temporalia fratribus et proximis in necessitate darent. Unde canonica Jaco. iii. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in eo. q. d. Nullo modo.

Caritas est consummatio preceptorum. id est adimpletio. Unde apostolus. Omnis consummationis vidi finem. De quo fine subdit. latum mandatum tuum nimis. quod est caritas. Unde Mt. xxii. In hiis duobus mandatis universa lex pendet et prophete. Item i. ad Thimo. i. Finis precepti. id est consummatio est caritas ad proximum de corde puro. de conscientia bona ad seipsum. de fide non ficta ad deum. Sic diffinit apostolus caritatem. Puritas cordis sicut dicit B. Consistit in querenda gloria dei et utilitate proximi. ut scilicet quicquid agitur alterutro aut utroque horum respectuum fiat. maxime tamen adhibenda est puritas proximo. deo enim manifesti sumus sed non proximo nisi in quantum ei cor nostrum aperimus. De conscientia bona. Conscientiam bonam debemus nobis quando faciunt in nobis duo. scilicet penitentia et continentia. quia inde vel per penitentiam peccata commissa punimus. et per continentiam deinceps punienda non committimus. De fide non ficta. Exhibere debemus deo hanc ut nec propter gloriam quam per continentiam et penitentiam et humilitate custodire volumus nimis exequamur mandatorum dei obedientiam. Hec est fides non ficta. Non ficta autem ponitur ad differentiam mortue fidei et ficte. Mortua fides est que sine operibus est. Sicut dicit Jac. ii. Sicut corpus sine spiritu mortuum est. ita fides sine operibus

tinctat. cuius memoria que bona sunt remordat. tota mente diligit dominum sicut dicit apostolus. psallam
spiritu psallam et mente. cuius autem intellectus que dei sunt non intelligit aut non secundum dominum
sapit. aut sciencia illius uana est et secularis aut recordatio eius non est bona. aut cogitatio displi
cens deo ille non tota mente diligit dominum. hucusque cursus super .g. Item diligendus est christus
sapienter contra gaudium sapientiam oculorum. vel auariciam que congregat futurum talis dicat cum Salomon
Proverbiorum .v. Vsquequo paruuli etc. Stultus noxia sibi cupit qui temporalibus illectus auertitur ab
eternis. Item fortiter contra timorem mundanum et humanum. dulciter contra concupiscentiam carnis. Dulci
ter enim dominum amat qui omnem carnalem delectationem venenum sicut uere est reputat. et omne
quod a deo separat felle amarius iudicat. Unde una eorum uua fellis etc. Item dulciter amat
qui dicit. quam dulcia faucibus meis etc. Memoriter contra superbiam. Qui enim dominum diligit
iusticiam eius omni hora recolit. quod primum angelum pro peccato superbie deiecit. et sic om
nem superbiam a seipso excludit. Unde .ii. petri .ii. si deus angelis etc. sic diligebat Iob .xxxi.
Semper quasi tumentes super me fluctus timui dominum et pondus eius ferre non potui. Qui pericli
tatur in mari et uidet fluctus super se insurgentes libentissime apprehendit tabulam
cui inherendo possit euadere. Sic qui dominum amat memoriter et fluctus comminationum eius
quasi super se suspensos semper attendit libenter apprehendit tabulam crucis uel penitentie ut sic
possit euadere. Item diligendus est christus a nobis sicut ipse dilexit nos scilicet toto corde. tota anima
tota uirtute. tota mente. quod est sapienter. dulciter. fortiter. memoriter. et ita caritas christi
ad nos forma est nostre caritatis ad ipsum. Unde precipit sponse sue. Cantica .viii. pone
me ut signaculum etc. In pectore sedes est cordis quo diligendus est et in brachio opa
tionis imitandus est. quod sicut dicit Augustinus. Omnis christi actio christiani est lectio. est ergo idem ac
si dicat. pone me etc. vel imprime amorem tuum informa mei amoris. et operatione tua
informationem operum meorum.

Dilexit autem nos christus ad litteram toto corde qui uoluit aperiri ut pateret uiscera dei nostri. Ideo
appellatur amicus cordialis. gallice. amis coreus. Ut et tu diligas eum toto corde. tota anima
quam dedit pro nobis. que erat dignissima creaturarum. ut nichil tam sit dignum quod ponas eius dilectio
ni. et eo diligas tota uirtute cum non timuit mori pro nobis. Unde maiorem hac dilectio
nem etc. et fuit eius dilectio fortis ut mors quia nec uite sue pepercit pro dilectione. Augustinus. Valu
it enim animam suam separari a carne quam ut ab eo separentur anime nostre. Et ita fuit fortis ut
mors eius quam ergo nos dilectio. Cantica .viii. Dilexit et nos tota uirtute sicut solet euenire quod
uehemens amator amasia sua insaniens pudorem postpo[illegible] -mora [illegible] sunt. difficultates
paruipendit. obprobria non sentit. et huiusmodi. Sicut et christus non recusauit [illegible] -tas eius flagellari. derideri.
conspui. colaphizari. despoliari. configi. et crucifigi pro eterna sua. Item dilexit nos sapien
ter nos petens in premium. nec aliud uolens habere precium uel retributionem quam nos ipsos. Au
gustinus. Ideo tanti emit ut solus possideret. Unde dicit anime peccatrici. Ysaias. Reuertere ad me
quoniam redemi te non dicit quia formaui uel creaui. uel aliquod beneficium commemorat nisi
solum modo beneficium passionis. et ideo nos emit totos toto se. ut toti essemus sui. Item
dilexit nos dulciter quia dulcis uisa est ei angustia passionis. Unde Io. xvi. Iam non
meminit pressure propter gaudium etc. Item. Dulce lignum dulces clauos. scilicet christo pacien
ti. aliter non huisset ecclesiam sua patientia. ipse enim fuit sacrificium oleatum et ideo dulce et
saluberrimum christiano degustanti. qui per amaritudinem tormenta redijt ad dulce

&c. In passione cibum carnis & potum sanguinis in mensa crucis & altaris ubi congregantur
aquile sue, i. uiri spirituales. Iob. xxxix. & lambunt illum sanguinem, i. cum delectatione in
tus & desiderio sumunt. Iob. xxxix. In resurrectione siccate sunt uene mortis, i. infirmi
tates corporum & iniquitates animarum que duo emanauerunt de fonte mortis, i. de peccato primi
parentis. Osee in fine. adducet dominus uentum, i. christum urentem, i. tollentem peccata de deserto, i. u
rinis urentis. in ascensione habemus dactilos, scilicet fructus palme, i. uictorie christi. sicut filii israel
in ingressu terre sancte. In missione spiritus sancti habemus unguenta & pigmenta, i. dona spiritus sancti
que sanant animas more unguentorum & delectabiliter reficiunt more pigmentorum. Ecclesiastici xxx
viii. Unguentarius, i. spiritus faciet pigmenta suauitatis. & unctiones conficiet sanitatis.
Diligendus igitur est deus quia in eius beneficiis multiplicem inuenimus delectationem. Item secundum
Crisostomum. Dilige ex toto corde est ut cor tuum non sit inclinatum ad ullius rei dilectionem
amplius quam dei. nec delecteris in aliqua specie mundi amplius quam in deo. non in auro uel argento
non in filiis aut parentibus. non in diuiciis aut possessionibus sed sic omnia existimes esse
in deo ut pro hiis omnibus deum ames. Si autem aliquo horum amor tuus fuit occupatus iam ex
toto corde non amas deum. pro quanta enim parte cor tuum fuit ad aliquam rem pro tanta mi
nus erit ad deum. Exemplum quo cognoscitur mulier diligere uirum suum. uidelicet si neminem
iudicet sapienciorem aut forciorem aut formosiorem uiro suo. & si sit illo forcior. sa
piencior. formosior tamen ante oculos eius non debet apparere. Perfectum odium & perfectus
amor uerum iudicium non cognoscat. si perfecte odis aliquem quicquid boni facit ipse aut
dicit tibi displicet. & si bona sunt que facit aut dicit. similiter si perfecte amas aliquem quicquid
dicit uel facit tibi placet. Quia uxor si uideris aliquem dicat. quam sapiens uir utinam ui
rum meus talis esset. iam eius amor ad uirum suum imperfectus est. uel pro quanta parte laudat
aliquid in alio uiro quam in suo pro tanta parte dilectio eius minor est ad uirum suum
sic & omnis anima christiana que sponsa christi est ita diligere debet deum ut nichil sit in mundo
quod amplius diligat quam eum. pro quadam enim parte plus aliquid aliud amauit pro tanta
parte minus diligit deum. Item Crisostomus. Diligere in tota anima est certissimum habere animum
in ueritate & infirmum non esse in fide. Alius enim est amor cordis. & alius est amor
anime. amor cordis quodammodo carnalis est. ut etiam carnaliter deum amemus quod fieri non
possumus nisi recesserimus ab amore mundialium rerum. Sicut enim casta mulier que uirum suum
amat nullum alium amat. quod si fecerit iam uirum suum non amat. sic homo si deum
amat mundum [illegible]od facit [illegible] non amat. quod si mundum amauerit. iam deum ex toto
corde non amat [illegible] cordis amor non intelligitur sed sentitur in corde quia quodam
modo carnalis est. amor autem anime non sentitur in corde sed intelligitur. quia amor anime iudicium est.
Ubi gratia. Iudicasti unum deum per quem omnia & in quo omnia. si intellectus tuus aliquo
modo seductus cepit dubitare de substantia dei iam non tota anima diligit deum. Item qui pu
tat incantationes aliquid posse aut auguria aliquid intelligere. aut diuinati
ones aliquid nociare talis in tota anima non diligit deum. Qui autem diligit deum
& omne credit esse apud deum & ex neque sciam neque sapiam aliquam esse neque uirtutem
qui credit omnia facere sine deo nichil posse talis in tota anima diligit deum. Item in
tota mente diligere deum est ut omnis sensus tuus qui pertinent ad te deo uacent.
cuius intellectus deo ministrat. cuius sapiencia circa deum est. cuius cogitatio ea que dei sunt.

-mentum gaudiorum paradisi. Ideo dicat: Inveni David servum meum. Item: Congratulamini michi quia inveni
ovem meam que perierat. Ideo dicit pater de filio prodigo: epulari et gaudere oportebat et cetera. Item
dilexit fortiter, quia nec tribulatio neque angustia neque fames aut nuditas separabant a
dilectione nostra, ut supra dictum est. Tota virtute et tantum amavit quod pro mortuis resuscitan-
dis in ligno mortua vita fuit. Item dilexit memoriter, ad quod vestigia reservat ci-
catricum in pedibus et manibus et latere. Sicut dicit B. Filius ostendit patri latus et vulnera
nec ullomodo passus est esse repulsa ubi tot decurrunt dilectionis insignia. Et hoc est quod dicit Ysaias: In ma-
nibus meis descripsi te, scilicet minio sanguinis mei cum pincellis clavorum, ut magis haberem tui me-
moriam, sicut aliquis facit aliquod memoriale ut nodum in corrigia vel aliquid huiusmodi volens re-
cordari alicuius rei. Similiter solent aliqui vel corda ligari ad ymaginem deferre ut passionis do-
minice recordentur. Unde pone me ut signaculum ut supra. Ideo dicit Ieremias tribus. Recor-
dare paupertatis et transgressionis mee et cetera. Dilexit et perseveranter, alioquin vere non dilexisset.
Unde Io. xiii. Cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Hoc modo dilectio Christi for-
ma est vel exemplar nostre dilectionis. Item dilectio Christi ad exemplum sue dilectionis debet in
nobis esse inseparabilis. Unde ad Ro. viii. Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio scilicet cor-
poris, an angustia scilicet cordis, an persecutio, an fames et cetera. Sed in hiis omnibus superamus propter eum
qui dilexit nos. Hoc modo diligebat apostolus. Unde subdit: Certus sum enim quia neque mors ne-
que vita neque angeli et cetera. Item Cant. viii. Aque multe, id est blandimentorum mollicies, non
potuerunt extinguere caritatem nec flumina, id est impetus tribulationum obruent eam. Item insuperabilis quod est
fortis. Talis fuit dilectio eius ad nos. Unde Cant. viii. Fortis est ut mors dilectio. Quod de sua
dilectione exponitur principaliter et post. Et bene fortis ut mors quia ipsum mori fecit ne moreremur
eternaliter. Separata est anima eius a corpore quod est mori corporaliter temporaliter. Dura ut infernus emula-
tio, quoniam sic creaturas suas dilexit ut pro eorum liberatione ad infernum descendit. Lampades eius, id est di-
lectionis, lampades ignis atque flammarum. Lampas se ipsam consumit ut alios illuminet. Ita
et Christi caritas quodammodo usque ad consumptionem perduxit in cruce ut nos de tenebris infernalibus
eriperet. Et iste lampades sunt lampades ignis, id est homines accendentes ad amorem dei, et sunt lampades flammarum,
id est nobis illuminantes et viam ostendentes ut sicut mortuus est Christus pro nobis, ita et nos non
dubitemus mori pro ipso si necesse fuerit. Debet et in nobis dilectio eius esse insuperabilis ut diligamus
fortiter. Et sic nostra erga eum dilectio fortis ut mors. Et bene comparatur dilectio morti scilicet propter separatio-
nem. Sicut enim mors hominem ab omni temporali separat, ita dilectio dei. Unde Greg. hunc locum
exponens ait: Quod facit mors in membris corporalibus hoc facit dilectio in mentis cupidi-
tatibus. Vel sic: Sicut mors dividit animam a corpore sic si vera est dilectio spiritum a carne, scilicet
ne ei obediat. Vel sic: Sicut mors a manibus parentum et amicorum extrahit hominem eis in-
vitis, ita dilectio dei vera ut patet in reddentibus se religioni. Vel sic: Dilectio fortis
ut mors quia facit hominem mori mundo et vivere deo. Unde ipse dicit: Non possunt michi
vivere qui non sunt mundo mortui. Vel sic: Sicut mors impediri non potest quin veniat sic
nec vera dilectio. Vel sic: Fortis ut mors quia sicut mors uno ictu interficit hominem, sic ve-
ra dilectio simul et semel omnes inimicos dei, id est vicia et peccata. Sequitur: Dura ut in-
fernus emulatio. Emulatio est indignatio habita de peccatis que tanto maior est quanto
maior est dilectio. Et hec emulatio dura est ut infernus, quia sicut anime in inferno posi-
te nullis tormentorum malleis frangi possunt, sic fortis est ad omnia propter deum supplicia

sustinenda. Vel aliter. Durum ut infernus emulatio in bono sensu. quia sicut infernus quem semel
recipit numquam dimittit. quia in inferno nulla est redemptio. sic vere diligens finaliter diligit
nec dilectum dimittit. exemplo domini. Jo. xiii. Cum dilexisset suos etc. Jere. xxxi. In cari
tate perpetua dilexi te etc. Item insuperabilis ut deus super omnia diligatur. et dilectio eius que absor
beat omnem aliam dilectionem. Unde dicit. Qui amat patrem aut matrem etc. Insatiabilis.
eccli. xxiiii. Qui edunt me adhuc esurient etc. Illud est quod canitur de angelis. Fruuntur
nec fastidiunt quo magis fruuntur siciunt. Singularis quia extra deum nichil est querendum. Unde unam
pecii etc. quicquid michi preter illum est dulce non est. quicquid vult michi dare dominus meus totum auferat et
se michi det. Aug. amor michi est quam vehemens et bene ordinata voluntas. Idem. Domine cum te propter aliud
amo non te amo sed id propter quod te amo. Qui enim diligit christum propter temporalia non eius amor non est
singularis sed adulterinus. Sicut meretrix diligit leccatorem cum applaudit quamdiu habet quid det
nudum expellit. sic amor temporalium. Unde. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Sic multi de domino
ipsum collaudantes et ei superficialiter servientes in prosperitate sed murmurantes in adversitate vel
gratias non agentes. de quibus dicitur Pa. xxvi. Cum defecerint ligna beneficiorum extinguetur ignis caritatis
huius. Singulariter diligebat Job dicens. ii. Si bona suscepimus etc. Diliges dominum deum tuum etc. Multi
plex est dilectio que duos ligans. scilicet diligentem vel quem diligit. amantem videlicet amata. sic enim
amor amantis et amati quedam unio. et aliter dicitur quod amatur quia in suam naturam semper
convertit amatorem. Dilectio alia carnalis. id est carnis alentis ut gula. luxuria. corpulencia et huiusmodi
facit carnalem. Unde. i. cor. vi. Qui adheret meretrici id est carni sue unum corpus efficitur. erunt
inquit duo in carne una. Gen. ii. id est in unio carnali opere. Item mundialis que est vanitas et fa
cit vanum. Unde Jere. ii. Ambulaverunt post vanitatem et vani facti sunt. Aug. Si paleam
sequeris palea es et palea efficieris. et ideo tales mundi nomine appellantur. Unde et mundus id est ama
tores mundi eum non cognoverunt. Item malicie facit malum. Unde. i. Jo. iii. dicitur quod
Chaym ex maligno erat. In ps. Dilexisti maliciam etc. Glo. non deserit maliciam qui dili
git. Item spiritualis facit spiritualem. et dicitur spiritualis qui spiritum alens. scilicet in devocione et gratia. Unde
Jo. iiii. Spiritus est deus. etc. i. cor. vi. Qui adheret deo unus spiritus est cum ipso unitate scilicet amoris
et gratie. Hec enim unio spiritualis est que fit per amorem. et amor ignis est quia materiam sibi co
herentem ignit et in suam naturam convertit. Amor est vinculum uniens. vinculum est perfecti
onis. ad col. iii. Si bonus est similiter qui adheret diabolo unum cum eo fit. unitate quadam pessi
ma que totam deformat animam. Unde de iuda dicit dominus. Jo. vi. Nonne ego vos. xii. ele
gi et unus ex vobis diabolus est. Item eccli. xxi. Dum maledicit impius diabolum maledicit ipse
animam suam. Sic intelligendum est verbum diligendi. Dilectio autem christi que est spiritualis non patitur
secum dilectionem contrariam non carnalem. quia sicut dicitur ad Ro. viii. Qui in carne sunt deo pla
cere non possunt. non mundanam. quia sicut dicit Jaco. iiii. Amicus huius mundi etc. non
maliciosam quia sicut dicitur Sap. i. In malivolam animam etc. Malivola est anima que deum
vult aliquid aut diligit contra deum aut plusquam deum. Hec diabolum secum patitur. quia nemo
potest duobus dominis servire. Mt. vi. Omnis igitur prava delectatio tolli debet a corde qui vult
christum diligere. Carnalis dilectio est quoad parentes que et dicitur naturalis. tolli debet quia ipse
dicit. Mt. x. Qui amat patrem aut matrem etc. Carnalis dilectio est erga corpus quam
et tolli necesse est. Unde Qui amat animam suam perdet eam.

Diliges dominum deum tuum. Domino enim debetur timor et servicium ut eum timeas. et ei

uicias bonitatis ei⁹ ɀ patie. ɀ longanimitatis ɔtempnis. ut s. qui no uis penitere. De tor
palib; dr in ps. Inhabita terram ɀ pasce. i diuiciis ei. Has uiciasq; diuicias possidebis si illum di
lexeris. si p eius amore extiteris paup. non sensu non uirtute n habitu. s spuali uolu
tate. Unde auctoritas. Contempne omnia ɀ habebis omnia. Si enim pauper spu. i. uoluntarii
pauper quoniam ipsorum ɀc. Scdo ɔmendat a pulchritudine que de facili adamat. Unde qui cum
sit splendor glie. i. eternus patri sicut splendor eternus e soli ul igni. ɀ figura sube.
sicut figura alicuius rei ipi e equalis. Unde dr sap. vij. Candor lucis eterne ɀ speculu sn
macula in quem desiderant angeli pspicere ɀ speciosus forma p filiis ho. i humilitate. Dilige
g illum ɀ eius precepta illius glie ɀ uidebis ipm in corde tuo ɀ ne desideres pulchritudinem
istius miserie s ɔtempne tam dicens. Nigra sum s formosa. Tercio ɔmendat a for
titudine. que ɀ solet facile adamari. Ama g eu ɀ ipse portabit te ɀ tua i fortitudine
sua ad tabernaculu sctm suu. Tua enim sunt deuotiones tue. lacrime. suspiria. ɀ desideria
orones ɀ ieiunia. ɀ hm. Tandem n portabit aiam tuam ad thalamu etne quietis si
ipm amaueris. Quarto ɔmendat a bona opatione que e posse ɔuertere peccatorem ab
errore uie sue ɀ saluare aiam ei a morte ɀ opire pallio uite sue multitudine pctorum
ama g eum ɀ dimittentur t pcca multa si dilexis multu. sicut e fcm marie pctrici.
Quinto ɔmendat ab excellencia. que ipa multu solet adamari. Dilige g excellum qr
uoluntas ei e ut ubi ipse e. ibi sit ɀ minister ei qui ex amore eidem ministrauit
i psenti. Propt h omnia diligendus e xpc ɀ maxime qr h omnia ɀ singula i nram salu
tem expendit. Et inde g tria bnficia dei p quib; diligendus e a nob. ɀ qm celestis nego
ciator dedit omnia sua p pciosa margarita. que e homo.

Diues p nob apauperat. Unde ij. ad cor. viij. Scitis gram dni nri ihu xpi qui pp nos
factus e egen9 cu eet diues. ut illi9 inopia ɀc. Vide paupertate. Aspice natu sine
hospicio inuolutu uili panniculo. Int aialia iacentem. i psepio. hospitatu i stabulo
fugitiuu in egypto. sedentem i asino. nudu pendentem i crucis patibulo. Ecce pau
per. amplectere g paupertate ɀ ditaberis in futuro.

Sapiens p nob stultus reputat. Unde loquit patri. Tu scis insipiam meam ɀ
tanqm fatuus deridet. ɔspuit. uerbat. detrahit. blasphemat. subsannat. ɀ cu
iniquis deputat. Elegas g dulce fatuitate pp dilcone ei ɀ edificabit in te n sapia s dom.

Speciosus forma p nob obscurat. Unde ysa. liij. Non e
species ei neq; decor ɀ uidim9 eu ɀ non erat aspectus ɀc. Palleas g p ei amore.
qr pallor e color amantis. sicut ipse palluit i morte p amore tuo.

Fortis p nobis infirmat. Unde ysa. liij. Vocat eu uiru doloru ɀ scientem infir
mitate qui uere languores nros tulit ɀ dolores nros portauit. Portauit
defectum nre infirmitatis qm incepit portare i utero uirginis. Portauit hon9
nre iniquitatis i patibulo crucis. Unde q pcca nra ipse pertulit i corpe suo sup lignu.

Purgans pcta pctorum reputat. Unde dcm e de eo. Non hic ho
a deo q sabbm non custodiuit. Agnosce g te pctorem ut iustificeris ab eo q
nouit peccatum.

Excelsus p nob humiliat. Factus obediens usq; ad mortem ɀc. Humiliare ɀ tu sub
potenti manu dei ut in futuro ualeas exaltari.

seruias ex amore. Diliges dominum ut in eum credas fide per dilectionem operante. Diliges dominum ut eum ex
amore sollicite custodias quam cuilibet familiare est quod suum est sollicite custodire. Diliges
ergo eum quia tuus et uere tuus quia datus et natus. ysa. ix. Puer natus est nobis et cetera. Quod autem
datus est ab illo qui dare potuit tuus est. Tibi enim datus est tribus modis. Gratis datus est non
uenditus. gratis. scilicet precedentibus nulla enim uita. nulle preces. nulle lacrime. nulla obsequia
creature mereri potuit. Ut filius dei semet ipsum exinaniret serui formam accipiens.
Item datus est nobis a se ipso et pro nobis dedit se ipsum et hoc totaliter. Dat enim nobis carnem suam in cibum
sanguinem in potum. animam autem suam dedit in precium sicut dicit B. Item. Datus est nobis non
commissus. omnia enim nobis preter ipsum commissa sunt et quicquid nobis aliquid commiserit in breui
repetet. terra corpus. diuicias mundus. animam deus. uel si peccatrix est ipse diabolus. Unde luc. xii. Stul
te hac nocte animam tuam repetent a te angeli. scilicet exactores. Solus autem deus ita tibi datus est quod
neque mors neque uita neque mundus neque diabolus tibi poterit auferre nisi ipsum sponte perdas. Unde
Greg. Cetera possunt nobis auferre homines sed deum nequaquam. Diligendus est ergo quia tuus. Item dili
gendus est ex corde quia deus. Deus idem est quod uidens. Uidens inquam non uisu hominis. Unde Job
x. Numquid oculi carnei tibi sunt et cetera. Sed uisu acutissimo penetrante usque ad diuisionem anime ac
spiritus. ad hebr. iiii. Homo enim uidet ea que patent deus autem intuetur cor. i. Reg. xvi. Unde dicitur
scrutans corda. id est cogitationes et renes. id est delectationes. Item diligendus est ex corde quia ipse
est cui omne cor patet. Item diligendus est ex toto corde quia dominus. Si ipse dominus tuus est tu seruus
eius es. ergo omnia tua sua sunt. Si omnia tua ex integro sua sunt. ergo cor tuum integre
hoc suum est quo ad iiii. affectiones. Unde petit a te. pab. xxiii. Prebe fili mi cor tuum
mihi. alioquin fur es et latro et dignus eterno supplicio uel suspendio. Amor ut non diligas
preter eum aut nisi propter eum. Timor ut nichil timeas preter eum aut nisi propter eum. Dolor ut non do
leas nisi de eius amissione et eorum que ex ipso. Gaudium ut non gaudeas nisi de ipso et ipsius recupe
ratione. Diliges dominum deum tuum. Istud sufficienter expositum est ex toto corde. id est ex toto intellectu
ut nullum in confessione diuinitatis locum relinquas errori. Et ex tota anima. id est ex uolunta
uitutis orationem resistit ire. Istud est notandum. Ier. vii. ubi dicit deus. Noli orare pro populo nec assu-
mas pro eis laudem et orationem et non obsistas michi quia non exaudiam te. In hoc quod dicit non obsistas
michi comprehenditur quod iustorum oratio ire dei resistit quod quod plangit ysa. lxiiii. Non est qui inuocet
nomen tuum. nunc est qui consurgat et teneat te. Immutat uultum. unde luc. ix. ascendit
ihesus in montem et orauit. et facta est dum oraret species uultus eius altera. Mare separat
exo. xiiii. Dicit deus ad moysen. Quid clamas ad me. Extende manum tuam super mare et diui-
de illud. Necat hostem. Iudith. xiii. Orauit Iudith motu labiorum cum silencio et abscidit
capud olofernis. Hester. et Mardocheo orantibus suspenditur aman patibulo quod mar-
docheo parauerat. ¶ Fecundat steriles. Gen. xxv. Deprecatus est ysaac pro uxore sua steri-
li et exauditus est. Re. i. Exauditur anna sterilis orans domino et flens largiter. Oppressos uin-
dicat. exo. v. Clamauerunt filii israel ad dominum oppressi ab egyptiis et percussit totam terram
egypti plagis uariis. exo. de Iudice iniquitatis. lege totum. luc. xviii. Extinguit ignem
Num. xvi. Cum tumultus aaron ad multitudinem inposuit se inter uiuentes et mortu-
os orauitque moyses dominum et absorta est ignis. penetrat nubes. ecc. xxxv. Oratio humiliantis
se nubes penetrabit. Hinc xpc obediuit. unde Josue x. Obediente deo uoci hominis ut supra. Sed libe-
ter pro aliis orandum est. unde Job. in fine. deus conuersus est ad penitentiam Job cum oraret pro amicis suis
Greg. hic apte ostenditur quod et pro semetipso petentis tanto citius exaudiri meruit quanto
deuote pro aliis intercessit. plus enim posse ualet precibus suis et fecit quod habes in aliis impendit
libencius ipse sacrificium orationis accipitur quod in conspectu misericordis iudicis proximi dilec-
tione conditur quod tunc uerius quisque cumulat si hoc et pro aduersariis impendat. unde orate
pro persequentibus et calumpniantibus uos. Item Greg. in registro. Cum pro nobis ad inuicem oramus christi pro lubricum
incedentes manum ad inuicem tenemus. Sed Numquam debemus refutare portare peticione
filie rogantis nos ad xpm pontificem. quod amore eorum potius a latere peticio nostra exau-
diri et nostra negocia promouemus. unde qui pro alio orat pro se ipso laborat. Ideo et inconsul-
tant aliis in choro quod dicitur hoc ipso orare pro inuicem ut saluemini. Item et quando orandum
est sub silencio et absque ullo strepitu uocis aut uerborum. unde ap. i. ad cor. xiiii. orabo spiritu
et mente. Deus enim non uocis sed cordis auditor est non admonendus est uocibus qui cogitationes
uidet quod anna obseruabat .i. Re. i. quod supra. unde ibi dicitur loquebatur in corde suo tantum quod la-
bia eius mouebantur et uox penitus non audiebatur. Sed non clamosa peticione sed tacite
et modeste loquebatur non uoce sed corde. quia sic sciebat dominum audire et impetrauit effi-
caciter quod peciit quia fideliter postulauit. pater noster qui es in celis. Hec oratio breuis est ut memorie
commendetur ne quis si nesciat excusetur ne fastidium generetur ut deus parat exaudire. Sed
No. hec oratio dignior est aliis orationibus auctoritate. quia de ore saluatoris prolata docentis apostolos ora-
re breuitate quia de ea memorie retinenda. Nullus se potest excusare fecunditate
quia plena mysteriis et significationibus sufficienda. quia continet omnia uite presentis

et fuisse necessaria. Item in hac oratione dantur nobis tria fiduciam impetrandi. Primum quia dictauit eam dominus. Secundum quia uoluit rogari. Secundum quia non uellet ea largiri que docuit petere: esset illusio quam doctrina. Tercium quia ad gloriam dei pertinent que petimus. Item per tria uult a nobis notari pater. Primum ut de uita eius confidamus tamquam filii et discuciamus utrum simus ueri filii eius per assimilacionem. Secundum quia generositatem nostram recolamus et a tanto patre degenerare erubescamus. Tercium ut de hereditate nostra scilicet paradiso dicendo pater memoriam habeamus et per ipsa pugnemus et eam queramus. Unde Matthei vi. Querite primum regnum dei. Dicendo et pater recolimus dilectionem paternam ex qua habemus fiduciam impetrandi dicendo. Noster et non meus debemus aduertere quia gratia communis est ne superbiamus ex nobilitate carnis super alios que eidem patris filii sunt. Qui es in celis ut clamemus tamquam ad remotum magno cordis desiderio quia uox exterioris clamoris usque in celum peruenire non potest et ut uitam per ipsum ascendere ad celos per celestia opera ad uidendam faciem patris et hereditatem adipiscendam. Pater noster per nostro filius qui datus est nobis ad uidendum et pendendum et seruiendum nobis usque ad ablucionem pedum. Johannis xiii. Item pater noster ad paciendum pro nobis sputa flagella et huiusmodi. Item noster quia refugium nostrum quibus noster et quicquid est necessarium. Item pater omnium creacione et adopcione. Pater secundum eternam generacionem per hoc dicit qui es in celis. Sicut est spiritus sanctus scilicet quoniam uis eum de... in omnibus per sustentacionem et gubernacionem tamen in malis dicitur esse spiritus sanctus scilicet in bonis et in celis id est iustis. Ad presumpcio magnum impetrandi. Capitulo quia antequam aliquid petamus dicimus pater non reputemus nos fratres non possumus dicere pater noster. Quid non dabit filiis petentibus qui dat nobis ut filii simus. Item per pater excitat ad dilectionem proximi. Augustinus. Felix oratio cum primordia nos admonet terrene pregnacionis et celestis adopcionis. Item. Abraham adorauit nos oramus ille tamen nos in celis ille gentium nos christianorum adopciones istarum peticionum ad dona et peticiones et premia huiusmodi usibus notatur. Sanctificetur dei peticione sapiencia queritur. Pacificum reddit et filius inde uocandus. Cum petis adueniat datur intellectus ille. Dat hoc cor mundum mentes deus ipse uidendus. Cum dicis fiat petitur uirtus miserendi. Consilium quia datur per quod datur et misereri. Cumque petis panem ualeas ut forcior esse. Esuriens sis iusticie saturatio panis celestis. Cum dimitte rogas datur inde scientia culpas. Hoc lugere docet sit consolatio mentes. Et ne nos inducas in temptacionem quod consentit uel condolet quando aliqua iniuria uel dampno afficitur. Datur hic donum pietatis et id est dat cor mansuetum mentes possessio regni. Cum petis ut liber fias petitur timor ille. Donat pauperiem et sic tria premia regni.

Compunctio est contricio animi cum lacrimis de recordacione peccati et timore iudicii. Aliter compunctio est quedam anime suspirantis incendium natum ex timore supplicii uel amore premii. Aliter contricio est ex gratia pro deo detestacio cum amaritudine. Detestacio enim sine gratia attricio est. Dicitur contricio quasi pro commodo temporali amisso uel offenso et huiusmodi cum amaritudine. Unde Recogitabo omnes annos meos in amaritudine anime mee. Et notandum est quod contricio meretur amocionem pene eterne racione gratie non racione sui non racione gratie. Generalis autem contricio sufficiat quia unum peccatum non potest dimitti sine alio sed confiteri possumus unum sine alio. Unde generalis confessio non sufficit si habeatur copia loci temporis et huiusmodi. Oportet oportunius dicere quia quotiens recolo peccatum meum teneor dolere de illo. Et notandum quod de adiunctitate contricionis sunt multa necessaria et multa concomitancia. Principalia autem iiii sunt necessaria scilicet peccatorum recordacio siue recogitacio et per huius interior amaritudo. De hiis duobus dicitur in cantico Ezechie Ysaie xxxviii. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine anime mee. Tercium est peccati odium. Quartum eidem abhominacio seu exprobracio. De hiis duobus dicitur Iniquitatem odio habui et abhominatus sum. Sine de singulis assignemus. De recogitacione peccatorum suorum dicit psalmista. Cogitabo pro peccato meo videlicet quam uilis effusus sum quia seruus sum membrum dyaboli. Odium angelorum. Scandalum proximo. Cibus serpentis. Pabulum mortis. Hostis filius gehenne et cetera huiusmodi. Vilior est recaduando carnis videlicet reuersus ad uomitum et sus loca

vt sit discreta quo ad venabilem. Quomodo et sic orandum docet psalmista dicens. Effundo in conspectu
eius orationem meam. quod ubique fundo. quia in toto corde in toto corpore et toto habitu debet ex-
tendi oratio et protendi sicut legitur de hester penitente. Confugit hester ad dominum pavens pe-
riculum quod imminebat. Cumque deposuisset vestes regias fletibus et luctibus que indumenta
apta suscepit et pro unguentis variis cinere et stercore implevit caput et corpus suum humili-
auit ieiuniis. et omnia loca in quibus letari prius consueuerat crinium laceratione repleuit
et deprecabatur dominum. Ecce qualiter corpore corde et habitu orationi intendebat. Sic debet fa-
cere fidelis anima ut reiectis vestibus glorie temporalis fletum et luctum prius in oratione susci-
piat et pro unguentis variis delectationum. cinere. id est memoria fragilitatis et ster-
core. id est recordatione proprie iniquitatis mentis caput aspergat et corpus suum humiliet. quia
vere penitens maceratione carnis carere non debet. Loca et in quibus delectata fuerat
crinium laceratione repleat. vt anima que in se habuit delectamenta tot de se inueniat ho-
locausta. In ipsa enim sicut dictum est defecerat species superbie. Nam dicebat. Tu scis infirmita-
tem meam et necessitatem meam et quod abhominer signum superbie mee quod est super caput
meum in die ostentationis mee. et detestor illud quasi pannum menstruate. Ecce qualiter de-
lectata fuerat signum superbie defecerat. et in ea species gaudentie. Contra indigne et in-
ordinate orantes vel psalmodiantes potest sic. Sunt quidam qui magis sub silentio orant
deum quam orant. Sed qui habitat in celis irridebit eos et cetera. Qui orant psalmodiant
sicut aveles trahunt a la charue li uns avant li autre arere. li uns comence el
milieu li autre dist del quel milieu. Et cum velint recipere nummos integros et bonos mo-
netatos et integrum nummum volunt pagare in psalmos corruptos et corrosos sicut
similiter decimator dat decimam de corrosis et arctis manipulis. propter quod reprobatur est chaym
et munera eius. Sed ve hiis qui in via chaym habierunt abierunt. Sicut dicit Iudas. In
canonica. Item ipsa dispositio corporis debet obseruari in oratione et psalmodia. quam enim sur-
gendum est. quando sedendo psallendum est aliquotiens qui dolet sedere potest. Item ipse locus
orationis. id est ecclesia quam potest bene competentius. vnde dicitur. oram. do. o. no. psa. lvi. Item psal-
modiant sicut ordit telam et rumpitur filum nec potest caput rem invenire. sic
nec isti versum suum. Item alii velud effrauati nullam facientes pausam antime-
rum. Item aliis ligando suas dicit. Domine labia mea aperies. et non cogitat plus de
deo rousoles de breu. Et qui delicatus est non comedit talia morsella. Item ipsi ad
unum debent psallere sicut liberentur et psalmodiare. quam unum portant ad longum
tractum alius accipit de manu sua et ipse potat. Oratio vinum est quod letificat cor
hominis et inebriat deum et facit ipsum obliuisci peccatorum nostrorum capitulum contineantes hoc
vinum psalmi sunt. Deberet ergo unus ex integro finire versum suum et sic alius
incipere capitulum. et ipsi sunt aveles collentes unus alii os suum. Omnes isti et hii psallunt
insipienter immo etiam non psallunt nec psalmodiant. sed magis latrant et
ululant. vnde dicitur osee. vii. Non clamauerunt ad me in toto corde suo. sed
ululabant in cubilibus suis et per filium dei magis diliget christus ut loco eorum
canes latrarent aut vulpes gannirent aut lupi ulularent. Vnde Augustinus.
Expressius est spiritualia penitus omittere quam non sincere tractari vel ferri vel
tangi. Item. cum psalmi et orationes sint aromata et pinguia domino et sanctis
suave olentia animabus et medicinalia. vnde dicitur in apocalypsi. v. quod. xxiiii. seniores

in volutabro luti. ij. pe. ij. vilissimus. i. in peccato computrescendo ut lazarus quatriduanus fetens
Jo. xi. vel ut iumentum in obprobrio stercore computrescens. Joel. i. Item. cogitabo pro peccato meo laudan
do. s. dolendo. ero sollicitus competenter satisfaciens ieiunando orando et huiusmodi. ps. Iniquitatem meam
agnosco. quia initium salutis notitia peccati. et peccatum meum coram me est semper. non delectando sed ad detestan
dum dolendo et condolendo. Si enim peccatum tuum   coram te semper ad terra supradicta ponitur. post
dorsum suum et tradet oblivioni. Unde in ps. proiecisti post tergum tuum o. p. m. Si non proieceris post dor
sum tuum et oblivioni tradendo. ponet illud christus coram se qui innocentiam. Unde dicit ysa. lxv. ecce
scriptum est coram me non tacebo. etc. et Job. xiiij. Signasti quasi in sacculo peccata mea etc. Eodem. xiij. Scri
bis enim contra me amaritudines. etc. Jer. xvij. peccatum iuda scriptum est etc. Deut. xxxij. Nonne hec condita etc.
Mal. iij. attendit deus etc. Ad hanc recogitationem peccatorum invitat deus angelum ephesi. i. episcopum. apoc.
ij. dicens. Memor esto. unde   et age penitentiam et prima opera fac. Sin autem venio tibi et move
bo candelabrum tuum de loco suo nisi penitentiam egeris memor esto. unde excideris quia ante peccatum eras mem
brum christi filius dei et heres regni. cadendo autem effectus est servus diaboli. quia sicut dicitur. ij. pe. ij. a quo quis
superatus est eius et servus est. Jo. viij. Item. deut. ix. dicit moyses. Memento et ne obliviscaris
quomodo ad iracundiam provocaveris dominum deum tuum. Item Jer. ij. dicitur a domino anime peccatrici. sanctus ego tibi non irascar
in perpetuum. verumptamen scio iniquitatem tuam. Item eze. xxxvi. Recordamini viarum vestrarum pessi
marum studiorumque non bonorum et displicebunt vobis iniquitates vestre etc. Ad recordationem autem peccatorum
suorum et ad hoc quod ea possit memoria a qua forte exciderunt   unde dicit. Reco. o. a. m. pec
cata omnium annorum meorum. necessarium est quoddam spirituale scrutinium sollicitum et quasi assiduum ad quod invitat
dominus. eze. viij. dicens. fili hominis fode parietem. paries cor.   timor dei. fossus est ut nos salua
ret suos instrueret etc. et cum fodissem parietem apparuit hostium unum etc. parietem fode et scruta
re conscientiam peccatorum et sic aperte hostium intellige. hic totum invenies titulo de castitate. ubi loquitur de ydo
latria spirituali. De hoc scrutinio dicitur in ps. Meditatus sum nocte cum corde meo et exercitabar et scopebam spiritum meum. vel sic. Sco
pebam. scrutabar. ventilabar. Nota. omnia verba hec preteriti temporis. quia semper debet homo reputare omnia
opera sua imperfecta. meditabar in corde meo quam homo meditatur penitendo de excessibus suis cor
rigendis. Hinc fit meditatio in corde suo tamen in mora talis cor non suum. hoc diabolus. cum servus garrie
bam quia est infantis balbucientis quod non potest intelligi nisi a matre vel nutrice. Balbuciat nomine con
fusus verba proferens verba ordinata. sed tamen bene intelligitur a christo quod ad modum matris vel nutricis mul
tum gaudet de garritu penitentis. unde dicit cant. Sonet vox tua in auribus meis. Scopebam. scru
tabar scrutanda est enim vita nostra a principio usque ad finem sicut scrutatur quis radicem spine ut ex
trahat que surgit peccandi voluntatem. unde ad ebr. xij. videte nequa radix amaritudinis sursum
germinans impediat et per illam inquinentur multi. Beatus bernardus. Si peccatum supersit   radas et non radi
cus eradices certus esto quod pullulabit uberius etc. Sicut et perfodiendum est vulneris fundum ad hoc
ut possit sanari. Ventilabam sicut triticum ad ventum ut amoveantur palee. venit gratia dei et tri
ticum anima. palea peccatum. Item ad scrutinium invitat Jer. Tren. iij. Scrutemur vias nostras. i.
peccata. per que descendimus ad infernum. et queramus et revertamur ad dominum. Item ad hoc scrutinium in
vitat nos dominus. luc. xv. proponens similitudinem de muliere dragmam amittente. et iam veniente
multum anima dragma gratia quam peccando amittitur ad cuius re inventionem debet ascendi lucerna ver
bo dei que illuminat et intellectum dat parvulis. i. humilibus. per scripturarum enim lectionem. et ubi
dei crebra et in sermonibus auditorum intelligunt multa peccata que nesciebant esse peccata
et multa que ad memoriam revocaverunt que oblivioni tradiderant. domum evulsa est per confessionem
manifestatio et confessionis diligens inquisitio. Unde prov. xviij. Justus prior accusator est sui.

losum qui non tenet domino pactum baptismi abhominatur deus .i. tanquam abhominabile reiciet.

De dolore penitentie et contritionis sive penitentis et contriti dicitur in psalmo. Ibi dolores ut parturientis etc. Hic est in penitentia ut parturientis .i. mulieris parere conantis. Unde Jo. xvi. Mulier cum parit tristiciam habet etc. Non dat parientis autem dolor finitur cito. Unde sequitur Cum autem pepererit iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundum. hic est in celum. Homo nouus .i. spiritus per gratiam innovatur se habet ad contritionem partus ad confessionem nouus homo natus ad satisfactionem. Dicitur ergo in penitentia et contritione. Dolor ut partu quia diu durat et vehementissime excruciant. Jer. xv. Factus est dolor meus perpetuus etc. Et ideo non quod dicat dolores plures animi per contritionem et per carnis afflictionem. Unde Job. xiiii. loquitur de penitente. Caro eius dum vivit dolebit .s. in penali afflictione et anima eius super semetipso lugebit .s. in gemitu et amaritudine. Item de hoc duplici dolore dicitur Jer. viii. In persona penitentis. Dolor meus .s. spiritualis satisfactionis super dolorem amare contritionis cor meum merens quia numquam debet a corde recedere peccati memoria memore. Item Jer. iiii. Ventrem meum doleo .i. memoriam pro spiritualibus neglectis. Ventrem meum doleo pro carnalibus desideriis etc. Item Jeremias pro lapsu carnis in iudicium ait doleo usque ad mortem et non timerem scandalum nouum quod monachorum vilipendi facerem omnibus publice peccatum hoc confiterer. Item ad dolorem parturientis invitatur anima peccatrix. Mich. iiii. Dole et contritionem et satage .i. satis age per satisfactionem filia Syon per speculationem et in discretione sicut parturiens etc. Mulier parturiens totum se discooperit et ostendit in parturiendo obstetrici. Sic debet penitens per confessionem se ostendere sacerdoti.

Gemitus est spiritualis dolor pro peccatis propriis et alienis et debet hic gemitus afficere ipsum cor et tunc vera est confessio. Unde Rugiebam confitendo a gemitu cordis mei. Eze. xxiiii. Ingemisce tacens etc. Et in hoc gemitu laborandum est ad remissionem impetrandam. Unde laboravi in gemitu meo. Et tale cor respicit deus libenter oculo misericordie. Unde Gemitus meus a te non est absconditus. Et talem gemitum commendat mihi Christus in cantica sua. Unde cant. i. pulchre sunt gene tue sicut turturis que videlicet avis gemitum habet pro cantu. Hunc autem gemitum in nobis operatur Spiritus sanctus et ideo ei attribuendus. Unde ad Ro. viii. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus .i. facit nos postulare dei misericordiam confitendo et orando. Debemus autem duplicem gemitum deo offerre ut malorum memores supplicia timeamus et premia desiderantes ad celestia suspiremus. Hoc est offerre par turturum aut duos pullos columbarum. Ideo dicitur Meditabor ut columba .i. cum magnis gemitibus recordabor peccatorum meorum.

Turbatio est quedam tristis cum gemitu cordis commotio quam solent commutari lacrime. Sicut ergo hyllarescit vultum aut risum et hec salubris conturbatio cum commutari solet cum procedit contritionem et valde necessaria est volenti surgere a peccato. Unde Jo. xi. legitur quod in morte Lazari deus turbavit semetipsum et infremuit spiritu lacrimatus est quod turbatus est Jhesus a seipso quem alius turbare non potuit significat quam debeat turbari mole peccati gravatus. Quod bis legitur infremuisse significat quod et mentali et ostensione debemus turbari de peccatis. Item Jo. xiii. legitur turbatus est spiritu etc. Item Sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea .i. mens et anima .i. sensualitas turbata est valde. Hanc salubrem turbationem maxime operatur pene eterne recordatio. Unde Turbatus est a furore oculus meus etc. Item hanc turbationem operatur recogitatio divine inspectionis cui omnia nuda sunt et aperta. Unde Job. xxiii. A facie eius turbatus sum et considerans eum timore sollicitor. Item ad hanc bonam turbationem invitat Josue. vii. dicens. Fili mi da gloriam domino deo Israel et confitere atque indica michi quid feceris et ne abscondas. Achor interpretatur turbatio quod sibi non confitetur nec dat gloriam deo quia non turbatur interius de peccatis suis. Illos autem qui

venit amicus eius .i. confessor et manifestabit ei diligenter. Diagma quae est per satisfactionis opera et quibuslibet aliis modis ad gratiam recuperandis laborare. De amaritudine contritionis dicitur Naum. iii.
de alexandria secundum translationem .lxx. principium eius mare et est alexandria interpretatur auferens an
gustias tenebrarum et bene significat penitentiam quia a veris penitentibus aufert angustias tenebrarum in
teriorum quae illuminat animam interius et non patitur eam ire in tenebras exteriores. Per mare significatur amari
tudo contritionis que est vere principium ad hoc totius religionis et totius vite vere sanctitas
inchoatur quia per atrium penitentie venitur in palatium sanctitatis perfecte et in thalamum quietis vite contem
plative. Item quae amaritudo tam necessaria sit penitenti quod sine ipso salvari nequeat docet ad. dicens
quantumcumque recedit a deo per dilectionem recedit. sed delectatio et amaritudo sunt opposita. ergo per amaritudinem
rediendum est ad deum. et hec alia via qua redeunt reges qui se regentes in patriam suam. Mt. ii. ad. Pa
tria nostra Christus est qui est centrum ad quod tendit anima fidelis et quia centrum supius. Ideo supra tendit anima.
Item contritio significatur per mare rubrum. mare amaritudo. Rubrum propter stragem veteris hominis. vel propter me
moriam sanguinis .i. peccati quod semper debet esse in corde penitentis. In hoc mari submergitur pharao cum exercitu
suo .i. dyabolus cum toto exercitu viciorum. Sic de penitente potest vere dici. Magna est velud mare contri
tio tua. Treni. iii. Quod si verum sunt mare contritionis oportet peccata que mortuos eicit ad ripam confessi
onis sicut ibi factum est per ut legitur Exo. xiiii. Item hec amaritudo pacificavit deo peccatorem. Unde in ecc.
ex. ysa. xxxviii. ecce in pace amaritudo mea amarissima. ecce excitativum et declarativum quod hoc est. Scitote hoc
intelligite quia sibi nobis necesse est simultas pacificari cum deo. In pace mea facienda cum deo necessa
rium amaritudo amarissima. Et non quod dicat amaritudo mea propria. Sed per hoc autem quod dicat amaritudo et amarissima notat duplicem
amaritudinem peccatori necessariam. a re una sit que subita .s. cordis quae est que fundamentum totius penitentie per
quam anima subsistit in bono quod designatur per hoc substantivum amaritudo quod post ponitur quae amaritudo contritionis. Post ce
dit amaritudinem satisfactionis et ieiuniis. vigiliis. disciplinis. laboribus et huiusmodi. quae debet addi ama
ritudini contritionis. sine qua contritio sola non sufficeret ad delendam culpam et penam sic adiectivum
non ponitur sine substantivo et significatur per hoc adiectivum amarissima. De hac duplici amaritudine
dicitur michi. vi. ad mare penitentiales afflictionis. venient de mari contritionis. Item Iere. Statue tibi
speculam pone tibi amaritudines. et hec duplex amaritudo traxit affectum suum amaritudinibus Christi
vel alius ut fiat comparatio ut habeat amaritudo amara per peccatis cogitationum. amarior per peccatis verborum.
amarissima per peccatis operum et omissionum et sic reformatur pax inter deum et peccatorem. Et notandum
quod hec amaritudo et indignatio quae se miscet consolatione dei. Unde exe. iii. absque amaritudinis et indignatione
spiritus mei et manus domini erat mecum confortans me. Item in psalmo de penitente dicitur Congregans sicut in utre
aquas maris. et cetera. aque maris sunt delectationes mundane cito transeuntes. In aqua et amarissime
spes vere. per dicere. mors in olla carnium. mors in olla viciorum et pigmentorum. iii. Re. iiii. Uter
fit de corio mortui animalis et significatur cor in quo mortua est animalitas. In quo debet penitens congregare
et ungem recordationem. has aquas ad retinendum ipsum cor ut fiat ydoneum ad recipiendum
unum gratie et ut congregationes istarum aquarum appellet maria .i. amara et non dulcia et non delec
tabilia. Gen. i. Sic enim per delectationem coinquinatur anima. per amaritudinem abluitur. Unde ysa. v. Si fu
erint peccata vestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur. Sequitur ponet in thesauris abyssos peccatorum suorum. eorundem quod
in thesauris suis ponit abyssos .i. profundos in peccatis. Item maria interpretatur mare amarum. ecce
duplex amaritudo de qua supra dictum est. Ihesus interpretatur salus. Maria ergo mater ihesu est amaritudo mater salutis.
Si Christo reconciliare peccatorem. sicut mater filio. Sicut enim mundus per peccato ade perditus non potu
it habere Christum nisi per mariam virginem et fecundam. sic quod peccata perpetua quibus se ipsum perdiderat
nisi mediante maria virgine et fecunda .i. duplici supradicta quae reuirginat animam et fecun

nem interficiant. si sit mortale peccatum sunt ipse cogitationes. Quarto ne velociter precantur orationem s. orationem attendo. Sicut enim et paleas et furfur cum domino offerunt .i. liba. Quinto ne nimis vel oratio sectum habeat litteras de iacto .i. devotionem. Sexto ne clament cogitationes contra deum quod fit si sint mortales. Unde Gen. iiii. Ecce vox sanguinis et cetera. Exo. viii. Clamor sodomorum et cetera. Septimo ne impediatur nuncius .i. oratio per pressuram aut turbam cogitationum quo minus admittatur ad conspectum dei. Unde Intret in conspectu tuo oratio. Octavo ne inde orsum descendat cum debeat ascendere quod fit cum petuntur temporalia et non celestia. Item multipliciter impeditur effectus nostre orationis sicut hic ostenditur. Primo non obmittitur oratio huius adversarium secum unde Iustitiam si asperi et cetera. Ypocrite et orantes in plateis ut videantur ab hominibus non sinunt eam intrare in thalamum regis. Secundo si non mittitur ad deum non venit coram eo quod fit quando petit temporalia. Talis enim non mittit orationem suam ad curiam sicut si deberem mittere romam et mitterem in hyspaniam. iii. quando continet aliquid quod pertinet ad dedecus illius qui rogatur quod fit quando petitur a Christo vel a beata virgine vel a quolibet sancto malum inimicis nostris quia volunt ipsos facere tortores et auferre ab eis iram suam cui ipsi mortem suam indulserunt. Talis oratio facit deo et sanctis maledicere. Unde dicitur Ysa. i. Incensum abhominatio mihi. Talis enim oratio fetet coram domino et provocat eum ad vomitum dicat dominus Apo. iii. Incipiam te evomere ex ore meo. Item Virum sanguinum et dolosum abhominabitur dominus. Vir sanguinum idem est quod homicida quod sic cavit .i. Jo. iii. Qui odit fratrem suum homicida est. Vel vir sanguinum est qui desiderat manifestationem peccati inimici sui. vel et qui desiderat effusionem sanguinis sui .i. amissionem temporalium suorum quibus nutritur. De tali oratione dicitur oratio eius fiat in peccatum. Ille qui sic orat quasi dicat domino. Domine Ihesu Christe vos usque nunc fuistis pater miserorum et deus totius consolationis. Rogo vos ut si non fuistis amplius sed satis homicida et devenietis coupegule. et interficiatis adversarium meum. Item qui sic orat inuentem mentem interim imminatur ei. q.d. o gloriosa virgo. vos usque nunc fuistis regina mater et fons misericordie. Rogo vos ut amplius non sitis sed abnegate filium vestrum et vos ipsam et efficiamini bucherie et accipiatis unam hache et interficite inimicum meum. Contra tales dicitur Eccl. xxviii. Qui vindicari vult a domino inveniet vindictam et peccata illius servans servabit. Item Levit. xix. dicitur. Non queras ultionem nec memor eris iniurias civium tuorum. De hiis omnibus invenies titulo de dilectione inimicorum. iiii. quando nuncius interficitur in itinere. quando videlicet desiderium peccandi vel blasphemia ipsum commutatur. v. quando spoliatur a latronibus et interficitur et tamen aliquotiens adhuc palpitat. vi. Si procurator excommunicatur sicut qui nolunt audire verbum dei. Unde Pro. xxviii. Qui obturat aurem suam ne audiat legem, eius oratio erit execrabilis. qui talis non vult audire deum clamantem. vel et qui non vult audire pauperes. Unde Pro. xxi. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis et ipse clamabit et non exaudietur. vii. propter turbam fantasmatum. Turba hec est nubes illa de qua dicitur Tre. iii. Opposuisti nubem .i. pressuram turbulentam cogitationum. viii. quando non defert exenia per quibus ei appropinquatur s. exenium inspirati .i. contentionis sedentis super feces peccatorum. Domum enim hominis dilatat iram eius. Pro. xviii. Hic vinum domum inebriat et libenter deus bibit de eo. Unde Ysa. Inebriabo te lacrima mea. vel et quando non defert aromata devotionis. Unde Apo. v. Phialas aureas habent plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. Sine contritione enim vel devotione oratio de facili non exauditur. Item oratio debet habere tres proprietates secundum tres vires anime. Ut sit humilis quo ad irascibilem. Exemplum publicanus Luc. xviii. Ut sit fervens quo ad concupiscibilem

sic non fiunt turbati ad primam salutacionem in presenti conturbabit deus in iudicio in pena eter-
na. in corpore simul et anima. Tunc loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos.

Dos sancta tristicia que maxime necessaria est penitenti. Dicit apostolus ad cor. vii. que secundum deum tristicia
est penitenciam in salutem stabilem operatur. Est autem hec salubris tristicia cum quis dolet se peccasse et deum
offendisse et per culpam gracie se privasse et indignum glorie fecisse. Et hec tristicia debet durare in vero pe-
nitente usque ad mortem. Non enim bene moritur nisi qui in tristicia moritur. Item ps. Tota die contristatus
ingrediebar. Intuitus enim ianuam mortis divine quis sic ad primam contristatur tota die id est toto tempore vite
presentis debet penitens adhuc reputare se esse in ingressu. Unde et dixi nunc cepi. ecc. xvi. Cum consum-
mauerit homo tunc incipit. Et est de hac tristicia dicitur ecclesiastes. Cor sapientum ubi tristicia. quia recognoscit pe-
nas eternas et purgatorias. Item ab hiis tristicibus digne glorificatur deus. Unde Baruch. ii. anima que
tristis est super magnitudine mali et incedit curua et infirma. et anima esuriens et oculi deficientes dant

Dos sancta tribulatione spiritus quam deus spiritualis invenit   Et gloriam et iusticiam domine.
a penitente. dicitur deut. iiii. Cum quesieris dominum invenies eum si tamen toto corde quesieris eum et in tota tri-
bulatione anime tue. Item hec tribulacio est spirituale sacrificium quod requirit deus a penitente et ei summe pla-
cet. Unde sacrificium deo spiritus contribulatus. Ibi ad... Non vult deus sacrificium trucidati corporis. sed vult sacrificium
contricionis. Ier. xviii. Contritum est cor meum. Item hec tribulacio spiritus facit exaudiri penitentem claman-
tem ad dominum. Unde ad dominum cum tribularer et cetera. Item exempl. s. in anima pro peccatis clamaui coram deo et exaudiuit me.
tali et tribulatione spiritus redditur ad dominum. Unde Osee. vi. In tribulatione sua mane consurgent ad me.

Dos bona confusione sive erubescencia que sibi valde necessaria est penitenti. Dicitur eccl. iiii.
Est confusio adducens peccatum. quando hec mala erubescencia claudit os peccatoris a confessione et ma-
nus a penali satisfactione. Contra quam confusionem dicitur eodem capitulo. pro anima tua non confundaris dicere ver-
um. In premissa auctoritate et est confusio adducens graciam et gloriam. graciam in presenti gloriam in futuro
et talis confusio graciam et gloriam dat deus. Item eodem capitulo. Non confundaris confiteri peccata tua. id est pro confusione
non omittas. ad talem confusionem invitat deus peccatores. eze. xxxvi. dicens. Confundamini et erubes-
cite super vias vestras domus israel et cetera. Item Ier. xii. Confundimini a fructibus vestris propter iram dei. aut ad con-
fusionem exorat propheta a peccatoribus dicens. Erubescant et conturbentur. vehe. o. ... Item non per resolu-
tam tristiciam animus confusam corrodentis. Hec ipsa anima letificat spirituali consolatione non per talem erubes-
cenciam. Unde levit. xxvi. Affligentur donec confiteantur iniquitates suas et erubescat incircumcisa
mens eorum. Talis et erubescencia reparat peccatorem. Unde quidam sapiens videns filium suum erubescen-
tem de eo quod fornicatus fuerat dixit amicis suis de filio suo. erubuit. salua res est. Item alius philosophus.
Quam diu pudor est in animo. aliquis restat bone spei locus. Item talis bona confusio facile impe-
trat a domino veniam per confessionem et orationem. De confessione dicat auctoritas. proximum ad ignoscen-
dum tenet locum verecundia peccati confessio. De oratione auctoritas. Cito solet mereri veniam quod ve-
rem. Hec bona verecundia   Verecundia de peccatis

quoddam pallium est quo debet fidelis anima operire faciem suam ne appareant macule co-
ram domino. Unde ps. Operuit confusio me. et Beati quorum tecta sunt peccata. Beatus est qui deo pro bonis
peccatis suis erubescens faciem presentis confusionis abscondit sub velamine pure. Talis anima
figuratur per rebeccam que videns ysaac faciem suam operuit teristro. Gen. xxiiii. Similiter
helyas qui forma est penitencium. iii. Re. xix. domino transeunte operuit vultum suum pallio.
Item de hiis qui sic non confundentur in presenti plangit. Sed deus comminans eis. Ier. viii. Con-
fusi sunt quia abhominationem fecerunt. Quin pocius confusione non sunt confusi et erubescere
nescierunt. Idcirco cadent inter corruentes in tempore visitationis sue corruent. dicit dominus.

bratio[n]e p[e]cc[at]i legit[ur]. Gen. xxxviii. Quod iudas misit hedum thamar. Thamar int[er]p[re]t[atur] amara. [et] sig[nifica]t a[n]i[m]am amaram p[ro] p[e]cc[at]is suis ad qua[m] accedit confessio ex cu[ius] co[n]iunctio[n]e de-
bet hedu[m] accipe[re]. Hedus sau[us] est [et] sapidus [et] nasci[tur] de cap[ra] fetida. Sic ex fetore p[e]cc[at]i nas-
cit[ur] abho[m]i[n]at[i]o seu exp[ro]bratio ip[s]i[us] p[e]cc[at]i que sapida [est] deo [et] sauissima penitentib[us]. Huic
hedo co[n]gruit morali[ter] q[uod] legi[tur] Exo. xxiii. Non coquis hedu[m] in lacte matris sue. Hedus
coquit[ur] in uase cordis qu[ando] q[ui]s p[e]cc[atu]m suu[m] recogitat ad dolend[um] [et] exp[ro]brand[um]. Mat[er] co[n]cupi[scenti]a
que parit p[e]cc[atu]m. Jac. i. Lac matris suauitas delectatio[n]is. Est [er]go sensus. Si recogitas p[e]cc[at]a tua
ad exp[ro]bratio[n]e[m] eor[um] no[n] ad delectatio[n]e[m] recogita. Debet au[tem] dup[le]x e[ss]e p[e]cc[at]i recogitatio. ut exp-
bratio i[n]terior in corde. exterior in u[er]bo [et] op[er]e. Quida[m] e[n]i[m] detestant[ur] p[e]cc[at]a u[er]bo. s[ed] no[n] corde ut
y[po]crite. Vn[de] Jer. xii. P[ro]pe es tu ori eor[um] [et] longe a renib[us] eor[um]. Sic [er]go dup[le]x detestatio. ut ex-
p[ro]bratio p[e]cc[at]i i[n]terior [et] exterior q[uod] figu[r]atu[m] fuit in f[ac]to rebecce dicentis filio suo iacob. Gen.
xxvii. Fili acq[ui]esce consiliis meis [et] p[er]gens ad gregem affer m[ichi] duos hedos optimos ut
faciam ex eis escam p[at]ri tuo quib[us] libent[er] uesci[tur]. quas cum intulis [et] comedit. b[e]n[e]dicat
tibi a[n]teq[uam] moriat[ur] [et]c. Ecce quom[odo] penitens p[er] h[ab]e[t] b[e]n[e]dictio[n]em dei. Rebecca [est] g[rati]a
sp[iritu]s sancti que dicit filio suo iacob. i. supplantatori uicior[um]. Vade ad grege[m]. i. recogita
p[e]cc[at]or[um] multitudinem [et] affer m[ichi] duos hedos. i. gemina[m] exp[ro]bratio[n]e[m] p[e]cc[at]or[um]. Bi[n]a[m] au[tem] dicit
affer m[ichi] q[uia] g[rati]e sp[iritu]s s[an]c[t]i debet offerri exp[ro]bratio p[e]cc[at]i. Bene aute[m] optimos dicit q[uia] salu-
berrimu[m] est p[e]cc[at]ori detestari. P[re]parati aute[m] rebecca cibos ex hedis q[uia] illa refectio grata
est xp[ist]o que p[er] sp[iritu]s sancti gr[ati]am instruit[ur] [et] patur. Hiis aute[m] d[icitu]r libent[er] uesci ysaac.
q[uia] ualde gratum est deo q[uod] p[e]cc[at]or uicia detestat[ur] ex intimo cordis affectu. Viso de con-
comitantib[us] co[n]tritio[n]em. Videam[us] de effectib[us] e[ius]. Liberat a laqueis d[iabol]i. [et] disrumpit. Vn[de]
laqueus contritus [est] [et]c. [et] sanat morbos a[n]i[m]e. i. meret[ur] sanari a d[omi]no. qui sanat contritos
corde. Circumligat uulnera ip[s]i[us] a[n]i[m]e c[um] quibusdam sp[irit]ualib[us] fasciis ne sanguis dete-
rio diffluat. i. ne penitens remaneat ple[n]us rimis [et] reiceret uias suas. Vnde seq[ui]t[ur]. [et] al-
ligat. s. ip[s]e deus contritio[n]es eor[um]. i. ip[s]os contritos q[uod] sig[nifica]tum est in f[ac]to samaritani qui
alligauit uulnera sauciati descendentis iericho. Luc. x. Co[ntra] q[uod] co[n]queri[tur] y[sai]a. i. de illis q[ui]
no[n] co[n]tericiu[n]t[ur] nec penitent dicens. Vlnus [et] liuor [et] plaga tumens [et]c. Auget ro-
rem iuri iusti coram d[omi]no. qui ad modu[m] synapis q[ua]nto plus terit[ur] p[er] tribulatio[n]es. uel i-
frequ[en]tius co[n]terit[ur] p[ro] p[e]cc[at]is plus flagrat. Conterit sathane capud. i. p[ri]ncipiu[m] sug-
gestionis maxi[m]e si fuit lacrimosa. Vn[de] Contribulasti capita draconu[m] in aquis lac-
maru[m]. Vn[de] dic[tu]m est serpenti de muliere. Gen. iii. Ipsa conteret capud tuu[m]. In h[oc] sume-
ne[n]tia est penitenti. Vn[de] Glo. dicit. qui uehemoth. i. d[iabol]i. i[n]itiu[m] suggestionis cau-
da co[n]su[m]matio[n]is op[er]is. Ideo dicit poeta. p[ri]ncipiis obsta [et]c. Acceptat fideles. i. accep-
tabiles reddit d[omi]no. Vn[de] orabat azarias in fornace. Dan. iii. In a[n]i[m]a contrita [et] sp[irit]u
humilitatis suscipiam[ur] [et]c. [et] i[terum]. Cor humiliatu[m] de[us] no[n] despi[cies]. Criminia subiugat.
Ip[s]a est en[im] mare. Vn[de] Tren. ii. Magna est uelud mare contritio tua. mare [est] rubru[m]
p[er] p[e]cc[at]i memoriam. in q[uo] subiugit[ur] ph[arao] cu[m] toto suo exercitu. i. d[iabolu]s est toto exercitu
uicior[um]. P[re]sencia gaudia tollit. Vn[de] In sp[irit]u uehe[menti] con[teres] na[ues] thar[sis]. Destruit infernum.
Vn[de] Contriuit po[rtas] ereas [et]c. Robur sathane conterit. y[sai]a. Contriuit d[eu]s baculu[m] im-
pior[um] [et]c. Zac. Auertit hostes. Viuificat mentes. De hiis duob[us] d[icitu]r y[sai]a. lvii. Hec dicit ex[celsus] [et] ubi loq[ui]t[ur] de sub-
habitatio[n]e [et] habitans cu[m] contrito [et] humili sp[irit]u [et] uiuificet sp[iritu]m humilem [et] uiuificet cor
contritu[m]. Illos au[tem] q[ui] no[n] b[e]n[e] co[n]teru[n]t[ur] i[n] p[re]senti dupli[ci] co[n]tritio[n]e co[n]teret d[eu]s i[n] futuro. s[ed] corpus [et] a[n]i[m]a.

Confessio est per quam anime morbus latens spe consequende venie **de confessione**
Cum deo laudem aptatur. Sic describitur. Confessio est peccati que triplex est .s. cordis. oris. et
operis. Prima est inceptiva. Secunda explicativa. Tertia consummativa. Confessio cordis est contritio
mentalis deo .i. loquitur. Unde. Dixi confitebor etc. et illud. tibi dixit cor meum etc. Confes
sio oris est consona cordi passio iniquitatem meam etc. Confessio operis est cum quis ipsa satis
factione fatetur se peccasse et penitentem esse. De hac tripartita confessione que debet
precedere omne bonum opus et omne quod meritorium esse dicitur. Precipite domino in confessione. et
illud. Justus prior est accusator sui. Alia autem assignatione solet dici. quod duplex est con
fessio. Prima fraudis. Secunda laudis. Initium enim bonorum est confessio malorum. prima
medico vulnera ostendit. Secunda de sanitate gratias agit. ¶ De confessione fraudis dicitur
Confitebimini tibi deus etc. tam carnalia. tam spiritualia. tam commissa. tam omissa. Confitebimini
magis tibi non creduli   sed pio indultori. et narrabimus mirabilia tua pre
dicando. Confitebimur ad commodum nostrum. invocabimus ad honorem dei. narrabimus ad uti
litatem proximi. ¶ De confessione laudis dicitur. Confitemini domino quoniam bonus. et hoc debet
subsequi confessionem peccati et debet fieri corde et ore et opere. Corde. Unde confitebor tibi domine in to
to corde meo etc. Ore. Unde. Semper laus eius in ore meo. Opere. Unde in ps. i. in bonis operibus ut
videant etc. Peccati. Unde Jaco. Confitemini alterutrum peccata vestra. Hec debet precedere omne opus
meritorium. Divine iustitie. ysa. xii. Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi .i. iustitie attribu
am quod peccaviam. Ecce argumentum gratie agende sunt deo adversis. sicut de prosperis. et est hec confessio
gratiarum actio. Thob. xiii. In terra captivitatis mee confitebor illi. ¶ Divine bonitatis. et quoad
in se. Unde Confitemini domino quoniam bonus. et quasi exponens subdit. quoniam in seculum misericordia eius.
Divine largitionis quoad nos. Unde. Confitebitur tibi per gratiarum actionem cum benefeceris ei .i. iusto.
¶ Divinorum mirabilium. Unde. Confitebuntur celi .i. celestes viri mirabilia tua domine. ¶ Fi
dei. Unde math. Qui confitebitur me coram hominibus etc. ¶ Presumptionis. Unde. Confitentur se nosse
deum. Unde in iudicio. math. vii. Tunc confitebor illis quod numquam novi vos. ¶ Veritatis. Unde
Jo. baptista. Confessus est et non negavit etc. ¶ Provida. festina. spontanea. nuda. fi **versus.**
delis. ¶ Per genus et species accusans integra certa. ¶ Vera. verecunda. discreta. frequens.
tremebunda. ¶ Firma. timens. humilis. simplex. directa. virilis. ¶ Pura. dolens. propria
parens. lacrimosa. morosa. ¶ Nuda. Unde ps. Preoccupemus faciem eius .i. ad iudicium ve
nientis pone rationem cum servis suis in confessione etc. Facies domini dicitur irati preoccupa
tur tribus modis. per munera. vel exhenia. per responsalem. per simulatam excusationem.
prius .s. per exhenia et munera sicut iacob preoccupavit faciem esau. Gen. xxxii. Exhenia
presentari domino significatur in exeniis illis que iacob transmisit ioseph per filios suos. Gen.
xliii. que sunt aromata .i. incensum orationum et hm. Responsalis est pena vel penitentia que
respondet culpe et qualitate et quantitate. Excusatio est confessio que est sicut coopertorium
in lecto paltica. Hiis modis debemus preoccupare dominum celestem propter peccata nostra nobis offensum
antequam regressionem faciat a nobis in morte temporali. seu in mutatione flagelli. vel antequam
veniat ad iudicium. vel antequam offeramus nos eius ad communionem. Item de hac preoccu
patione dicitur. Prov. xviii. Justus prior accusator est sui. anticipans. videlicet accusationem et
testificationem dei qui in iudicio erit testis et iudex. sicut ipsemet dicit. Jer. xxix.
et Mal. iii. Accedam ad vos etc. Eccli. xviii. Ante iudicium para iustitiam tibi. et antequam
loquaris disce et antequam loquaris reddendo eis rationem de factis tuis. disce quantum debeas et

sua quasi predicant in sodoma qui religiose vestiti et religionem professi sepe inpudentissime
iactant mala sua preterita. que ubi gesta. qui vel fortiter gladiatorie. vel argute latrocinio
gessere conflictu. Sed aliud quiddam nudi quiddam vanitate favorabile. secundum non anime salutem non
cum per intonsione damnosum sceleris adhuc cum iudicium est illud. et iudas habitus quem gestis
a talibus non sancte novitatis est mentitus. sed prioris vetustatis operculum veterem hominem non exuerit
sed novo se palliavit. consilia non diligunt. sed se ipsos hostes confitendo illudunt. Videtur autem
reminisci quorundam tam nequitiam preteritam ut non pudeat eos cum exultatione lugenda iactare.
¶ Simplex. id est tu placitum duplicitatis ne aliena confiteatur cum suis. vel sua sub involucris
verbis B. Oportet confitentem esse simpliciter ne declinet cor suum in verba malicie ad excusandum excusationes in
peccatis. ne refundat crimen in alium non participem sceleris. Huic se potius quam alium accuset.
De illo doleat non quod excuset per consuetudinem. per nobilitatem generis. per naturam per societatem
per constellationem vel fatum. Hoc enim est fundere culpam in creatorem eius quod bonitatem trahere eius
quod attenuare diminuere. ¶ Directa. videlicet ut intencio confitentis dirigatur ad consequendam
veniam. gratiam et gloriam. unde. Confitebor tibi in directione cordis. et cetera. Abstinendum est enim a
peccato et satisfaciendum zelo iusticie. et ne deum offendamus non solum ut infamiam devitemus in
signum huius rei. Demoniacus oculos ad celum dirigit quod non homo. Hoc Job. xiij. Vias meas in
conspectu illius arguam. et cetera. Contra quod dicitur Proverbiorum. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur.
qui autem confessus fuerit et reliquerit: misericordiam consequetur. Ambrosius. Non potest ei adhiberi
remedium cuius vulnus est occultum. Item deus in suscitatione lazari sursum legitur oculos
levasse. Jo. xi. Docens hoc ipso peccatorem per penitentiam et gratiam suscitatum debere intentionem dirigere ad superna. ¶ Virilis. ut videlicet viriliter agat et confiteatur cor confitentis ad reiciendum
omnem malum pudorem et verecundiam. ipsum est diabolus qui vult obstruere os eius ne possit clamare confitendo et auxilium invocando assimilis latronis qui obturat os panniculis quod galli
ce dicitur vel stringit guttur eius quem spoliare desiderat ne clamare valeat. et auxilium
invocare sciens quod non clamavit non potest habere auxilium. vel non liberari de manu ipsius. De illa
pessima confessione que claudit os a confessione. dicitur ecclesiastici. xx. Est qui perdet animam suam pre
confusione. et cetera. Item. de hoc malo pudore. cum quis propter turpitudinem et abhominationem et
enormitatem peccatorum confunditur confiteri. Dicitur inimica. i. mach. v. Si timuerit iudas
transire torrentem. cum confitens calcat mentis fluctuationem. Hec est fluctuatio animi. cum quis
nunc appetit confiteri propter adipiscenda salute. nunc erubescat propter peccati enormitatem. et hoc
quod iudas dextrum cornu vicit. et a sinistro victus est. i. mach. ix. Dextrum cornu peccata
usitata. sinistrum enormia et inusitata. ysa. xxxviij. Dicit ezechias. Dies tribulationis in corpore. et angustie in anima. et correptionis a deo. quia blasphemie a demonibus. quia venerunt filii. id est opera mea usque ad partum confessionis. et non virtus pariendi. id est confitendi diabolo labia obstruente. hoc malo pudore. Item pudor iste malus signatur per pallium de quo dicit
sponsa. Cantica. v. Tulerunt. id est abstulerunt pallium meum. id est malum pudorem quo eram
involuta custodes murorum. id est confessores custodes animarum. et hoc est pallium quod cecidit
helye volenti ascendere in celum. Sic et tu si vis in celum ascendere post morte relinque pallium
tuum et depone omnem pudorem tuum. postpone omnem verecundiam dominum plane et plene
nacionis mente tuam ab omni feculencia peccatorum. sicut enim dicit beatus B. pudor peccati
debet excitare ad confessionem. Sed iste pudor timetur confiteri coram uno solo. qui non

contiteatur et peniteat, sed circumstancias et appendicia peccatorum retinet. videlicet ornatum vestium et
preparationem capillorum. auscultationem cantilenarum amatoriarum. Choreas videre. cum meretricibus gar-
rire. factans spectaculis interesse. et cetera huiusmodi. Hii similes sunt anguille que cum semel evaserit non
cessat intrare laqueos voluptatis. Cum dicat Salomon, Proverbiorum xi. Qui cavet laqueos, id est occasi-
ones peccatorum illaqueantes ad recidivum securus erit. Dicitur autem de huiusmodi occasionibus provocantibus ad
lapsum. Ecclesiastici ix. In medio laqueorum ingredieris. et super dolentium arma ambulabis. et malig-
norum spirituum qui dolent de expulsione sua per penitentiam. Veri autem confitentes seu penitentes ef-
fundunt cor suum sicut aqua que totum simul et semel effunditur. ita ut nichil de ea non sapor nec
odor non color in vase permaneat. Ideo dicit propheta. Effunde cor tuum sicut aqua. et est quod dicat
cor tuum, id est vicia cordis tui. Quidam enim effundunt vicia cordis de alienis iniquitatibus suam facien-
tes confessionem. et bene talis effusio dicitur aque. quia mundificat et reincerat cor ipsius penitentis. et ef-
ficit ydoneum ad recipiendum graciam tempore tali. Sequitur ante conspectum domini non mundi. quod est
ypocrisis. quia sicut dicit beatus Bernardus. Multociens usque ad omnem peccati circumstanciam confitemur ut iusti et
humiles ab omnibus reputemur. Sit ergo integra confessio. ne iudex deus tradat tortoribus confitentem donec
reddat novissimum debitum usque ad novissimum quadrantem. Matthei xviii. Sicut enim regina Sabba que interpretatur cap-
tiva vel conversa, id est anima penitens que suspirat ad regnum. et omnem intellectum et sensum in captivita-
tem redigit in obsequium et convertitur ad dominum in toto corde suo. dicat vero Salomoni per confessionem
quecumque habet in corde suo. Verus Salomon respondebit ei per indulgentiam. et secreta iudicia sua illi
manifestabit. iii Regum x. ¶ Certa quo ad numerum peccatorum. ut exemplo domini de quo dicitur Sapientie xi. Omnia
in mensura et numero et pondere disposuisti. Faciat peccator confessionem peccatorum et numero pondere
et mensura. In numero ut omnia confiteatur. scilicet et genera singulorum. et singula generum quantum potest. In pondere ut substanciam
peccati manifestet cum circumstanciis nichil omittens. In mensura ut satisfactio respondeat delicto.
Ut sicut dicit deus omnia bona sua opera fecit hiis tribus modis sicut peccator mala opera sua destruat.
hiis tribus modis. ad hoc spectat quod legitur Danielis v. quod videlicet apparuerunt digiti quasi manus hominis scri-
bentis contra candelabrum in superficie parietis aule regie. Mane techel phares. Mane interpretatur
